



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



3041


MUSEUM PHILOLOGICUM ET HISTORICUM II.

CONTINENS

- I. C. L. SALMASII duarum Inscriptionum veterum Herodis Attici Rhetoris & Regillæ Consulis honori positarum explicationem.
- II. *Ejusdem ad Dosiaæ aras: Simmiæ Rhodii Ovum, alas, securim & Theocriti Fislulam notas.*
- III. THOMÆ REINESII Commentationem de Deo Endovellico.
- IV. *Ejusdem Commentariolum ad Inscriptionem veterem Augustæ Vindelicorum erutam.*

THOMAS CRENIUS

Conlegit, recensuit, emendavit, ac notis, indice bono, & Præfatione, in qua quædam Th. Reinesii nunc primum edita, auxit.



LUGDUNI BATAVORUM
Apud ABRAHAMUM vander MIJN
Bibliopolam. Annô M. DCC.

ERECTO ATQVE CANDIDO
LECTORI
THOMAS CRENIUS
S. D.



Mni magnum antiquitati cognitio-
nem Inscriptionum adferre lumen
nemo paullo humanior ignorare por-
est. Scio quidem, festivè quòdam
hanc in ex Parnasso Relationibus
Trajanum ridere Boccalinum apologò his verbis
n. xxi. p. m. 108. edit. German. annò 1617.
Lis inter Grammaticos maxima de vocabulo
CONSUMTUS oriebatur, inferendane P. litte-
ra foret, an in ejus scriptione omittenda? Ubi
quidem illud Apollinem resciscentem, quid ge-
stum esset, offendit maximè, cùm intelligeret,
à Paulo Manutio, rixæ auctore, Lapide quodam
ex Inscriptionum Romanarum ruderibus petito,
in quo **CONSUMPTUS** legeretur, Dionysii
Lambini nasum insigni vulnere læsum fuisse.
Jámque in eo erat, ut Grammatistæ relegaren-
tur è Parnasso omnes, nisi Ciceronis, Qvinctilia-
ni, similiumque celebrium virorum intercessio-
ne, hoc hominum genus aliæ in re, nisi hujusmo-
di in minutiis occupari non didicisse, caussan-
tium, venia ipsis fuisset ab Apolline impetrata.
At enim his Fabulis non movemur, gnari, has
elegantias non nisi à tetricis traduci, & ab in-
scientibus hæc amœniora contemni. Non hic
multis inscriptorum in agris explanabo lapidum
usum, quo de Hyginus Aug. Lib. in de Limiri-
bus Constituendis, p. m. 155. extr. edit. opt.

Amstelræd. 1674 in 4to : *Hæ agrorum*, inquit; *divisiones lapidum inscriptionibus tam variis continentur, quàm & limitum actibus. Alii vertices, alii latera regionibus suis obsecundantes, tetra-* *tum, maxime decumano & K. lapides* (Goësius in margine posuit: *F. maximi Decumani & Kardi-* *nis lap.*) *inscripserunt, reliquos sine inscriptione ad* *parem* (Goësius iterum in Margine: *F. adparen-* *ti*) *adposuerunt: quos ideo, quia nullâ scriptione* *adparent, quorô locô numerentur, mutos adpellant.* *Divus Augustus in adsignationibus suis numero limi-* *tum inscriptos lapides omnibus centuriarum angulis* *defigi jussit; quod est ὅρους ἐφεσάναι χωρίον. Julius* *Pollux, lib. III. c. IX. scribit, lapide litteratô* *& columnâ indicari solere loci signati conditionem,* *an esset liber, an æri alieno suppositus. Λίδος, δὲ* *ἢ, ἢ στήλη τις δηλοῦσα, ὡς ἐστὶν ὑποχρεῖον τὸ χωρίον. ἐπὶ* *δὲ τούτου ἔλεγον, καὶ τὸ ἔσιχθαι τὸ χωρίον. ὡς τὸ ἐναλλῆλον* *ἄσικτον. Hôc ipso, quod prædium signatum esset,* *æri alieno obstrictum existimabatur: ut ex adver-* *so non signatum planè liberum. Quod è Valerii* *Harpocratonis de vocibus libro manifestum quo-* *que est: Ἀσικτὸν χωρίον, (mendosè, quod solet Al-* *lus in Græcis libris, Ἀσικτὸν ediderat) τὸ μὴ, in-* *quit in p. m. 30. edit. Lugdun. Bat. M. DC XCVI.* *in 4to, ὑποκείμενοι δανειστῇ ὅταν γὰρ ὑποκίηται, εἰωθεὶς* *ὁ δανείσας αὐτὸ, τοῦτο δηλοῦν διὰ γραμμάτων ἐπὶ τῷ* *χωρίῳ. (malè in citata Lugdun. est χωρίον) τὸ δὲ* *αὐτὸ καὶ ἐκ οἰκίας γίνεσθαι. Hinc subsignare prædia* *pro supponere pignori in antiquo Lapide, quem* *vir magnæ eruditionis, ut audit Desiderio Heral-* *do in Arnobii vi. p. m. 242. Gul. Philander Ca-* *stilionius, Civis Romanus ad Viétruv. IV. c. vi.* *p. m. 158. edit. Lugdun. M. D. LII. in 4to, edi-* *dit: LEX PARIETI FACIENDO, IN A-* *REA, QVÆ EST ANTE ÆDEM SERAPI* *TRANS*

TRANS VIAM. QVI REDEMERIT PRÆDES DATO PRÆDIAQUE SUBSIGNATO, DUUMVIRUM ARBITRATU. Id est, prædibus & prædiis caveto. Quæ nota multum sanè adjumenti illo tempore adferebat, eratque quasi fraudum everriculum, ne emptores faciliè in oppigneratorum fundorum emptione circumvenirentur. Cujus antiqui juris, abrogati licèt, vestigium reperisse sibi visus est Gvil. Fornerius Antecessor Aurelius clariss. 1. Selectionum, c. xxiv. p. m. 109. edit. Hanovienf. M. D. XCVII. in 8t. lib. II. Cod. Tit. XII. l. 2. *rebus, quas alius detinet, inprimere signa nemini licere: etiamsi suas vel sibi obligatas esse aliquis adfirmet.* At missò hòc Lapidum inscriptorum usu, quem in præsentia non attendimus; sicuti nec cum, quo de Illustris & Generos. Baro Wenceslaus Budowiz à Budowa in Semezitz, Consiliarius Cæsareus, in judicio de Chronologia Abrah. Bucholceri præfixo dicti Bucholceri Indici Chronologico opt. Francof. M. DC. XXXV. in 8t. edito: *Adducit, inquit, & lapidea monumenta, & ruinas magnarum urbium, quæ, ceu lapidei testes, ipsa etiam lapidea corda, (nedum Spiritu Sanctò regenerata) commoveant necesse est: qualia monumenta nonnulla etiam ipsèmet ego in Oriente, Dei beneficio, conspexi. Cernuntur enim ad hodiernum diem Babylonis, Trojæ & Carthaginis ruina, & terræ sanctæ: & in Ægypto rudera visuntur cavernarum Josephi, quas Turcæ Iluff Beg Hambari, id est, domini Josephi frumentarias cavernas vocant. Has autem mutationes & ruinas Ecclesia & mundi non casu, sed ob peccata eorum, & arcanis Dei judiciis, præmissis primò longè antè per Prophetas certis prædictionibus accidisse, pulcerrimè author docet, & le-*

a 3

ctorem

Etorem ad adhibendam fidem venturis Dei prae-
 dictionibus nondum impletis, sed cetero implendis, ex-
 collatione iam impletarum, mirifice hortatur. Lit-
 terarum sanè, quibus & animi sentia efferuntur,
 & res gestæ continentur, gravissimam semper at-
 que honestissimam fuisse curam argumento illud
 est, quod summi in Republica Romana viri, quo-
 rum virtutes litteris proditæ sunt, de iis ege-
 runt. Non adducam Claudium Principem, quo
 de Svetonius in c. xli. Novas, inquit, commen-
 tus est litteras tres, ac numero veteram quasi ma-
 xime necessarias addidit. De quarum ratione cum
 prius adhuc Volumen edidisset, mox Princeps non
 difficulter obtinuit, ut in usu quotidiano promiscuo
 essent: & Quinctilianus, lib. i. c. xiii. al. vii.
 Nec inutiliter Claudius Æolicam illam ad hos usus
 litterarum adiecit. Nec attingam muleis Cæ-
 sarem eidei memorandam Svetonio. Epistole,
 inquit in eo, c. lvi. ext. quæque ejus ad Sena-
 tum exstant, quas primas videretur ad paginas &
 formam memorialis converterisse, cum antea COSS. &
 duces nonnisi transverso charactere scriptas mitterent.
 Exstant & ad Ciceronem, item ad Familiæres do-
 mesticis de rebus: in quibus si quæ occultius perfo-
 rendis erant, per notas scripsit, id est, sic structis
 litterarum ordine, ut nullum verbum effecti posset:
 quæ si quis investigare & persequi vellet, quarum
 elementorum litterarum, id est d pro a, & perinde
 reliquas commutat. Tacebo Romanorum o-
 mnium doctissimum Varronem; hunc enim Aboli-
 tam quoque digamma præter Claudium inter
 litteras habendum consuisse Annæus Cornutus au-
 ctor est. Unus mihi sit omnium instar Cicero,
 is enim in c. xlv. & s. Oratoris ad Marcum
 Brutum studiosè de fatis accuratè litterarum mu-
 tatio-

tationem recenseret cum fuga, atque consuetudini auribus indulgenti plurimum in illis tribuit, ut adeo levis illa de littera p quibusdam in vocibus retinenda disputatio nemini videri debeat, quæ de contrâ Dionysium Lambinum, virum eruditissimum, in ea, quam Lectori scripsit, epistola ad suos in Horatium Commentarios editos Lutetiae MDCLXXIX. in fol. agunt eximie Lambino doctrinâ non secundi, Justus Lipsius in Orthographia, p. m. 164. s. edit. opt. cum notis Joh. Mich. Dilherri, Norimb. MDCLX. in 12. & Josephus Castalio Jctus, Decade I. Observationum in Criticos, c. & p. m. 1. edit. Lugdun. M. DC. VIII. in 8t. Addi tamen & pro Lambino potest M. Andr. Corvinus Professor olim Oratoriæ in inclita Lipsiens. Universit. celeberrimus, Dubio VIII. Dissert. Philip. IX. Dignus mihi videtur Fabii, qui advocetur locus è primæ Institut. c. VII. al. ætli. extr. *Nihil ex Grammatica nocuerit, nisi quod super vacuum est. An ideo minor est M. Tullius Orator, quod idem artis hujus diligentissimus fuit, & in filio (ut in Epistolis adparet) rectè loquendi usquequaque (hanc enim vocem in antiquis non invenientdam lego quibusdam in recentioribus libris) asper quoque exactior? Aut vim C. Cæsaris frugerunt editi de Analogia libri? Aut ideo minus Messala nitidus, quia quosdam totos libellos non de (quæ particula in Aldina & Hackiana additur, in antiquis quibusdam codicibus omissa rectius fortè) verbis modo singulis, sed etiam litteris dedit? Non obstant hæc disciplina, per illas euntibus, sed circa illas hærentibus. E recentioribus Casp. Barthius in p. m. 65. a. b. Animadversion. ad Claudiani Panegyric. in Consulatum Fl. Mallii Theodori, edit. opt. Francof. M. DC. I. in 4to: Claudianus*

Mallium omnium disciplinarum, inquit, consultum facit. Beda librum ejusdem nomine super Metris citat: curiositate Romanorum Procerum. Quorum Principes de Litteris, syllabis, Analogia commentati sunt, ut Cæsar, Augustus, Nero, Claudius, Titus, Domitianus, Antoninus, Gratianus. Id genus multa cum blattis cernere oculati testes testari possumus. In Bibliotheca Athenæi Rauracorum, in Xantensi ad Rhenum, ingentia volumina vidimus Metrorum leges cum exemplis, & per metra rem litterariam tractantes (fortè tractantia) scripta multis abhinc seculis. Pusilla res adpareat rectè scribere: sed plus habet in recessu, quàm frontè promittit. Leve sit; litterulas effingere, conjugere & belle sonare; nec operosum sit, syllabas aptè proferre, ac scribendo distingvere; sed Orthographiam & Profodiam, seu pronunciationem omnibus suis numeris absolvere, hoc opus, hic labor est. Certè rem ad hanc non mediocris requiritur cùm Romani, tum Græci sermonis cognitio. Illius ergo ob oculos ponenda litteratissimorum ac præcipuè vetustissimorum Scriptorum testimonia, unde par utriusque Lingvæ facultas percipi possit. Siquidem, ut rectè quondam scriptum à quodam legimus:

Moribus antiquis stat res Romana virisque.
Et juxta seculi ejusdem verbum:

Rugosi, passique senes eadem omnia quærun;
è Lucilii Satyrar. ix. adducit hoc Nonius in p. m. 6. b. Voc. *Passum*. Quare laudandus Aldus Manutius Pauli Filius est, quòd in libello suo, quem de Orthographiæ ratione fecit, consuetudinem Antiquorum indicavit, ut eos in scribendo licet imitari; usus quoque Lapidum, nummorum, veterumque librorum testimoniò; quam-

quam

quàm in eo hìc omni culpâ non vacet, quòd de-
 ceptus, ab aliis, alios etiam falsis aliquot Inscri-
 ptionibus decipiat. Qua de re Antonius Augusti-
 nus, dialogò xi. Antiquitatum Romanarum & Hi-
 spanicarum. Inauditum sanè atque insolens non
 est, ut viri, ceteroquin eruditi, decipiantur per In-
 scriptiones. Notum est iudicium Lipsii, Manurii,
 Schotti, aliorumque de Inscriptionibus Cyriaci
 Anconitani, quæ, licèt quàm speciosæ adpareant,
 pleræque ramen fictæ sunt. Exemplum habet Sca-
 liger ad Eusebium, Edit. 11. p. 217. ubi sequentia
leguntur: Antiquarii dicunt extare nummum Ha-
 driani cum capite radiato; & inscriptione: ΑΥΤ
 ΚΑΙΣΑΡ ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ. Ex altera
 superficie *καὶ ἐξ ἄλλου*. in medio Jovem cum ful-
 mine in dextra, sceptro & Aquila in sinistra:
 ad dextram Minervam cum Mercurio, ad sini-
 stram Martem cum Venere, & duas alias species
 in gradibus Templi sedentes. Inscriptio: ΔΙΟΣ
 ΝΑΟΣ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ. Ego ut uno verbò dicam,
 nullum nummum extare puto: aut si quem, esse
παράχαρμα, & commentum impostorum. *Hæc*
Scaliger. Qui idem, lib. iv. Epist. ccccix. p.
 m. 760. edit. Lugudun. Batav. c1c1ccxxvii. in
 8c. ita ad Janum Gruterum scribit: *Ultimas nu-*
dius tertius cum Inscriptionibus affectatissima vetu-
statis accepi. quas illa larva, quam induerunt, to-
tas ita tegere non potuit, ut vultum suum non pro-
derent: quò testantur, tam bonos artifices non esse
eos, qui nobis ea obtrudunt, ut imponere nobis pos-
sint. neque nos tam levis ingenii sumus, ut illis fi-
dem accomodemus, quos scimus nunc non primum
incipere ludere de credulitate nostra, si modò ullam
hactenus in nobis experti sunt. Id in Elegia ine-
ptissima nomine Cornelii Galli fecerunt. in qua lacu-

nas reliquerunt, & versus integros omiserunt, ut fidem vetustatis ex lituris & obsoleta lectione facerent. Idem de Carmine in Orpheum Cassii Parmensis; idem de Apuleji fragmento ex Menandri Anechomeno dico, si modò ulla Menandri eò nomine fuit fabula. Profectò, mi Grüttere, si nostrum esset mentiri, & prudentius & cautius id faceremus, neque tam imprudenter, ut in ipso vestibulo fucus pateret. Sed de Inscriptionum editione quando cogitas? jam tempus est, ut saltem aliquò specimine expectationem omnium expleas, qui avidissimè huic editioni imminet. neque ullum opus est, quò magis te nobilissimis ingeniis & posteritati commendare possis. Quare agedum aggredere. Nam hæc scriptio hujusmodi est, ut quòcumque ordine & æconomia texatur, appendices & auctaria admittere possit; & ut nullo periculò faciliè, ubicumque voles, & à quocumque capite, incipere possis. Certe omnes in ea expectatione sunt; eoque magis, quòd à nemine tantum opus fidelius, eruatius & luculentius edi possit. Adde, quòd omnium diligentiam in his perquirendis exhausti, neque quidquam superest, cujus expectatio editionem differat, præter Burgundica, quæ prope diem tibi indidem, si nondum accipisti, mittentur. Ego non cessabo, donec acciperis. Et in sequente statim Epistola ccccx. p. m. 761. eidem Grätoro scribit: Unis litteris conjunctim ad omnes tuas respondi. Itaque de illis Inscriptionibus, quas Itali, ut hominibus Transalpinis illuderent, commenti sunt, abundè, & quidem bis, scripsi. Nullo modo in album aliarum recipiendæ sunt. Si quæ præterea ancipitis sunt meriti, in privatum conjiciantur locum, neque cum aliis commisceantur. Dentque quæ jure optimo maximo sunt, in unum censum veniant. Reliquæ rejicularum numerò habeantur.

Illud

Illud sanctissima Vetustatis sacrarium erit, ad quod
 in aëre admitti non debent; & quæ tua est eru-
 ditio, non admittentur. Multa prava. perversa,
 præpostera in Apiano, Aldo, & aliis leguntur. Tu,
 qui harum mercium optimus inspector es, ne quid
 nisi probi mercimonii ad te admittatur, rectè cave-
 bis. Ego nihil aliud quàm te hortor, ne vel defi-
 diâ operarum, vel τὸν ἐργασμάτων negligentia, opus
 interpelletur. Nam omnium hujus generis hominum
 fatalis quædam lentitudo est. De reliquo ne ver-
 bum quidem addam. Vale. Lugduni Batavorum.
 VIII. Eid. Augusti Juliani c1010c. Item Epist.
 ccccxix. p. 786. Vidi Inscriptionem Pisanam ho-
 die aut heri natam. satis ingeniosè mentitus est.
 quilibet est, qui Trans-Alpinos nullum nasum ha-
 bere putavit. Multa enim παραφάσματα vidimus. non
 aliter pudorem illis imponere possumus, quam si de-
 mus operam, ut illi sentiant, nos non aded abderi-
 tanos esse, ut nesciamus, quid distent æra lupinis.
 Spero, me Inscriptiones quasdam optimas, nondum
 visas, ex Provincia adeptatum. ut & correctiones
 earum, quas à me edidisti. ubi multa perperam ab
 illis exscripta, qui illas mihi dederant. Infinitorum
 quoque numismatum ἑξῆς, Seleucidarum omnium,
 Dynastarum Tyri, Gazæ, Sidonis, Pontificum Haf-
 monæorum, ante proximas nundinas non adipisce-
 mar. Itaque oro te, ut semper indicem numisma-
 rum concinnes, quem quidem commodò tuò quoti-
 diè facere potes, ut illum accessonibus, quas misso-
 mus tibi, locupletare possis. In Inscriptionibus p.
 ccccxv. 5. legendum, Lucar. libitinæ redem-
 ptum. quod me docuit is, qui Bergomi lapidem ipsum
 constituit, à quo illa omnia, quæ jam dixi, expe-
 cto. Tu, optime & doctissime vir, juvare literas
 perge. Memorabile est ac pertinet omnino huic,
 quod

quod ævi nostri decus Cl. Dn. Christoph. Cellarius, Programm. XLIV. p. m. 311. f. his verbis tradit: *Quoniam Christò victore atque auspice ipsi quoque Christiani vincunt; de horum nobilissima & verè miranda victoria, quam non armis, sed precibus M. Aurelio Antonino, Romano Imperatori, contra Qvados & Marcomannos impetraverunt, disquiremus aliquid, quod vix aliunde rectius, quàm peregrinatione dijudicari poterit. Tam grave Romanis fuit Marcomannicum bellum, ut cum Punicis conferri posse Eutropius noster censeat, quippe ita conclusus erat Romanus exercitus, ut siti periturus fuisset, nisi precibus effecissent Christiani, ut in hostes grando atque fulmina, in Romanos largissimus isque diu exoptatus imber de cælo dejiceretur. Eusebius, lib. v. Histor. Eccles. c. v. precatores, hosque τοὺς ἐκ τῆς Μελιτινῆς οὐτὼς λεγόμενης λεγιῶνος στρατιῶτας, hoc est Melitinæ legionis milites; Xiphilinus in hoc Imperatore, p. 275. λέγεται τῶν ἀπὸ Μελιτινῆς στρατιῶτῶν legionem ex militibus Melitenis vocat, illæque ita ab urbe, cui imposita fuerat; hic a regione, ex qua conscripta fuit, legionis cognomen deducit. Henricus Valesius, vir magnò ingenio, in Eusebium Adnotationibus Xiphilini sententiam præferendam putat, quòd Melitene, Cappadociæ regio, Strabone teste nullas urbes habuerit. Non autem nobis id argumentum validissimum videtur, quia Ptolemaus, Marci Imperatoris οὐλχερος, ut Suidas prodidit, lib. V. c. VII. Melitenæ regioni cùm alias, tum cognominem urbem Μελιτινῶν Melitenen adscribit, quam a Traiano conditam, cùm antea tantum castrorum locus fuisset, Procopius tradit, lib. III. de Ædific. c. IV. ejus etiam Ammianus Mercellinus aliquoties mentionem fecit. Esto verò a regione potius, quàm urbe nomen traxisse, & ἀπὸ Xi-
phi-*

philiini præstare Eusebiano ἰπὶ; quod secus videtur Cl. Salmasio, qui in Capitolini Marcum [c. xxiv.] notatis, ἀπὸ Xiphilini ex ἰπὶ Eusebii corrigendum censet; id tamen magnopere miramur, quod cum omnium forsitan legionum nomina in vetustis inscriptionibus reperiantur, nusquam legatur nomen Melitene, & ne quidem in Marci hujus epistola ad Senatum, quamquam supposititia, quæ Iustini Martyris Apologia adnecti solet, cum reliquis legionibus commemoretur. Unde Scaliger ad Euseb. Chron. f. 204. Melitenes, inquit, legionis memoria omnis intercudit. Sed & alterum cognomen legionis inspicendum est. Eusebius ex Apollinari, Christiano scriptore, refert, δι' ἰουχῆς τὸ παραδόξον πιπονηκίαν λεγιῶνα εἰκείαν ἰὼ γεγονότι πρὸς τοῦ βασιλέως εἰληφέναι προσήγορίαν, κεραυνοβόλον τῇ Ῥωμαίων ἐπικληθεῖσαν φωνῇ, legionem ipsam, cujus precibus miraculum perpetratum est, congruente rei nomine ab imperatore cognominatam esse Latine FULMINEAM. Huic repugnat, quod Dio Cassius in recensione legionum Augusti, lib. LV. [f. 564. ed. Hanoviens.] scripsit, τὸ δωδέκατον τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ τὸ Κεραυνοβόρον, duodecima [Legio] in Cappadocia, Fulminifera. Locus satis convenit cum priori cognomine, quia Melitene pars olim Cappadociæ fuit, postea Armenia Minori adscripta. Qui ergo Marcus imponere novum cognomen potuit, quod jamdudum Augusti ævò hujus legionis fuerat? Xiphilinus invidiæ tribuit, quod Dio per anticipationem quasi ad Augusteum sæculum hoc nomen rejecerit, οὐκ ἠγνοῖ, inquit, p. 270. exit. τὸ τάγμα τῶν στρατιωτῶν τὸ κεραυνοβόλον ἰδίως καλούμενοι ὅτι ἀπ' οὐδεμίας ἑτέρας αἰτίας (οὐδὲ γὰρ ἄλλη τις λέγεται) ἢ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸνδε συμβαίνους τὸν πόλεμον οὕτω προσήγορεύθῃ, non ignoravit, legionem militum, quæ Fulminatrix ap-
pel-

pellatur propriò nomine, ex nulla alia causa (neque enim alia circumfertur) quam ex ea, quæ in isto bello accidit, id nomen accepisse. Sed tantus non est Xiphilinus eruditus, ut Dionem, gravissimum scriptorem, Legionum nomina sub Augusto non justè dispensasse persuadeat, nisi alia & ea firmitiora argumenta superaddi potuerint. Exstant veritatis Inscriptiones, quæ LEG. XII. FULM. memorant, e. g. apud Gruterum, f. 513. Reinesium, f. 531. sed incertæ ætatis sunt pleræque, præter unam, quæ magnis viris videtur litem hanc componere posse. Ea Tergestina est, ita a Grüttero f. 193. & Scaligero c. I. proposita:

Q. PETRONIVS. C. F. PVP.
 M O D E S T V S. P. P. BIS LEG. XII. FVLM.
 ET. LEG. I. ADIVTRIC. TRIB. MIL. COH. V.
 VIC. TR. COH. XII. VRB. TR. COH. V. PR.
 PR. DIVI. NERVAE. ET. IMP. CAES.
 NERVAE. TRAIANI. AVG. GERM.
 PROVINC. HISPANIAE. CITER.
 ASTVRIAE. ET CALLAECIARVM.
 FLAMEN. DIVI. CLAV. DEDIT.
 IDEMQVE. DEDICAVIT.

Hæc si genuina est & antiqua; jam tum Trajani tempore Fulminatricis legionis nomen fuit, nec deum à Marco Aurelio Christianis militibus impostum. Sed diligentissimus vir Io. Glandorpheus in Onomatol. Rom. Hist. f. 675. eandem quidem ex Tergestino marmore inscriptionem dat. in ipsa autem voce, quæ rem tantam probare debet, diversus a Grüttero est, & pro FVLM. exhibet FLAM ut de hoc etiam argumento, quod ex lapide petatum fuit, dubitari omnino possit. Quis itaque non intelligit, a peregrinantibus litem componi posse, cum, Grüttero teste, lapis ille Tergeste Venetias advectus sit,

fit, quem qui inspexerit, facile dignoscet litterarum ductus, Flaminiz, an Fulminiz legionis cognomen representaverit. Sed quod paucis hanc Corinthum adire contigit, libris interim & conjecturis contenti erimus, & quantum fieri potest, exinde dubitationi consulamus. Flaminia legionis nomen, quantum nobis constat, insolens est: Fulminea autem multis monumentis comprobatur. Deinde in numero XII. Glandorpio cum Grütero & Scaligero exactè convenit: at verò Fulminea hic character fere proprius est, ut ex multis patet inscriptionibus. Quod enim Fretensis hoc numerò insignita est apud Reinosium, p. 521. id mendò non caret, & X pro XII legendum esse, ex multis exemplis, [X FRETENSIS] quæ Grüterus protulit, confirmari potest. Quæ cum ita sint, & numerus idem, qui est in ceteris marmoribus, etiam in Tergestino sit, ex Trajani sæculo, & insuper calculus Dionis Cassi adjiciatur; probabile omnino est, etiam ante Antoninorum tempora Fulminatricem legionem existisse. An verò præter illam etiam Melitena miraculi causâ ita vocata fuerit, ut duæ essent Fulmineæ, quemadmodum plures erant Gaminæ, Victrices, Parthicz; denuò disquiri potest. Id verò non placet Valesio, quod ita non simpliciter FVLM. sed additò numerò II. FVLM. appellari debuisset, cujus numeri nec in lapidibus, neque apud scriptores Christianos ullum exstat vestigium. Eandem autem esse, quam Christiani Melitenam, lapides Fulminatricem seu Fulmineam vocant, ex Notitiæ Imperii verbis sub Dispos. Ducis Armeniæ f. 232. [Præfecturæ Legionis duodecimæ Fulminæ, Militenæ,] probari potest, quæ ita certa & antiquitatis esse Valesius existimat, ut Onuphrium & Scaligerum carpat, quod Fulminatricem appellant, quæ cum

Noti-

Notitiæ auctore appellanda sit Fulminea. Verùm summos viros tuerentur & absolvunt tres inscriptiones apud Gruterum p. 547. n. 6. p. 567. n. 10. & p. 1090. n. 13, in quarum singulis expressum est LEG. XII. FULMINAT. quod aliter nemo facile legerit, quàm Fulminatrix. Sed hætenus de legione disputavimus, ut usum peregrinationum in sacra etiam historia comprobaremus, non ut miraculi fides suspecta redderetur, cujus testes satis digni sunt Tertullianus, Apolog. c. V. & Apollinaris cit. Eusebii loco: ut de profanis, Capitolino & Claudiano poeta taceamus. Hætenus Cellarius. Magnâ igitur opus est circumspeditione & accuratâ consideratione, ut genuinas seu nummorum, seu Lapidum Inscriptiones à falsis distingvamus ac subdiris, cum nemo nesciat, quot supposititiæ circumferantur Inscriptiones, quibus alii quidem scientes volentes imposuere simplicioribus, alii verò sibi os sublini credulitate nimia passi sunt. In priori hominum genere reponi merentur Annius Viterbiensis, Joannes Camers Theologus Minoritanus (cujus ingenium acre, studium indefessum, ac multifariam lectionem laudat Joach. Vadianus Helvetius in Dedicat. explanationi Locorum aliquot è suis in Melam Commentariis præfixa, p. m. 2.) & Cyriacus Anconitanus; ut de Julio Pomponio Laeto, Joviano Pontano, præclaris cetera viris, & aliis quibusdam nihil in præsentia dicam. Multum etiam ad intelligendam veterum ἐξερραφίας conferet Inscriptionum Gruterianarum Index Grammaticus. Sed cum in eo maximè referantur, quæ rariùs, & interdum semel atque iterum duntaxat se obferunt, operæ sit ad ipsas adire Inscriptiones, ut videatur in quibus vel omnes, vel antiquissimi quique La-

Lapides consentiunt. Fortè non præter rem adeò desideravit B. Christoph. Adam Rupertus in Epist. xxviii. Reinesianarum, p. m. 123. à Thoma Reinesio *Inscriptionum Græterianarum Examen*. Rectè caver Joseph. Castalio, Dec. ii. Observationum, initiò c. ix. p. m. 108. edit. Lugdun. M. DCVIII. in 8to. Neque est, quod quisquam dicat, erratum esse id fabrilè. Fieri enim posset, ut faber mendum in scalpendo admisisset, si in uno atque altero exemplari tantùm ita legeretur. Sed quando nihil ferè vetera monumenta variant, & mirus est eorum hac in re consensus, faciliè adductor, ut credam, non temerè id, sed consultò factum esse, quòd usu, qui loquendi & scribendi arbiter est, jam receptum invaluerit. Caspar Barthius, postquàm Gellii Maximi epitaphium Phœbo Liberto positum produxit:

Hic situs est quondam, Gelli pars maxima Phœbus:

Adfectus omnes possidet iste lapis.

Vix consummavit septem quinquennia lustris.

Oscula ferventem nec tenuère animam.

Mira, inquit lib. iv. Adversarior. c. xvii. col. m. 192. s. locutio est: vix consummavit quinquennia septem lustris; scribendum verò lustris. Et tamen mirifica est locutio, hausta è communi sermone, quales plurimæ in suavissimis illis inscriptionibus sunt: quarum idèò exempla nec exstant in libris, nec exigenda sunt: quoniam cuiusque sermonis lingua, peculiaria in loquendo habet, quæ scripta minimè omnium deceant. Sic in alio Epigrammato P. Latinius Brocchus:

Bonis probata, invisita sum a nulla, proba

Eui, parens senibus, huic autem obsequens.

In alio Julia Firmia est:

b

Qua

*Quæ commune eorum servavit casta mariti.
 Quæ cum aliis innumerabilibus sunt idiotismorum
 vernaculorum. Sic, cum minus eruditi, aut libris
 legendis non exercitati, aliquando scriberent, mira
 monstra generabant. Ut: cubiculus, balneus, &
 alia talia exstant in Istinatione Burdegalensi, quam
 Petrus non Pithoeus, sed Phœnix Antiquitatis vin-
 dicum, publicavit. Cum constet tamen, eam libel-
 lam vetustissimam esse. Nequaquam ergo rectè fa-
 ciunt, qui lapidum monumentorumque præteriti ævi
 eam rationem habent: ut Scripторibus exactis, &
 fæmæ suæ periculo scripta odentibus, eorum phrasia
 obsequunt. Eadem causa & Orthographia est. Falsò
 enim, an vixit lapidi incisum aliquis fuerit, nun-
 quam Orthographia peccantis gratiâ, inanes illas
 & siccibus malleo & colte litteratis exculpas esse,
 verisimile est: ut quidem Sergius noster (Polensis)
 loquitur. Itaque pro idiotarum & apocum (ut
 Livio hoc genus vocatur) captu inscriptiones abso-
 lute, nobis regulas scribendi non dabunt. Nam enim
 suspicari poterant eorum temporum litterati, ad ita-
 lem confusionem ventura esse omnia: aliqui melius
 utique nostris & studiis & scriptionibus consulissent.
 Barbariore etiam ævò distinctio inter rusticum scho-
 lasticumque sermonem maxima erat: ut dudum &
 docti viri, & nos notavimus. Quibus permixtis,
 illa facies plerorumque monachalium compendiorum
 enata est. Nec dissimilia tradit in p. m. II. Ra-
 nonis Orthographia, editæ Antverpiæ M. D.
 LXXII. in 8. Joannes Nemius apud Sylvam-
 ducis Gymnasarcha his verbis: Illam scribendi
 rationem imitabimur, quam doctissimus quisque usur-
 pavit. Eam variâsse docti videbuntur, ibi plurimum con-
 suetudinem sequemur. Ridiculi sunt, qui Scripturam
 in cariosa charta, aut in saxo vetustate fæmæ, aut*

in nouissimo peruetusto reperiam, statim vocant
 in exemplum scribendi. Siquidem Orthographia ra-
 tio, nec eodem seculò, fuit eadem apud omnes. Et
 quid illiternatius est Latomus, Sculptoribus, Mono-
 tariis, ac Vitriariis? Quia bene præscripta reddunt
 fere deprauata. Sciendum quoque est: quosdam
 insulse plus tribuere typographia, vel consuetudini;
 quàm certissima rationi: cum tamen ad neutram
 illarum refugiendum sit; nisi deficiente posteriore vo-
 cis alicujus ratione: quæ fere petitur ab Etymo-
 logia, aut à recta ratione. Nimirum videntur
 viri docti in eo, quod apert, lapicidas & suui-
 les, indoctum fuisse hominum genus, ut illis sta-
 re nequeamus, nostris è temporibus metiri ve-
 tera, quibus Latina Lingua erat vernacula. Præ-
 terea ut latomus essent imperiti, non aliter tamem
 incidere licebat, quàm præficerent illustres &
 doctissimi homines: quibus magnoperè erat cu-
 ra, ut omnia, quàm emendatissime inscriberen-
 tur. Arguendo illud erit, quòd Magnus Pom-
 pejus (ut de eo prodidit Tullius Tiro, apud Gel-
 lium, lib. II. c. I. qui iis temporibus vixit) doctis-
 simos Urbis viros super hoc consuluit, utrùm in
 eade Victoria, TERTIO, an TERTIUM CON-
 SUL, incidi deberet: atque ut, his dissen-
 sibus, adferret M. Ciceronem: ille autem, ne
 hoc, vel illos improbitate videretur, suaserit Pom-
 pejo, ut TERT. scriberetur. Et quis nescit,
 quàm curiosè Nigidius Figulus disernerit, quan-
 do pueri per I, quando pueri, per EI, scribi
 oporteret. Talia curabant in charta peritura;
 non curabant in saxo duraturo, Urbisque, imò
 orbis oculis exposito? Possunt & alia in hanc sen-
 tentiam adferri; quæ satis docent, non debere
 audiri, qui contentum adeò de lapp. sentiunt &

loqvuntur : nec pili faciunt, qvid in omnibus, vel penè omnibus lapidibus reperiatur. Quasi nullum certius esse veteris scripturæ argumentum possit, quàm consensus lapidum, tabularum ænearum, nummorum, similiumque monumentorum, quæ ab antiquissimis temporibus ad nostra usque tempora durarunt. Nam librorum alii ex aliis exscribuntur, magisque & magis à primo codice abitur. Lapidēs verò nummūque immutati permanent. Ceterum ad rerum memorias antiquarum, Consecrationes numinum, Ritus sacrorum, Origines populorum, Conditus Urbium, Rerumpublicar. administrationes, Magistratus & horum ministeria, Legum rogationes, Militiæ instituta, Conlegiorum Corporumque rationes, Conditiones artium, officiorum, professionum, omnemque adeò Historices partem etiam singularem ac privatam percipiendam & ad quamvis elegantiam doctrinæ cognoscendam multum vetustis in Inscriptionibus ac inscriptis Lapidibus emolumenti esse liquet quod die magis. Nam fere semper vel è ruderibus, ruinisque regeſtis altissimis inscripti Lapidēs eruantur, vel ex angulis quibusdam & abditis in medium proferuntur locis; quibus in marmoribus nonnihil reperitur, quod sit è re litteraria. Bene notat Cl. Rupertus in Dissertationib. ad Valer. Maxim. VIII. XIV. 4. p. m. 518. Romanos illos veteres, quorum nominibus etiamnum non sine aliqua veneratione adfurgimus, cum æternitatem nominis sui perpetim cogitarent, subsidia sibi advocasse earum rerum, quæ ætatem ferre, & prorogare possent res æternā memoriā dignissimas. Hinc cum scirent, non sufficere papyrum atque membranas, non solum igni, (qui fatalis

libro-

librorum mors est, ut hoc in ipso Inscriptionum infra citandò paruit opere, & ostendit Michaël Piccartus, Francus, Professor Noricus, Decad. VII. c. x. Observationum Historico-Politicar. p. m. 59. edit. Noriberg. M. DC. LII. in 8t. ac Thomas Bartholinus in Dissertatione Epistolica peculiari de Bibliothecz Incendio, edita Havniæ annò M DC LXX. diximúsque nonnihil hoc de argumento in Præfatione in Thesaurum nostrum librorum Philologicor. & Historicor. Lugduni Batav. evulgatum hòc ipso annò, p. 12.) sed & Scriptorum malevolentiz, negligentiz ac sordidiz obnoxias, metallis etiam ac Lapidibus res à se gestas insculpendas curarunt. Sulla sigillum habebat, in quo Bocchus erat Jugurtham ei tradens insculptus, ut præter Plutarchum in Mario, p. m. 411. A. edit. Paris. M. DCXXIV. in fol. & Plinium, lib. xxxvii. c. 1. scribit Maximus Valerius, viii. xiv. 5. Hoc etiam Græcorum vetustissimis fuit in more positum, quibus, ut temporis injuriam propulsando, posteritati tutius consuleretur, cippis faxeis, *ἐξελος* seu *κέρεισι*, veluti libris seu tabulis publicis, tam res veterum gestas, & temporum rationes, quàm Leges, Pacta, Deorum & mortuorum titulos, vota, incidi solemne erat. Euhemerus Siculus res gestas Jovis, & ceterorum, qui Dii putabantur, conlegit, Historiamque contexuit ex titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur; ut disertè meminit Lactantius de falsa religione, c. xi. etiam columnæ aureæ in fano Jovis Triphylîi positæ, quibus perscripta erant ejusdem numinis gesta. In Sicyone item *ἀνὰ γράφην* erat seu Descriptio ejusmodi sacrata, unde Heraclides in librum suum de Musicis, Ju-

nonis Argivæ Antistinum, Poëtarum etiam & Musicorum celebriorum nomina traduxit. Testis est Plutarchus Lib. de Musica. Columellæ item, quibus Cretenses sacra descripserant Corybantum, à Porphyrio in secundo *περὶ ἀγρονομίας* *ἐμψύχων* inmemorantur. Quin obvium est, quod de columnis illis Sethi nepotum, latericiâ altera, alterâ faxeâ, quibus sideralis scientiæ inventa sua mandârunt, hæbet Josephus, 1. Antiquit. c. 111. De quibus præter nobis adductos Scriptores in Fasce 11. nostro Exercitation. Philolog. Historic. n. 11. p. 74. & Fasce iv. n. 11. p. 155. s. integram habes B. Ægid. Strauchii Disp. historicam in Fasce nostro v. n. vi. Ita fortissimus Poenorum dux Hannibal, posteaquàm Alpes Grajas, quæ hodie S. Bernardi dicuntur, ignibus acerbisque perfregisset, literas hujus trajectionis suæ testes rupibus inscribendas curavit, quas etiamnum apud *Barrum*, ejus itineris pagum, ipsis coribus incisas exstare, tradit Paulus Jovius, lib. xv. Histor. p. 168. Ceterùm, ut hoc obiter addam, binas istas tabulas lapideas, quas Deus Opt. Max. suò digito incisas Moysi in monte Sinai tradidit, Salvianus Massiliensis, Lib. 1. de Gubernatione Dei, *rupices paginas & saxenum volumen* indigitat. Ut vel hinc caussa pateat, cur viri boni nonnusquàm gloriæ sibi ducant, in latomias damnari, & inter antiquitatis rudera consenescere; omnemque movere lapidem & evolvere & verò gestire gaudiis, sicubi exesum aliquod in marmore nomen, avulsum crus & fractum brachium reperere; quæ non immerito *studiorum bellaria* vocat Justus Lipsius alicubi, locus enim, quem B. Rupertus d. 1. è lib. 1. Epist. QQ. Ep. iv. adducit, in mendo cubat. Cui subscri-

scribens Laurent. Pignori, Epist. xxv. i. Symbolicarum Epistolar. p. m. 143. edit. Patavin. M. DC. XXIX. in 8t. Rectè sentis, inquit, (ut sentiant alii plerique omnes Reipubl. litterariæ principer), de notitia Antiquitatis pendere cognitionem exactam omnium Historiarum. Marmora siquidem, Nummi, Gemmae; & reliqua seculi præfisci suppellect non minùs industrant res à nobis longè seculorum sevis diffitas, quàm tenebras vincant Funalia. Prudenter scribit Henr. Kipping. in Præfation. in Antiquit. Roman. p. m. II. Addo summa & optima fidei Censeres, quos Rosinus (non tamen Thomas Dempsterus in illum) ignerat prorsus, INSCRIPTIONES dico, & commodis locis aptissimè infero, ut verè credas, LECTOR, te legere Antiquitates, cum antiquissimò sermone & sæpe Aboriginum fassum audis, non solum Italianam, sed quoque Hispaniam, Galliam, Germaniam, Pannoniam, amplissimi ejus Imperii provincias magnas, in Columnis & Marmoribus. Numismata, Icones, Sculpturae erant subsidio, magnò labore nec minori sumptu conquisita supplicia, ut haberes eò plura firmamenta rerum pulcherrimarum. Pulcherrima sæmò littera sunt, quando & ipse Deus voluit à Barbarorum crudelissimis depopulationibus non prorsus memorias illas veteres deleri, conservavit verò, ut ingratisissimè mortaliū sint Barbari illi mæstæ, quibus ista non placens. Adversus illos horribile carmen pronunciamus: QVI. VETAT. INGENIO. VALERE. BÆOTUS. ESTO. VEL. SI. MA. VELIT. PHRYX. APOLLO. DIXIT. FAUNUS. VATES. APPROBAVIT. SILENUS. BARBARUS. DISSENSIT. Verùm hic foras ire jussus, ferulaceum galericulum adducebat super aures ne apparerent esse Mida, atque condemnaretur

tur ad ergastula, ubi mortui boves incurfant vivos.
 Hæc Kipping. Multa memorabilia gemmis insculpta habet b. r. Joh. Kirchmannus in c. xiii. de Annulis, p. m. 90. f. edit. Lugdun. Batav. c16cLxxii. in 12. sicuti & Leo Allatius in Animadversionib. in Antiquitatum Etruscarum Fragmenta ab Inghiramiõ edita, p. m. 38. f. 5. xxi. edit. Paris. M. DCXL. in 4to, item Goriæus in Daçtyliotheca, quam Scaliger & Casaubonus deprædicare satis non potuerunt, Cl. Jac. Gronovius verò cum notis suis evulgavit hîc Lugduni annò c16cxcv. in 4to, 11. Volumin. Ad di poterit & ingentis pretii Sapphirus, in quo Constantii Imperatoris Venatio, doctissimò commentariò illustratus à Marquardo Frehero, & Norimbergæ adservatus olim à Nobiliss. Jêto D. Hardeiano. Leon. Augustini Gemmæ & Sculpturæ Antiquæ cum earum enarratione in Latinum versæ à Cl. memorato Gronovio Filio in 11. Tom. prodierunt Franek. 1694. in 4to; Taceo Joh. Jac. Chifletii Annulum Pontificium pro Pio Papa & Veterem Imaginem S. Deiparæ in Jaspide viridi edit. Antverp. 1658. in 4to; qui & Epitaphium Cujusdam Eliæ Læliæ Crisp. ænigmaticum, lusum ingenii otio aburentis doctum interim & planè pro Persiis sollertissimè excussit; sicuti & Casp. Gevartius, 111. Elector. c. 1. p. m. 81. f. edit. Lutet. Paris. M. DCXIX. in 4to; uti & Car. Cæsar Malvasia in lib. Bononiæ edito in 4to, annò 1603. sub hoc titulo: *Elia Lælia Crispis non nata resurgens.* Cl. Joh. Seldenus, *ingens Britannicæ suæ lumen*, verba sunt Thomæ Reinesii, lib. 111. Var. Lection. c. xvi. p. m. 589. edit. Altenburg. M. DC. XL. in 4to, *sed quod etiam nobis subinde, dum in literis cæc-*
timus,

timus, adfulget, non interpretis solùm vicè in obscurissimis aliquot functus est, & restituit antiqua multa, quod probant Syntagmata de DIS Syris tñs uatñs ieyurias, sed & nondum visa in Europa, hac marmora, è longinquis regionibus Asia & Græcia, sumptibus Ill. Comitum Arundeliorum conquisita & advecta, quæsi excogitaverit ipse, nova cum luculento commentario Orbi communicavit. Tabulam Eugubii repertam, linguâ Etruscâ desitâ dudum & ignorabili scriptam, insertam operi Gruteriano p. 163. Bernardinus Baldus Urbinas Gvstallæ Abbas elucidavit, deque ejus sensu sagacissimè divinavit: Fabric. Scharlencinus Epist. ad Lælium Rurinum Episc. Balneo-Regiensem: Inscriptionem Dvlianam, omnium, quas habemus, vetustissimam, quæ ejus Consulis pugna navalis cum Pœnis & victoria a. U. C. 493. continetur, in basi marmorea columnæ rostrata, quæ in foro Rom. steterat. P. Ciacconius. Fragmentum Legis agrariæ in ære C. Sigonius: Tabulam marmoream Narbonensem de suscepto pro salute AUGUSTI à plebe urbana voto & erecta in foro ara, in qua quotannis VIIII. Kal. Oct. & VII. Id. Jan. sacra faciunda, Elias Vinerus: Hæc Reinesius: Nimirum annò fundatæ salutis cIoIc xxviii. Marmora aliquot satis ampla Græcè incisa auspiciis & impensis Herois illustrissimi Thomæ, Comitæ Arundellæ, in Angliam ex Asia advecta sunt: quorum primum Epochas veterum Græcorum nobiliores, seu insigniora temporum intervalla ferè universa complectitur: alterum foedus Smyræorum & Magnetum in fano Veneris Stratonicedis olim sacratum: Tertium C. Antonii Septimii Publici Citharoedi victorias: ut alia silentiò transmittam. Hæc verò tam veneranda prisce Orientis gloriæ rudera primus publi-

blicavit, & Commentariis doctissimis illustravit Clarissimus Vir, Johannes Seldenus. Marmora verò citata Oxoniensia ex Arundellianis, Seldenianis, aliisque conflata è recension. & cum Commentar. H. Prideaux, Seldeni & Lydiati prodierunt Oxonii annò 1676. in fol. quibus accessit Serit. Ursari Commentarius de Notis Romanor. Annò 1674. Ibidem in fol. evulgatae sunt Historia & Antiquitates Oxonienses, 11. Voluminib. comprehensæ. Londinensium Inscriptiones curâ Valentis Arithmæzi Francof. M. DC XVIII. exiisse legimus. Non examinabo in præsentia sequentia Laurentii Pignorii, quæ Epist. xvi. Symbolarum Epistolicar. p. m. 98. habet: *Si dixerò veteres Inscriptiones ab Italis primum collectas, veluti a Ciriaco Anconitano, Joanne Marcanova Patavino, Jocundo Veronense, mendacium non dixerò. Si Nummos antiquos in pretio primum habitos à Medicis contendero, nemo repugnabit opinor.* Epigrammata, Inscriptiones Antiquæ, Monumenta & Antiquitates totius Urbis Romæ, prodierunt ibi in fol. annò 1610. De Numismatum, inquit Joseph. Castalio Jctus, Decad. iv. Observationum, c. i. p. m. 162. *Inscriptionumque antiquarum explanatione librum ab Antonio Augustino viro Amplissimo, & undecumque doctissimo, undecim Dialogis digestum, Hispanicæque Lingvâ scriptum, & in Italicam à Dionysio Octaviano Sado (in Latinam ab Andr. Schotto, cujus accessit Dialog. xii. de prisca Religione & de diis Gentium) translatum, quotiescumque legi, singularem Antiquitatis notitiam in eo admirari satis non possum. quidam tamen insunt navi adeò perpusilli, ut vel oculos intuentium fallant, vel non offendant. Ejusmodi est nescio quid Dialogò secundò, ubi*
agi-

agitur de *Victoria Navali*, rostris, columna, & corona, rostratis, in quo memoriâ leviter lapsus videri possit. Scribit enim M. Agrippam ob rem egregiè gestam contra Antonium, & Cleopatram ab Augusto coronâ rostratâ donatum, quem constat ejusmodi insigne navali quidem præliô, sed multò antè victò Sextò Pompejò consecutum esse. Vellejus Paterculus, lib. Histor. secundò, c. LXXXI. 3. hac de re meminit his verbis, insigne Coronæ classicæ, quò nemo unquam Romanorum donatus erat, hòc bellò Agrippa singulari virtute meruit. Et paulò suprà, 11. LXXX. 4. navali primò præliô apud Mylas ductu Agrippæ pugnatum prosperè, & mox v. 5. pænè omnibus exuius navibus Pompejus Asiam fugâ petivit. Vergilius quoque librò *Æneidos* octavò, extremò, v. 682. hunc Agrippa honorem in cælum extulit his versibus:

Parte aliâ & ventis, & Diis Agrippa secundis

Arduus agmen agens, cui belli insigne superbum

Tempora navali fulgent rostrata coronâ.

Sed hic fortasse Vergilii locus viro eruditissimo impo-
suit, quòd victoriam Navalem de Antonio, & Cleopatra in *Ænea* clypeo insculptam contineat, quæ res nequaquam obstat, cum in ea ipsa expeditione, antequàm pugna iniretur, *Victoria Navalis* insigne gestaret. A Cassio item Dione, librò XLIX. p. 400. C. memoriæ proditum est, Agrippam ab Augusto coronâ rostratâ post devictum Sextum Pompejum donatum, quòd neque antè, neque post contigisse ulli, testatur Hæc Castalio. Ipsum opus Antonii Augustini lego ex edit. Antverp. M. DC. XVII. in fol. Admiranda Romanarum antiquitatum ac veteris sculpturæ vestigia anaglyphicò opere elabo-

borata è marmoribus & vetustis ruinis eruit & cum notis suis Romæ edidit in fol. Petrus Bellorius; Cujus & ibidem annò M. DCXC. prodierunt in fol. Veter. Arcus Augustor, Triumphal. insignes. Exiit ibidem in fol. cum ejusdem Bellorii notis & declarationibus Columna Antoniana, Marci Antonini rebus gestis insignis, Germanis simul & Sarmatis geminò bellò devictis, insculpta à Petro S. Bartolo. Marmora Basis Colossi Tiberio Cæsari erecta ob Civitates Asiæ restitutas post horrendos Terræ tremores primus vulgavit & notis inlustravit Cl. L. T. Gronovius. Antiqvæ Statuæ Urbis Romæ prodierunt ibi in fol. clcxcxi. Facit & huc Roma Illustrata Georgii Fabricii Chemnicensis, quam è nova recensione Antonii Thyssii Jcti Amstelod. edit. in 12. annò M. DCLXXXIX. usurpo. Alexandri Donati Roma vetus ac recens semel, iterum atque tertio typographos exercuit. Utilis est & Hier. Aleandri Antiqvæ Tabulæ Marmoræ Solis effigie, Symbolisque exculptæ accurata Explicatio, quâ priscæ quædam Mythologiæ, ac nonnulla præterea vetera monumenta Marmorum, Gemmarum & Nomismatum explicantur. uti & Laur. Pignorii Expositio Mensæ Isiacæ, quæ optimè prodit Amstelod. M. DC LXIX. in 4to. Aringhi & Bosii Româ Subterraneâ, in qua antiqua Christianorum Coemeteria, Tituli, Monumenta, Epitaphia, Inscriptiones, ac nobiliora Sanctorum sepulchra inlustrantur, utor editâ Lutet. Paris. clcclix. in fol. Habeo & Raph. Fabretum de Columna Trajani Romæ 1683. vulgatum in fol. Confer Matth. Raderum ad Martial. lib. I. Epigr. xciii. p. m. 175. f. edit. Mogunt. M. DC. XXXVII. in fol. Taceo La-

zii Commentarios de Republ. Romana, Francof. c169xviii. in fol. Joh. Baptiste Ferretti viri docti ex Italia Musas Lapidarias, Veronæ 1672. in fol. Onuv. Panvini Antiquitates Veronenses & lib. de Republ. Rom. sive descriptionem Urbis Romæ, Francof. 1597. & 1607. in fol. Hor. Ursati Monumenta Patavina, Patav. 1652. in fol. Cardinalis Noris Cenotaphia Pisana Caji & Luc. Cæsar. Venet. 1681. in fol. Val. Chimentellii Marmor Pisanum Bononiæ 1666. editum in 4to; Habemus & Pierii Valeriani Antiquitates Bellunenses; (de quibus sic Dn. Reinesius, Epist. viii. ad Daurmum, p. m. 21. scribit: *Pierius in isto genere litteraturæ, Inscriptiones volo, planè caruit; & malè interpretatur idè in lapide de C. Fl. Hostilio 10 PAP. per Papinium: significant enim ista sigla tribum hominis, PAPIA, vel PAPIRIA. In LAVR LAV. planè ridiculum se prabet. LAU-Rens LAVinas à patria urbe Lauro Lavinio dictus fuit iste Flavius. Hinc in lapp. RESP. Laurentum Lavinatium. DEFENSOR. LAUR. LAVinatium: PONTifex L. L. Colonia Augusta Laurentum: Præf. Q. Q. Laurentum Lavinatium. Observe etiam Collegii cujusdam seu corporis in municipiis nomen esse, tam in sacris quàm in l. xlvi. C. Th. de cursu publ. In lapidibus Romanis nominantur etiam Laurentes Vici Augusti, & Decurio Laurentium Lavinatium Vici Augusti. Sed de his in commentario ad inscript. fusè.) Joh. Jacobi Grasseri Antiquitates Nemausenses; Caraccioli Antiquitates Neapolitanas. Marmora Felsinæ exierunt Bononiæ annò 1690. in fol. F. Ursini Inscriptiones, Neapoli 1643. in fol. Est & in medio J. B. Cavallerii Antiquarum Statuarum Urbis Romæ Volumen, cujus*

jus & diligentia edificiorum industriam, quæ su-
 persunt, Reliquiæ descriptæ & representatæ sunt.
 Scriptæ Scardeon de Antiquitate Urbis Patavii &
 claris civibus Patavinis libros III. cum Adpen-
 dice de Sepulchris insignibus exterorum Patavii
 jacentium, Basil. clxxx. in fol. Athanasii Kir-
 cheri Chinam illustratam cum monumentis sa-
 cris ac profanis, Oedip. Egyptiacum & alia hæc
 spectantia nescit nemo. Propter additas Inscr-
 iptiones Urbium Hispanicarum anno Julii. Cæsaris
 editionem, quæ Francof. à museo & impensis Jac.
 Strada Mantuani & Cæsaris Antiquarii prodierit in
 fol. anno M. D. LXXV. Sed & multas refert at-
 que illustrat Inscriptiones Hispanicas Joh. Va-
 lens Brugensis, Professor Salmanticensis in Chro-
 nico Hispanico, & Ludovicus Nonius Medicus
 in erudita sua Hispania Antwerp. edita clxxxvii.
 in 8t. Cujus & existat Commentarius in Hub.
 Goltzi Græciam, Insulas & Asiam Minorem,
 Antwerp. 1644. in fol. Commendatur & Za-
 mosi Analesta Daciz, Francisci Swerii Athe-
 naz Belgicæ Antwerp. 1628. in fol. Vredii Sigilla
 Comitum Flandriæ & Inscriptiones Diplomata
 cum expositione Histor. Belgicæ clxxxix. in
 fol. Nathani Chytræi Deliciæ seu Inscriptionum
 maximè recentium monumenta Italiæ, German.
 Helvet. Bohemiz, Daniz, Belgii, Galliz, An-
 gliz & Poloniz, Herbomæ publicata sunt anno
 1594. in 8t. Simonis Grynæi & Joh. Grossii In-
 scriptiones & Epiraphia Basileens. Wittebergens.
 & Viciæ. Inscriptiones congefferunt Balthasar
 Mercius in Syntagm. Inscript. Witteb. Ha-
 genmejerus in Inscript. Witteb. Andr. Seane-
 rus in Athenis, itémque Inscriptionib. Witteb.
 Gothofr. Syreus & B. D. Joh. Meisnerus in Ju-
 bilæo

bileo seculare cum Adpendice Inscription. in Templo Arcis sive omnium Sanctorum. Hallesium Dn. M. Joh. Gottfrid. Olearius in Cœmeterio Saxo Halens. Freibergensium habes in Hempehii libello Welleriano, Schirmeri Conditorio Saxonico. Inscriptiones Lipsienses congegit Cl. Dn. M. Salomo Stepmus Eibenstockensis Misnicus, ediditque Lipsiæ annò 1675. in 4to. *Inscriptiones antiquissimæ & celeberrimæ urbis patriæ Hamburgensis* Theodorus Anckelmann. J. U. L. haud indiligenter conlegit & Heideberge annò M. DC LXIII. in 4to juris fecit publici. Plenius illarum syntagma auctore diligentiss. Dn. Joh. Mollerò, parte ult. Isagoges ad Historiam Chersonesi Cimbricæ, c. VIII. p. m. 549. §. XIV. edit. Lipsiensi. annò M. DC. XCIX. in 8t. non epigraphias tantùm, intra quas Anckelmanni fere substitit industria, sed alias etiam non unius generis, exhibiturum, ab OTTO SPERLINGIO, Viro Celeberrimo, expectatur. Anckelmannianarum Verustissima à plerisque putatur Sepulchralis Benedicti V. Pont. Rom. (per Ottonem M. à Sede Pontificia derurbati, Hamburgum relegati, & istic 7 Non. Jul. A. 965. defuncti,) memoriz in templo Cathedrali consecrata. Sed supposititiam eam esse, & unà cum Monumento ipso (quod Offa Benedicti, sub finem sæculi X. Romam deportata, nunquàm adservavit) fœcundò demum XVI. fabrefactam, Diss. peculiari, sub *Monumento Hamburgensis Benedictini* titulo Kilonii A. 1675. in 4to edita, OTTO SPERLINGIUS, modò laudatus, de ætate atque ingeniosè ostendit, & totam simul Benedicti Historiam egregiè inlustravit. Conferri de eadem è nostris mereatur: 1. Incerti Auctoris

ris *Narratio* de Pontifice hoc Hamburgum depor-
 tato, per Erp. Lindebrogium, in *Scriptorum Hist.*
Germ. Septentr. Syntagma p. 133. & seqq. luce
 publicâ A. 1609. donata; 2. ALB. KRANTZII
Confutatio Legendæ Fabulosæ de ejus adversus Sla-
 vos in Chersonesum nostram Expeditione, & fi-
 ctitio, quod apud Hamburgenses passus fertur,
 Martyrio, *Metropoli* ipsius (aliqvot *Libri* 11 dī
 & 111 tii *Capitibus*, vide lib. 11. c. IV. IX. & lib. 111.
 s. XX. XXI. XXII. & XXIII. eandem sub Examen vo-
 cant) in plerisque Editionibus subjuncta, & 3. de-
 nique GEORG. CALIXTI in *Tr. de Conjugio Cle-*
ricorum, p. m. 374. 378. ACCÆS. BARONII, T. X.
Annal. Eccl. ad A. C. 964. 965. & 999. proluxi-
 sculæ de Historia Benedicti Digressiones. Me-
 morabile est, quod eruditissimus & disertiss. vir
 Joach. Pastorius, Doctor quondam Medic. &
 Histor. regius Professor Gedanensis honorarius,
 lib. 111. *Sylvarum*, p. m. (non 99. ut malè nu-
 merus positus est, sed) 109. f. edit. Gedan. M.
 DCLVI. in 12. his verbis narrat: *Sciendum*
est, me Biturici, (vulgò Bourges) cum in Cujacii
sepulchrum inquirerem, & id omni Epitaphiò cassum
reperissem, epigramma super eâ re scripsisse, quod
idem cum & Dominus Vincentius Fabritius fecisset,
eâque res Cl. viro Merillio J. C. aliisque mox in-
motuisset, stimulati inde sunt omnes Cujacii, & Li-
terarum, qui in ea Academia erant, fautores, ut
marmoreum Viro tumulum origi curarent.

Epigr: Ampl. D: Fabritii hoc erat.

C Ujacii Cineres saxo venerare sub isto,
 Nec famæ dubites, hospes, habere fidem.
 Non tumulus titulum, nec habet sua marmora bu-
 Indice eger, quamvis sit sacer, ille locus. (stum,
 Sed, caperet dignum tantò qui nomine carmen,
 Scili-

Scilicet in toto non fuit orbe lapis.

Mentem alibi expressum habetur. Hæc Pastorius. Monumenta Paterbornensia ex Historia Romana, Francica, Saxonica eruta & notis illustrata sine mentione Auctoris exierunt Paterbornæ annò M. DCLXIX. in 4to. postea quoque Amstelod apud Elzevir. 1672. in 4to. Nonnullas Inscriptiones explicatas reperies Epist. LXVI. LXVII. LXVIII. LXXXV. LXXXVI. & CLXXIV. earum, quas D. Anton. Matthæus, celebris ille peritura antiquitatis stator, cum Andr. Aleiati vulgavit ad Martium Epistola hic Lugduni Batav. M. DC XCV. in 8t. p. m. 179. f. 459. f. Epitaphia Augustana Salisburg. 1624. in 4to vulgata debemus D. Praschio. Clarorum Academiae Franckeranae Professorum Monumenta sepulchralia, quæ in utroque templo videntur, habes in sine Nicol. Blancardi Panegyrici pro Jubileo seu Festo seculari Academiae Francker. dicti & ibid. editi annò M. DC LXXXV. in fol. Seelandiæ Danicæ Inscriptionum atque Epitaphiorum Antigraphia Laur. Afferous, Scanus Havnia annò 1621. juris fecit publici in 8t. Ipsius autem Havniz Inscriptiones, sicuti & Insularum vicinarum, Amagriz & Huenæ cum indicibus Ecclesiastarum Lutheranorum, & Rectorum Scholasticorum Chronologicis Petrus Resenius ibidem annò 1668. Henr. Ranzovius sub titulo *Hypotyposis* peculiarem conscripsit à se factarum & hinc & inde positarum Inscriptionum Catalogum. Sic & Dodo Richea Salisburgi annò M. DC LXXIII. in publicum extruxit Theatrum funebre, exhibens per varias scenas Epitaphia nova, antiqua, seria, jocosa, ævò, ordine, dignitate, genere, sexu, fortunâ, ingenio, adeò & stylo perquam varia. Emman. Thesauri Inscriptiones sunt in manibus omnium: De Cl.

sii libro, quem de argutis inscripsit Inscriptionibus, memini me dixisse in parte Methodor. II. n. VII. extr. p. 439. b. Jac. Sponii Miscellanea eruditæ antiquitatis, in quibus Marmora, Statuæ, Musiva, Toreumata, Gemmæ, Numismata, Grætero, Ursino, Boisardo, Reinesio, aliisque antiquorum Monumentorum Conlectoribus ignota, & hucusque inedita referuntur ac inlustrantur, lego ex edit. Lugdun. M. DC. LXXXV. in fol. Hôc locô libet interponere, etsi sejunctæ à re proposita sunt, duas Cl. Reinesii nunquàm antehac in publico visas e msc. ejus epistolas, nos nonnihil de Sponio docentes. *Dilecto Meo Fr. Brummero Reinesius S. P. D. Dum in summo cliuo curarum, in quas Heuschl inhumanitas me coniecit hæreo, spe tamen simul eâ βοηθοῦμαι, mea sic, uti jusseratis, curata jam ad manus vestras pervenisse, Francofurtô enim Argentinam direximus, in quo Parens tuus adjumento mihi fuit & πρῶτος, ad, nescio quem, mercatorem sibi notum. Hamburgô mihi renunciat H. se nuper admodum mississe fasciculum meum Ambstelodamum, inde Parisios certâ vecturâ destinandum; faxint, ut verum locutus fuerit, Dii. Consilium meum de Oedipo tibi displicere nolim, eoque rogo, matures eam operam tam mihi quàm & tibi, cui potissimum hîc feritur; & spero, meretur; curabis autem inseri ea, quæ in schedula singulari * annotata accipis, καί τις αὐτο-
καὶ δὲ αὐτο-*

* Oedipo infarcienda præterea: p. 5. lin. 13. de quo in Eponymol. Etiam FEROX, Abbas Monasterii S. Mariæ ad Organum, extra muros Civitatis Verona, primus & conditor, Imp Tib. Constantino AUG. sedente Pelagiô I. Romæ, Solaciô Episcopo Veronense A. D. 585. Cum librario P. 6. lin. 4. Vicetia autem, cum circum-Padanis aliis in
Tri-

αἰβ' αλα. Sponius ex Nonis Dec ad me scribit, super acceptis meis binis, se Te ambabus ulnis amplectari pro summis, quibus polleas, meritis, gestire: Et igitur literas, quas abeunti Tibi credebam, quamprimum offerri, simul hisce insertam schedulam alteram (neque enim vacavi nunc longiorem epistolam super re, quæ tribus verbis absolvi posset, exarare: sunt minuta & inuolucia.) curæ habeto. Narra-
 rat idem Sponias, se meam de Familia Rusticella, non agnita à Patino, sententiam ei significasse: persuaderetque sibi, quòd rem gratissimam ipsi fecerit. De hoc dubitare me faciunt quædam; Tibi facile erit, si attenaeris homini, verum & quæ sunt intima pervidere. Querit etiam Sponius, quodnam fuerit & quantum Donativum istud Regis; odiosa mihi accidit ejus hæc curiositas: interim poteris, me non nolente, significare. Adhæc petit, ut sui faciam mentionem, cum pervenero ad lapidis Nannetici, in quo
TRIBUNAL CUM LOCIS, contra Salmasium explicationem meam, idcò quòd primus me ad eam expromendam sollicitaverit: quæ ineptia est à viro gravi. Produco sententiam meam in Oedipo; sed non videbatur ibi simul inculcari posse Sponius, nisi & ipse ineptire videri vellem Lectoribus. Hæc nunc potui, oblatâ ex trivio occasione cursoris publici Argentoratensis; inde ut Meietus noster se curaturum recepit, ad Vos Deo fortunante, perferentur. Bene vale Dilecte mi, feliciterque anna & perenna. Scrib.
 αἰς τὰχιστα. XVIII. Dec. st. vet. An. clō lxxvi. L. p. f. 2. ** Salve Dilecte mi. Quas 18. Dec. scripseram,

17
 Tribu Fabia, (alia enim in Publiliam, alia in Oufentinam, aliquæ in Veturiam relatæ dicuntur) quod ind. &c. P. 14. lin. 10 significat, & communiter sex pedibus, quorum quilibet in Uncias xli. dividitur, definitur, est inventum &c.

in quibus quædam ad Sponium Lugd. pertinentia, te accepisse auguror; recepit enim Meierus noster, se per D. Bæbelium Theol. Argentin. eas ad Te curaturum, nunc, ne qua pereat, Te salutandi occasio: utor & hæc ipsâ, & facio id, quod dixi, uno verbo, Αἰσχυρον ἀ οὐτος. idque ut possis, Deo propitiò VIVE & VALE. τὸ Ἀ'ντὺ puto jam perlustrasti, & tolerare hyemes Gallias didicisti: id verò nunc curæ habebis ἡδὶα καὶ νῶν γυνῆαι. imprimis eorum, in quos inclinamus. Istos Deus ter Opt. Max. salvos & benivolos nobis porro quoque præstet. Scrib. apud Cures, in Δεσχη, 22. Dec. 1666.

REINESIUS.

Sed ut illò revertar, unde decessi; Sandrarti Sculpturæ veteris Admiranda, sive delineatio vera perfectissimarum eminentissimarumque Statuarum prodiit Norimb. 1680. in fol. Ubi & annò 1684. in fol. editum est ejusdem Romæ antiquæ & novæ Theatrum, quo in agitur de Ædificiis ac Monumentis, Templis, Simulacris, Circus, Campis, Theatris, Arcubus, Porticubus, Columnis, Stat. ac Sepulchris antiqvis, præcipue verò modernis Templis, Palatiis & ædificiis; annò sequente 1685. ejusdem ibidem Auctoris in fol. emissæ sunt Romanorum Fontinalia, sive nitidissimorum perenniumque intra & extra Urbem Romam fontium vera delineatio; sicuti & annò 1680. ibidem ejusdem auctoris in fol. Ichnologia deorum, qui è Gemmis antiquarum Statuarum Græcarum desumptæ sunt. Non paucas Inscriptiones explicavit Nobiliss. Svecus Emundus Figellius, qui est Grypenhielm, in libro de Statuis Illustrium Romanorum, Holmiæ edito M. DC. LVI. in 8c. Elegantes aliquot Hortorum Inscriptiones invenies in Caroli Stengeli Abbatis An-

Anhusani Hortensio & dea Flora, Tomo I. c. xvi. p. m. 83. s. edit. Augustan. 1647. in 12. H. Aleandri antiqvæ Tabulæ Heliacz Explicatio, & antiqv. Inscription. L. Scipion. Barbat. Festi elogium continent. explanatio evulgatæ sunt Paris. annò 1617. in 4to; Gisb. Cuperi Consulis & Professoris Daventriensis Harpocrates cum monumentis antiqvīs exiit ultimò Trajecti 1694. in 4to. Inscriptiones Æthnicas singulares & rariores pene omnes, qvæ vel Gruteri Corpore, Reinesii Syntagmate, Sponii Miscellaneis aliisque ejusdem argumenti libris reperiuntur, item Christiana monumenta antiqva congescit C. Fleetwood & in 8t. Londini publicavit annò M. DC xci. Mihi & non parum placuit Series Consulū, Dictatorū Censorūqve Romanorū ē marmoribus Capitolinis publica Romæ, annò M. D. XLIX. in 8t. Vidi & olim Tob. Guthberlethi Animadversiones in antiqvam Inscriptionem Græcam Smyrnæ repertam & Franeqveræ emissam annò 1686. in 8t. Docet & nos de Inscriptionibus Veter. eaiūqve ætate & stylo Octavius Boldonius in Epigraphica sua, vastissimo opere, nec ita tamen adornato, ut fieri vel poterat, vel debebat, Augustæ Perusiæ edita annò M. DC lx. in fol. Sebastiani Maccii, Castri Durantis, quod nunc Urania adpellatur, orti Inscriptiones memoratas Jano Nicio Erythæo, Pynacotheci 1. n. CLII. p. m. 278. non vidi. Accipe hujus verba: *Mirum hominis (Maccii) laborem & industriam declarant Inscriptiones antiqvæ, tota ex Italia collectæ, atqve uno volumine comprehensæ: cujus laboris suscipiendi occasionem & facultatem obtulit illi docendi humaniores litteras munus, quod in omnibus fere illustrioribus Italiæ Gymnasiis sibi traditum implevit.* Inscriptiones antiqvas illustriores de Cælaribus Svetonianis habes in calce Sve-

tonii è recensione Grævii editi Hagæ & Trajecti ad Rhenum annò M. DC. XCI. in 4to, p. m. 761. f. ubi & Cenotaphia Cal & Lucii Cælaris Aug. Filior. videre potes. Columnæ Rostratæ Inscriptionem à Petro Ciacconio suppletam & explicatam addidit vir idem Cl Grævius Floro ab illo recensito & edito Trajecti clō lcc LXXX. in 8to. p. m. 143. f. extr. Farnesianæ Columnæ Inscriptionem examinat & exponit hic Salmasius in p. 42. f. 69. f. Plures ejusmodi scriptores enumerat Phil. Labbe part. III. Bibliothecæ Bibliothecar. Ut hodie nihil eruditi ferè parturiant, pariant vel in publicum extrudant docti, quod vel Inscriptionum testimoniis non superbiat, vel vetusta marmora non inlustret, invitati has ad læticias sollemni pompæ a Choragis litterarum Phœnicibus Scaligerò & Gruterò. Iste autem quantoperè hunc urserit hoc in Inscriptionum labore dici brevibus non potest. Habeo Gruteri Inscriptiones Romanas cum xxiv. Scaligeri indicibus apud Commelin. editas in fol. annò M. DC. XVI. Joseph. Scaliger, lib. I. Epist. xc. p. m. 253. f. If. Casaubono ita scribit. *Quod nuper in quadam epistola tua scribebas de Indico nostro in Collectanea Inscriptionum, verum est: paucos fore, qui animadvertent industriam, laborem, vigilias, quas ei impendimus: fructum & utilitatem, quæ ex illis colligi potest. Nam est instar libri absoluti, qui justis commentariis possit illustrari, imò quod necesse esset fieri. Scito præterea annotationes, quæ post indicem adjunctæ sunt, correctiones, animadversiones in plusquam CCCL. Inscriptiones perperam ab operis repetitas, ea, inquam, omnia nostra esse. Idem, lib. IV. Epist. ccccv. p. m. 753. ad Janum Gruterum ita: A me Hieron. Commelinus habebat quædam, & majorum ac plurium spem illt feceram: quæ ex omnia editurus esset, ut promiserat,*

rat, non fides ejus, sed facultas, ut dubitarem, faciebat. Vix enim tanta copiae explendae sat futurus esse videbatur. Ingens volumen veterum inscriptionum, quae passim in Europa reperiuntur, à Smetio pratermissarum illi dederam, quas partim in ipsis locis legeram, partim à libris, reliquas ab amicis habebam. Volumen non est Smetiano minus, quod hic jussu Illustr. Bataviae Ordinum editum est. Convenerat inter nos, ut simul cum Smetiano ederetur: hoc est, ut eodem ordine servato, capita Smetiana explerentur nostris. Quod perfacile est. ut nempe inter legendum nostra, unumquodque in capita Smetiani libri, prout materia ipsa postulat, conjiciatur: idemque faciendum de auctario Lipsii. Hoc modo immortalitate dignum componetur opus. Sed interventu mortis Hieronymi tam egregium inceptum interpellatum est: neque est, cui laboris illius persecutionem commendare ausim, quam tibi, si tantum animi mihi esset, ut te occupatissimum compellare non verear. Quò enim aere hoc audeam, qui te ad ingratum laborem vocare velim? Non est mihi tantum frontis, mi Grutere, nisi forte verecundiam meam humanitas tua anteverterit, cui magis confido, quam ut hanc spem omnino totam abjicere velim. Si igitur, vel posteritatis commodum, vel gloriae amor, quam tibi nascituram inde scio maximam, vel preces meae locum apud te habere possunt, opus verè te dignum suscipe, quod unius tuam implorat opem, & quod sine ope tua lucem videre timet. Quibus conditionibus te ad hoc invitamus, accipe. Familiam ducit fructus, tam ad amantes literarum, quam ad te è labore tanto redundaturus. Principi dedicabis cui voles: à quo prae-mium vel honorarium honestum expectare putes. Meò nomine praterea spondeo, aliquot tibi exemplaria, quae tu ante alios praecipies, exceptum iri,

& quantum cum Joanne Commelino, aut affine ejus
 Juda conveneris, tantum tibi datum iri exempla-
 rium. De me, ego omne meum jus in te transfero;
 ac ne nominari quidem me velim. Totum opus ple-
 nè tuum esse volo. Si igitur satis animo tuo acceptum
 est, hanc provinciam suscipere, quam primum pote-
 ris, me certiolem facies, ut quædam ex Græcia &
 ex aliis locis, quæ nuper habui, optima monimen-
 ta, tibi mittam. Ordinem Sinetianum servandum
 censemus; h c uno excepto, quod omnia Græca se-
 paratim in fine cujusque capituli poni, magis è re no-
 bis fore videtur, nisi tu aliter censes. Præterea,
 Christiana omnia in finem rejicienda, suis capitibus,
 tam Græca quam Latina, tributa, ut tibi videbi-
 tur. Paucula sunt, quæ nolim in illis optimis censi,
 ut illud ex Hispania PALLADI SACRUM, &
 SEMPRONI TUDITANI*; & alia, de qui-
 bus monebò. Sunt enim commentitia. Quam pœ-
 rixè me dices, qui tantum oneris tibi imponam! O-
 mnia, mi Grütère, cum bona venia tua; & à me
 dicta scito, & a te responderi exspecto. Vale.
 Epist. sequente ccccv. ad eundem Grütèrum
 idem Scaliger, p. 755. f. E re tua & publica fe-
 cisti mi Grütère, quod hanc provinciam Inscriptio-
 num suscepis. Neque te movere debet, si aliquan-
 do calamus noster erravit. Hæc pro tua prudentia
 & eruditione in integrum restituere debes. Et in
 reliquis omnibus, quod è re nata tibi videbitur fa-
 ciendum, facere debes, neque in hoc nostrum aut
 judicium ullum, aut assensum exspectare. Tuum
 enim jam opus est; cujus omne jus, quod nostrum
 erat, in te omne transcripsimus. Itaque pro tuo ar-
 bitrio, tollere & mutare debes, quæ utilitas suade-
 bis. De Inscriptionibus Galliarum, scito, nos maxi-
 mam

* 757. 3. SEMPRONIUS TUDITANUS.

nam partem vidisse, partem à doctis amicis, qui fideliter exscripserunt, habuisse. De illo autem Epigrammate Lugdunensi, quod apud Paradinum auctius est, viderit ipse. Ego scio ita nostrum in saxo habere, ut nobis amicus noster Joannes Tornæsius, quum Lugduni hærerem, tradidit: duos circiter menses ante annos xv. ubi per otium multa videre mihi licuit. Triente item Epigrammata auctiora habemus, quam in antiquitatibus Lugdunensibus edita sunt. Neque Lactoratensia fidelius ab ullo, quam à nobis in illis Collectaneis nostris concepta sunt. Quatuor enim horarum itinere noster locus natalis Lactorate distat. Auctor tibi eram prioribus literis, ut omnia Græca, simul, non sparsim ponerentur. Hoc est, ut capite Latinorum uno absolutò, similis argumenti Græca, si ita videtur tibi, adjungantur. Sin aliter, totum tui arbitrii facio Smetiana antecedere debent; cujus ordinem omnino sequi debes. Postea tua ejusdem argumenti in eodem capite adjungenda. Nullâ molestiâ potes, quæ sunt ejusdem argumenti, post Smetiana addere. Hoc mihi videtur maximum laboris compendium. & quidem inter excudendum singula capita per otium ita explere potes, quæ numeris in nostris Collectaneis & in aliorum libris notaveris. Ego antiqua Romæ, Veronæ, Germaniæ ex Mazocio, Torellio, Saraina, Appiano, Laxio descripsi. Tuum erit, si integriora nancisci poteris, reponere. In illis enim, quod jam dixi, non assensum nostrum expectare, sed tuum consulere judicium debes. Mitto ad te Constantino-politana Epigrammata, à nobili Georgio Douxa nobis communicata. Mittam & postea Augustodunensia, si quò modò nancisci potero. Interea τὰ ὑποῦντα καὶ πονηρὰ λόγια, excernenda erunt. qualia multa in Hispania. PALLADI VICTRICI SACRUM: Item, SEMPRONIUS TUDI-

TANUS. & alia κακόζηλα. & illud Parasiti Salariorum, & Testamentum Pomponii Latini in Fabricii Chemnicensis Itinerario. Doctum non deceo. Tu hæc melius; quam ego. Christiana omnino in unum locum privatim conscribenda, tam Græca, quam Latina. Quædam etiam habent DIS MANIBUS: qualia tria sunt in Smetio, &, si bene memini, est unum aut aliud in Saraina. Quid verbis opus? Jam tempus aggredi: quod quidem ἀγαθὴ νόησις. Vale, mi eruditissime amice; & tui amantem amica. Lugduni Batavorum. III. Kalena. Decembris Juliani c1515xcviii. Epist. ccccvii. p. m. 757. idem Scaliger sic Grüttero: Nudius tertius tuæ mihi redditæ sunt. Non est quod negotium tibi iudicium meum de ordine Capitum in Inscriptionibus faceffat. Quod enim mihi rectius videbatur, impune proponere tibi posse iudicavi, eâ conditione, si tibi commodum esset: sin aliter, ut institutum tuum sequereris. Itaque, mi Grüttere, ut tibi omne jus meum cessi, ita & voluntatem quoque meam subijcio tuæ. Quod ergo è re literaria tibi videbitur, sequere: neque amplius meam de eo sententiam expectata. Si enim tuam meam non prætulissem, nunquam totum hoc negotium tui arbitrii fecissem. Nuper monumenta quædam Græca & Latina tibi misi, quæ nobilis Georgius Douza ex Græcia attulit. Expecto & Augustodunensia & reliquæ Burgundiæ, quorum mihi spes facta est. Quam bene de literis hæc editione meriturus sis, dicerem tibi, nisi scirem melius te hæc, quam nos, scire. Tanta mihi fiducia est, & candoris, & eruditionis tuæ, ut quæ in te receperis, satis in tuto esse confidam. Sed meminere, nihil referre, meum nomen istis adscribi. Tua enim potius sunt quam mea. Quid opus alio titulo quam tuo? Tu operis totius editor, non ego. Sed vide, an inter yviri quædam Lusitanica de Viriato

riato & Sertorio positurus sis. Quædam sanè ejusmodi sunt, ut ne in subscrivis quidem poni mereantur. Sed tu melius hæc, quàm ego. Vale, mi Grüttere Lugduni Batavorum. III. Kalend. Martii Juliani clobxcix. Facit & huc ejusdem Scalligeri sequens libri IV. Ep ccccviii. ad Grütterum. Binas a te sed ὅσας προτίειπον accepi. Nam quas annò superiore xxvi. Octobris scripseras, nudius tertius accepi: alteras præteritis nundinis, quæ IV. (in micro est III.) Aprilis scriptæ fuerunt. In omnibus & propensum in me animum tuum, & diligentiam in illis veteribus monumentis digerendis, expendendis, & illustrandis, agnosco: quæ quare tibi commendem, causæ non est, quum tu ipse fideli tuæ & sedulitatis magna argumenta dederis. Superest, ut expectationi doctorum satisfacias, quibus persvasum est, illa monumenta, non solum aliquando emendata proditura, quum eruditionem tuam spectant; sed & propediem, quum diligentiam. Itaque tametsi tantorum votorum festinationi difficile est statim occurrere, quòd nondum opus illud prælo commendatum sit: tamen danda est opera, ne culpa nostrâ accidisse videatur, quod per alienam socordiam aut supinitatem peccatum sit. Certè jam tempus hoc agendi: aut tibi causas tam pertinacis ἀπολογίης dicendum. Inscriptiones Lingonenses nactus sum, quas jam accipies. Divionenses, & Augustodunenses expecto. Inscriptiones Italicas ab amico ex ipsis saxis descriptas huc conjeci. Puto à me in volumine meo annotatas. Sed nihil periculi est conferre. Adjunctæ sunt quatuor ab ejus affine Vorstio observatæ, quarum prima ridiculum in modum detruncata inter Smetiana exstat. quæ quanto nobilior & utilior est, tantò ægrius ferendum erat ejus miserrimam vicem. Quod de Provincialibus inscriptionibus, quæ aliter à me ac à Knibbio com-

ce, 1æ

ceptæ sint objicis; scito Knibbium in Provincia fuisse tunc, quum ille & ego unâ Valentia Cavarum juri operam daremus; sed inscriptiones illas ab aliis accepisse, atque ita mihi tradidisse. Quum autem ante annos sedecim ad ea loca me contulissem, ibi diversitatem deprehendere mihi licuit. Itaque verè conceptas tibi dedimus, & ex iis Knibbianæ castigandæ sint, non nostræ ex Knibbianis. Rarè reperias, ut tu optimè mones, ubi diversitas non occurrat. Sed si bona nancisci non licet, minùs mala eligenda, aut antiferenda Monumentum illud Decuriarum, quod ad me misisti, majore lætitiâ me, an admiratione affecerit, nescio. Nam quæcunque voluptas ex illa lectione ad me pervenire potuit, ea omnis ignoratione illius vetustatis evanescit. Quæ enim sint Decuriæ illæ, adhuc quæro, & à meliore ingenio quærendum auxilium. Non tamen sine maximo fructu legi ea possunt; è quibus multi errores tam in notatione annorum Urbis, quàm in serie Consulium, apud Fastorum scriptores possunt corrigi. Nam profectò verum esse comperi, quod diximus, ab initio Tiberiani Imperii deinceps multa patria Consulium perperam relata; ut taceam nomina illorum aut mutata, aut depravata. Sed tu hæc melius, quàm nos. Reliquum est, non ut tibi Inscriptiones illas commendem, sed ut tarditatem typographorum expergefacias. Vale, mi Grutere. Kalend. Augusti Juliani c^o l^o xcix. Utilitatem, quam hic tangit Scaliger, ex Inscriptionibus percipiendam vidit & Reinesius, quare ejus verba ex Epist. xix. ad Casp. Hofmannum, p. m. 43. adjicio: *Ruperti minas in inlustranda Roman. antiquitate, votò prosequor calidissimò, ut procedant benè; non intelligo autem quid post Steph. Vinandum Pighium, cujus annalium libri xix: extant eruditissimi & absolutissimi (Romanos enim Magistratus omnes*

omnes præter Prætorio & Urbi præfectos ab U. C. usque ad Imp. Vespasianum digessit summò studio) & Onuphrii Panvinii in Fastos Consulares Commentarios, qui & Præf. Pr. & U. exhibent usque ad Imperii lapsum à barbaris, elucubrari prætereà possit. Confeci ipse antehac è lectione, Plutarchi, Svetonii, Taciti, Dionis, Herodiani, Amm. Marcellini, Symmachi, Ausoni, Sidoni, Zosimi, Eusebii, Socratis, Sozomeni, Theodoretii & ceterorum minorum; quos vocant, historiae Augustæ scriptorum Græcorum & Latinorum, ejusmodi indiculos Præfectorum Prætorio & Urbi, Proconsulum, Proprætorum, Legatorum, Præsidentum, Comitum, Correctorum, Ducum, Consularium, Rationalium, Ædilium, Vicariorum, Præfectorum annonæ, vigilum, tribunorum &c. & reliquorum in utroque Imperio officiorum: quibus si juvari poterit, lubens communicabo, nisi descriptionis tædium me impederit. Si sua mihi mittere non gravaretur, minimò negotiò rem conficerem. Isti labori dextrè expediundo maximo usui est liber Notitia Imperii utriusque seu Breviarium Imperii dictus: quem cum commentariis edidit Gu. Pancirola J. C. Patavinus: sed simul fœdissimis erroribus conspurcavit. (Tu vide quæ hoc de libro non contemnenda dixit B. Joh. Andr. Bosius in c. 1. Introductionis in Notitiam Scriptorum Ecclesiasticorum. parisi nostræ 111. Methodor. quæ est de Eruditione comparanda, insertæ, n. XII. p. 413. §. v.) Exstat etiam Chronologia Imperatorum Consulum & Magistratuum à Constantino M: inde usque ad Imp. Anthemium, quem viri docti recognitores Codicis Theodosiani eidem attexuerunt; quam inspexisse proderit: plurimum etiam conferent libri Jac. Gutherii de officiis domus Augustæ, martyrologia diversorum, & Annales Ecclesiastici C.

Ba-

Baronii, qui ex actis martyrum talia suppeditat innumera. Ego in Examine Inscriptionum, quæ huc maximè faciunt, hoc egi, ut Fastos inde corrigerem, si quid Panvinium & ceteros præteriiisset, & contexerem Breviarium omnium Imperii magistratum, & dignitatum sacrarum, Palatarum, togatarum, corporum, artificum, servitiorum &c. & quémque lapidem ad sua tempora referrem; unde & hoc mihi natum est, ut nonnullas spurias esse deprehenderim; nonnullas pro spuris habitas adseruerim, cujus laboris specimina in Variis, imprimis lib. III. c. XVI. Utilitatem hujus studii viderunt jam olim: Chryserös, de quo egi lib. I. c. ult. p. 117: Cuspinianus fragmentum edidit auctoris anonymi; qui nominibus Coss. junxerat nomina Præfectorum Urbis, desinens in A. U. 1106. allegat sapissimè Panvin. & Juretus not. ad Symmach. Pighius etiam lib. XI. sup. A. U. 574 proficitur habere antiquissimam inscr. Præf. Urbis catalogum, qui à Valeriani II. & Galieni consulatu incipiat. Commutationes de Familiis & nominibus Romanorum Ant. Augustini, Sigonii, Pighii, Ursini, Glandorpii, & A. Schotti suppleant Inscriptiones Græterianæ, & quas interea produxere Seldenus in marmoribus Arundel. Opirius in Sarmaticis, & qui populari stylò antiquitates Veronenses, Brixian. & Mediolan. descripsere Tauerellus Sarayna JC. Octav. Rossius, Elias Caucuriolus & Joh. Paulus Morigia: Itémque Jac. Phil. Tomasinus in de donariis & tabellis votivis; Laur. Pignorius, & M. Zuerius Boxhornius, qui duo valdè laborant, ut nobis apud veteres etiam AURES tanquam DEAS cultas fuisse persuadeant ex Inscr. Patav. 6. p. LXXXIX. apud Grut. Boxhornium etiam laudat idèd, eique credere se dicit Joh. Balt. Schuppius Dissert. de Opi-

Opinione: quia nihil magis virum ornet quam tacere posse. *Sed quid ea de re habendum sit, Rupertus in addita hîc iniquitâ mea, quæ cap. 11. libro IV. Var. constituit, omnium primus sic legerit. (fortè hîc legerit.)* Hæc Reinesius. B. Rupertus ipse Epist. XXI. ad Reinesium p. m. 62. f. reliquit sequentia: *Institutum meum de Familiis est hujusmodi. Romanas gentes omnes sive patricias, sive plebejas à stirpe vel prima memoria recenseo; Pighii (cujus sex priores tantum libros videre contigit) Onufrii, Sigonii, Goltzii sententias in Fastis, Reineccii, Streinii, Reusneri, Ursini, Ant. Augustini opera de Familiis, & quæcunque interpretes historicorum sparsim setigere, velut in unum consero: denique Indicem auctorum emendatorum & explicatorum adorno. Unde me non deterret diligentia Pighii, Onufrii, Sigonii, Goltzii, qui eos tantum recensere, quos magistratu vel dignitate aliquâ claruisse proditum est. Ego verò & ceteros exhibeo nobiles, quorum in historiis mentio etiam nullò magistratu functos. Accedit quòd Pighius, ut magistratus suppleat, complures personas fingere videtur, vel ipso semet prodente lib. v. Animal. in A. U. cccclxxi. ubi de nobilissima Liviorum Drusorum familia. Si igitur, inquit, tot honores maximos Livii habuerunt, dubio procul est, qui & plurimi minores magistratus continuâ quasi serie inter Drusos item fuerint. Quos suis annis ÆTATE CONGRUA interseram, ut stirpis nobilissimæ successum iu tam florenti familia non interrompamus. Hîc ceriè cautio adferenda est posteritati, ut quod monumentis confirmatum est, ipsa distingvat ab ingenio excogitatis. Neque etiam Oedipus semper est in explicandis numis, quamvis amœnissimè de iis differat. Onufrius & Goltzius ferè sibi similes sunt, uterque jam inspectus & examinatus Pighio, ita tamen ut nobis iterum spicilegium relictum sit. Glandorpheus quam limam & accurationem desideret, jam nobis indicavit Andr. Schottus IV. Tullianar. Quæst. VI. Reineccius, Streinius, Reusnerus quantos errores semina-*

ta statim arripientium nunc reperio, quum jussu superiorum titulum de Origine Juris publice interpreter. Omnium verò conatus superare visi sunt Ant. Augustinus & F. Urfinus, quorum ille tantum xxx. descripsit; hic eas, quarum in numis suis mentio. Illum omnes inferioris aevi Aurelios, Claudios, Fulios &c. veteribus Aureliis, Claudiis, Fuliis sine auctoritate, sine nota, sine discrimine inferuisse nollem, quum novos (lege novi) homines, qui ad dignitates conscenderunt, nomina ac prænomen Nobilium Romanorum libenter ac licenter assumerint, ut bene docet Salmasius ad Probum Vopisci princ. De hoc minime falsum est judicium Rutgersii IV. Var. 11. fuisse Virum diligentissimum & Romanæ antiquitatis quantumvis scientem: sed lapsiones ejus istiusmodi esse, ut non aliter excusari possint, quàm si reliquis ejus in literas meritis condonentur. Ut unius tantum, quum complura sint, hic recorder, exhibet p. 72. numum argenteum, in cujus altera parte imago mulieris, adstante quodam nudò alatò, qui dextrâ ramum palma tenet, cum titulo: L. SULLA; alterâ duo tropæa, in medio urceolus & lituus, appositis utrinque verbis: IMPER. ITERUM. Hunc numum ait Urfinus spectare ad SULLÆ cognomen, quod ejus familia à Sibylla traxisse dicitur, cujus libb. interpretandis unus majorum. XVII sacris faciundis præsuerit: ab eo munere Sibulla primum, postea Sulla ductus est, itaque (adjicit ibidem) in altera denarii parte Sibylla ipsa impressa est, & is qui responsum ab Apolline petens palmæ ramum de more manibus gestat. Mirum, tantum antiquarium adeò cæcitare! An enim nudò alati responsum ab Apolline petebant? Veneris potius ea imago & Cupidinis, ut illustraret cognomen Επαφροδίτου. Unicus sive Plutarchi, sive alterius locus utrumque nummi latus illustrat in lib. de Fort. Rom. p. 318. L. Cornelius Sylla, qui cognomen Felicis assumpsit, in iis literis, quas ad Græcos dabat, Επαφροδίτου pro eo cognomine Latinò sese inscribebat. Tropæa enim Mithridatica, & alia, quæ in Græcia fixit, sic fuere ab eo inscripta. Addit ibidem rationem, sed meliorem reddit Salmasius ad Solinum, c. 1. extr. p. 396. C. Et quantumvis no-

mism-

numismatum numerus est, quæ nec ipsi, nec aliis tentata certam mihi spem faciunt, fore, ut in istis utiliter laborem & in multis cibum sumam minimè pramansum? Hæc Rupertus. Dolemus periisse thesaurum istum, neque enim sub Ruperti nomine tale quid editum unquam scimus. Faciunt & huc illa Andreæ Schotti Jesuitæ, reperienda in quarto Tullianar. QQ. c. vi. p. m. 300. s. edit. Antverp. M. DC. X. Requirit, inquit, & Antiquitatis non mediocrem peritiâ; hoc est, non ætatum modò omnium ex historia depromptam cognitionem, verùm etiam è nummis Romanorum & Græcorum, marmoribusque, Inscriptionum veterum notitiâ: quæ ut historiæ allucet, sic etiam rectam scripturam, (quam Orthographiam Græci nominant) stabiliendo confirmat. Certè Ortelium crvem nostrum animadvertito hisce quoque subsidium adiutum Spartam suam Geographiam, id est vastum orbis terrarum Theatrum, ornâsse, quòd selectis Numismatis æreus, argenteus, aureis abundaret. Clarissimum quoque Lavinum Torrentium memoriâ teneo his opibus & Svetonium Tranquillum edolâsse, & Horatium Flaccum. Quid? Goltzium adhuc Consulum Rom. Fastos, Julium item & Octavianum Augustos, Siciliam quoque & Magnam Græciam, auspiciis Laurinorum Brugenſium illustrâsse video: etsi Siciliæ opus huc adhuc Græcorum Numismatum formas (quæ apud heredes nimis diu Antverpiæ delitescere audio) desiderant, atque utinam opus integrum appareat. Horum verò omnium diligentiam & copiâ & peritiâ (quod & ipsi si viverent ingenuè fateantur) id genus Antiquitatis longè superavit idem Ant. Augustinus, quem, ut debeo, honoris gratiâ (quòd ab ejus latere numquam nisi doctior discedere soleam) crebriùs appello: promum condum, ut verbò dicam, omnis eruditionis atque doctrinæ. Is Dialogis undecim Antiquitatum, etsi in popularium gratiam Hispanè conscriptis, & Etruscâ jam lingvâ semel iterùmque donatis, primò quidem librò usum Numismatum variè exhibet: undecimò verò fictorum abusum, ut & falsarum Inscriptionum, ostendit; quæ, ut adulterini nummi, litterarum veluti luminibus obstruere videantur. Secundò, tertio, quarto & quinto librò, Virtutum, Provinciatarum, Urbium ac*

* f. desiderat.

Fluminum, adificiorum atque operum, ac denique animalium, quæ Diis consecrarentur, imagines explanavit. Nonò etiam Dialogò de Centesima usura, à paucis admodum Jurisconsultis intellecta, copiosius quàm Emendationum librus adulescens fecerat, differtit. Qui libri aurei utinam brevi Latine, quò à pluribus legantur & intelligantur, ut adnitor quidem certè, rei litterariæ commodo foras dentur, eoque promptius, quò à paucioribus vetus Antiquitatis usus cognoscitur. Plerique enim, dicam quod sentio, ad insaniam usque Nummos antiquos corradunt quidem, sibi quæ mirificè placent, adblandiunturque, sese jactant, ut ille apud Lucianum librorum tumens copiâ, auram hinc captans popularem, doctique nomen affectans. Verùm hi usum Romanorum Numismatum aut nesciunt, aut discere detrectant: Historia omnis Latinæque lingua planè rudes,

Faciunt ne intelligendo ut nihil intelligant.

Sed, quod dolendum, an ridendum magis? avarorum & draconis Hesperidum hortorum more thesauris ipsi incubant, ac ne alia quidem usum concedunt. Sed de Centesimis usuris nemo curatius egit ac doctius Jo. Freder. Gronoviò. Jos. Scaliger, IV. Epist. CCCXI. p. m. 763. iterum compellat Gruterum his verbis: Ceterum magna Te, mi Grutere, opera tam bene in tanto opere navata gloria manet. Quis non dicam melius te, sed præter te, hoc tam difficile opus explicare posset? De Burgundiensibus Inscriptionibus iterum amicos compellavi. Quid ab illis expectare debeam, adhuc hareo. Nam illos jamdudum importunus flagitator iterum atque iterum convenio. Non cessabo, donec aliquid extuderò. Te interea, oro, bonò animò ut sis, neque in tam longa navigatione cursum amittas, sed ut coepisti, ita pergas. Hoc omnes de te expectant. quorum spem frustra esse, neque tua fides, neque mea apud illos sollicitationes, neque eorum de te existimatio sinunt. Et de Indicibus Operi subjiiciendis sequenti in Epistola CCCCXII. p. 764. s. ita ad eundem se explicat Scaliger: Jam de Commelinianorum cessatione conqueri non poteru. Nam folia ad

quod paginam accepi. Quanta autem operis totius moles futura sit, suspicari potius, quam scire possum. De erratis Typographicis, tu ipse videris. Nemo enim melius te haec notare & indicare idoneus, qui recensuisti ipsa Epigrammata & digessisti. At conficere Indicem Herculei laboris, & improba molestia est. Ut ego concinnem, Commeliniani voluit. quasi tantum otii mihi sit ab re mea: aut hominu melioribus curis occupatissimi hic labor potius esse debeat, quam operatum typographicarum, aut altius cussus, qui quod agat non habet. Ego verò, mi Grutere, tantum abest, ut nihil habeam quod agam, ut nihil prius in votis sit, quam quæ nunc ago, ea abjicere, ne succumbam oneri. Et satis non est me domi invenisse, quod curarem, nisi etiam alienis negotiis me immisceam? Quod si nancisceretur, qui me in tam molesto opere juvarent, non pigeret laboris. Sed hic nullum invenire possum, qui vel triboriò mihi onus adjuvare vellet. Adeo lenta, pigra, & laboris fugitanea sunt hodierna ingenia. Certè, mi Grutere, typographorum, ad quos lucrum librorum spectat, non hominum studia publica juvantium est, conficere Indices. qui quantum futilibus negotiis impendant, tantum publica utilitati demunt. Quia tamen meum fatum est, non mihi, sed omnibus nato esse, ego Joann. Commelino, propter necessitatem amicitiae, quæ inter nos intercedit, me, quantum hoc tui est, devoraturum promisi. Tu longum opus esse non ignoras. Ego verò dubito, longius an molestius futurum sit. Videro igitur. Interea legiones ad hibernacula dimittere oportet. hoc est, quod in manibus habeo, dimittere tantisper, dum ego, & loci, & dignitatis, & quod caput est, præcipuarum mearum curarum oblitus, aliena negotia curo, propriis per stultitiam meam excussis. Epist. CCCXIII. p. 766. habet sic: Mitto Tibi Indicem nostrum decem mensium opus, nescio an magis pudendum mihi, qui tot mensibus nihil aliud egerim, an incredibile illi, qui tam laboriosum negotium nunquam expertus sum. Sed quid videatur aliud de re, cujus ego solus mihi confectus sum, ipsi viderint. Sat habeo, si tibi illud & amorem meum in te probem,* absque quo foret, nunquam tamano temporis jacturam fecissem; & diligentiam, cujus vel opus ipsum

d 1

* f. probet, vel illo & amorem meum in te probem.

ipsam fidem facere potest. Primum totius laboris conspectum in aditu ipso tibi dedi, ubi & capita & partes ejus habes. Itaque hic ordo in excudendo, non qui est in contextu ipsius voluminis, sequendus est. Prius enim capita, quæ occurrerant prima, collegi. Postea absolutò opere, quis ordo tenendus mihi esset, & quæ totius negotii divisio, facilius judicari, quàm si illa animò concipere voluisssem antequàm scriptiõnem aggrediderer. Frustra enim fuisset: quia inter scribendum multa mutantur, ut solet, multa damnantur, multa innovantur. Omnia capita eò numero signata sunt, qui designat ordinem, quò in excudendo locari debent. In capite nominum propriorum, quod est omnium maximum, vel, ut verius loquar, qui est ingens liber, in paucis paginarum numeri per imprudentiam omisi sunt. Sed numeros tu, qui inscriptiones ipsas digessim, melius meminisse, & reddere illos suis nominibus, vel relinquere locum vacuum, poteris. quia paucula nomina propria omittere, pauca jactura est. Videbis asteriscos: scito ex illis Inscriptionibus esse, quæ à te ex libro Smetii omissa sunt. quas tibi suò locò indicavimus, saltem quas animadvertere potuimus. Itaque post paginam 1062. quæ est omnium ultima, earum quas accepimus, omisse, cum aliis, quas tibi ex schedis nostris mitto, excudantur; & quæ notabilia excerpes, in Indice, ubi opus erit, & locis suis collocabis. Itaque oro te imprimis, ut omissa reponantur, & illis alia, quæ mitto, adjiciantur: paginarum autem numerus sequatur numerum 1062. In calce totius corporis, omnino notas omnium, quæ observasti, adjicere debes. quæ aut castiganda, aut explicanda erunt: quorum subsidia quædam in notulis ministramus quas mittimus; ex quibus eligere aut rejicere quæ videbuntur poteris: quanquam nihil, nisi valde necessarium notavimus. Porro omnium est colligere, excerpere, indices conficere; sed non omnium omnia, quæ notavimus, deprehendere. Itaque ejusmodi est index iste, ut opportunè eruditum commentarium admittere possit, modò ab erudito virò & præsertim juris peritissimo conficiatur. Tu præstare hæc optime posses: & fortasse, postquam totum opus propius perpenderit, incesset tibi amor aliquis, hæc subsicivis horis tuis illustrare. Teme-

re feci, qui tantum oneri id ætatis homo susceperim. Sed, ut jam dixi, tantum potuit in me amor & Studium, quò te semper profectus sum. Item Epist. CCCCXIV. p. 768. Non dubito, inquit, quin jam Indicem illum, qui tamdiu exercitum me habuit, acceperis. Adjeci notulas, de quibus, quod in rem tuam videbitur, seliges. Nam neque mihi, qui meliora adhibere potui, neque tibi scripsi, qui me doctore opus non habes, sed adiutore. Itaque sine fraude rejicere poteris, quæ non placebunt. à nominis mei mentione omnino abstinere volo. In omnibus meis litteris hoc à te contendere me memini. Sat habeo, si mihi & existimationis tuæ, & publica utilitatis constat ratio. Viximi quatuor Indices confeci, quot nimirum capita sunt. In illorum verbis comestendis, ne initiales syllabæ aliæ aliam pravorteret, sedulo cavimus. Quod si aliter præter consilium nostrum accidit; oro te, ut omnia ordini suo restituas. Nota numerorum in quibusdam, omisse sunt, ut in capite de nominibus propriis, quod omnium caput maximum est. Eos numeros aut tu restitues, aut locum vacuum relinques, ut lector inter legendum suppleat. Nam ea jactura non tanti est. Cogita quantà mihi patientiâ ad hac coagmentanda opus fuerit. Sed nolo te obtundere. Et fortasse videretur esse *καὶ χάρις*. Mitto tibi quasdam alias præter priores Inscriptiones, quas tu unâ cum omissis, post paginam 1062. excudi curabis. Hæc Scaligeri verba non præter rem hic Lectori exhibere volui, quia multum faciunt ad illustrationem totius illius luculenti veterum Inscriptionum Thesauri summò labore, mirabilique industriâ à Smetio, Grüttero & Scaligero collecti, pauci quoque è Studiosis & junioribus, quippe quibus solis scribimus, Scaligeri Epistolas fortè ad manus habent & obvias, habentes autem ignorant forsitan id ibi vel tale aliquid haberi; quare & non pigrabor cetera huc facientia è Scaligeri Epist. CCCCXVI. p. 772. adferre. Quantum judicare possum, inquit, his nundinis totum Inscriptionum tuarum corpus prodibit. cujus, ut scis, anima est Index ipse. Nam sine eo quæ jucunditas in tanta mole esse potest? Non dubito, quin multis partibus locupletior à te proditurus sit, quia non ha-

buimus eas, quas postea nactus es, Inscriptiōnes. De illis, quas Savaro habet, expecto responsum, & miror silentium. Sed iterum aurem illi vellem, qui & Savaronem novis, & non parum apud eum valet. Item sequente Epist. p. eādem: Antequam, inquit, be ad Te perveniam, non dubito, quin alteras, quas cum Inscriptiōibus Græcis à me correctis misi, accepturum fueris. Superest, ut respondeam ad eas, quas nudius tertius accepi cum Epigrammatis Basilicæ Petri: de quibus sententiam meam exposui. Ego vero anchor sum ut edantur. Quam enim gratiam non merebuntur à poësi, eam ab argumento consequuntur. Multa enim habent, quæ sciri quàm ignorari prestat. Ea in classem Christianorum referantur. Ex quibus quæ digna cognitu excerpes, eā in Indiculum Christianorum monumentarum, quod est ultimum caput Indicis nostri, conjicies. Idem & in Græcis, quæ correctæ ad te remissimæ, facies. Ex Epist. CCCCKVIII. p. 774. Ex postremis tuis, quibus nondum respondi, intellexi, proximis annudinis absolutum opus Inscriptiūm, cum Indice præditurum, quem, exceptis paucis foliis, fere integrum à Clār. viri Lingelsbemis acceperam. Sane dabitur, majorem posteritati fructum, an tibi famam apud posteritatem ipso heroico opere pepereris, quod non minoris animi fuit incepisse, quàm gloria ad finem perduxisse. Quodque cinis paucis, id tibi vita dedit. Ut gloria tue interesset, & quotidie jam vivo tibi tantum nominis comparatum esse aulices, quantum post mortem ad memoriam tuam propagandam sat eret. Scis, quod tibi scribere memini, Indicem illum, instar perpetui Antiquitatis commentarii esse, eūque aliū commentariū illustrari posse. qui non potest magis idoneum habere auctorem, quàm te. Quis enim hodie melior interpret harum rerum esse potest, quàm tu, qui illas collegisti, & tam trivisti, ut usu tuas feceris? Epist. CCCCKXII. p. 778. Memini, me tibi (Jano Græzoxo) aliquando verba de Commentario in Indicem Inscriptiōnum consiciendo fecisse. Id quum nuper recogitarem, & interea Commelinus noster mihi diceret, te nescio quid tale moliri, non potui facere, quin iterum te ad id opus hortarer. Nihil neque è republica literaria, neque ex existima-

tione

tione tua præstantius facere potes. Quare si animum & con-
 silium ejus scriptionis abjecisti; horror te, ut ne te illius pi-
 geat, ex quo solida gloria in te, in omnes summa utilitas re-
 dundatura sit. Sin autem jam operi manum admovisti, ul-
 tro ἐγὼ δὲ αὖτις venio. Potes etiam & de lectione Inscr-
 iptionum, & de utilitate, & aliis, quæ languentes lectorum
 stomachos reficere solent, commentari. Ad hoc ego te uni-
 te horror, conscius mihi, qui hac dignè præstare possit, præ-
 ter te esse neminem. Scis Indicem, notitiam quædam An-
 tiquitatis esse. Quot thesauri in illo? quæ opes Critices &
 humanioris eruditionis repositi sunt? Exspecto, quid tui super
 hac re consilii sit: neque grave sit, de eo negotio judicium &
 voluntatem tuam ad me perscribere. Vale. Lugduni Bata-
 vorum. vi. Eid. Octobris. Juliani clō lōc iv. Epist.
 seq. p. 779. s. scribit: Sed ad Commentarium in Indicem
 venio. Quis melius præstare id potest, quàm tu? Quæ ube-
 rior antiquitatis seges? In primo capite, quæ de Diis, de
 dedicationibus, de votis dici possunt! In Capite de Militia,
 & in illo de Sepulchris, quæ miranda ex adytis juris de-
 promi possunt? Itaque habes ubi nervos intendas, ubi indu-
 striam exseras, modò animus adsit, qui facere audeat. Nam
 certè neque vires, neque ingenium defuturum spero. Aude
 modò. In Capite de Officiis Augusta domus & Magistrat-
 ibus, putàsne aut materiam deesse, aut ingenium non suffi-
 cere, aut corpus labori non superesse? Si bene te de scriptis
 tuis novi, scio ab illis ita bene te comparatum, ut, si la-
 borem hunc detrectes, ea hoc à te exigant, ut tam præcla-
 rum onus refugere non debeas. Epist. CCCCXXIV. p.
 m. 780. eidem Grüttero scribit: De Commentario in In-
 dicem, laudo consilium tuum: & gratum est, te illam pro-
 vinciam suscipere; quàm qui melius, quàm tu, administra-
 re possit, scio esse neminem. Interea Inscriptiones numisma-
 tum, quia levis labor est, potes addere. ita tamen, ut in
 præfatione lectorem instituti tui de Commentario in Indicem
 à te instituto certiore facias. Certè hoc Reipublica litte-
 rariæ debes: quia bene ac pro dignitate hoc præstare potes.
 Epist. CCCCXXV. p. 781. Admodum probo consilium
 tuum de Indicem editione seorsim à corpore Inscriptionum,

cum accessione eorum, quæ ex Thesauris & nummis Goltzii ac aliorum, tum & ex Itinerariis Burdigalensi, Antoniniana, Peutingeriano colligi poterunt, item ex Notitia Imperii Romani: ubi sanè multa sunt augendis capitibus regionum, urbium, & rei militaris, legionum, ac cohortium, acceptissimus erit ille labor omnibus, & ut tu ais, lectori ad integras epulas, id est, ad ipsum corpus Inscriptionum, salivam movebit. Poteris & selectiora quædam interpretamenta illustrandis illis, quæ aut luce indigent, aut quorum mentio alibi fit, à te ipso deprimere. In Codicibus Theodosiano & Justiniano non pauca supellectili augenda illi extant. Epist. CCCCXXVI. p. 782. Consilium tuum de Inscriptionibus nummorum laudo. Nihil neque fructuosius studiosis, neque mihi gratius facere potes. Iterum te de Commentario in Indicem appello. Illud condimentum ad reliquas epulas Lectorem invitabit. Si quis hodie vivit, qui tam præclarum opus præstare possit, tu is es, aut nemo. Et certè, quum tanta sit meritorum tuorum in rem literariam multitudo, nullo magis doctiorum animos demereri potes, quàm isto. Perge, aude. Nemo tibi hanc gloriam, nemo palmarium hoc eripere potest. Et tandem Epist. CCCCXXVII. p. 783. Non opus est repetere, quæ postremis meis literis ad juvandum desiderium tuum, vel potius, ad te hortandum, ut illum Indicem inscriptionum numismatum conficias, adhibui. Nihil enim est, neque quod editioni majori Inscriptionum accommodatius, neque quod reipublica literariae utilius, neque quod studiosis gratius futurum sit. & interjectis aliquot. De Inscriptione CCCLVIII. 2. video quidem Antonium Quadratum armillis & torquibus bis à Ti. Cesare donatum, & torques esse ~~ἀνδρία~~, quæ collo circumdantur: armillæ ~~βραχιονία~~, aut ~~ἀνδραβραχιονία~~ vocantur, quæ armis, hoc est, ~~βραχιονίω~~, aptentur, unde illis nomen. Sed in re militari dicuntur calbæ, non armillæ, quæ militibus dantur, quæquàm revera essent armillæ. Sed QUADRATA quod addis, ego fateor me non intelligere, quum in illa Inscriptione solius Antonii Quadrati mentio fiat. Hactenus Jos. Scaliger ad Gruterum. Hic verò suas cum Inscriptiones Romanas Romanorum Imperatori

Rudolpho inscripssisset, Cæsar munus ita hoc acceptum habuit, ut non magis laudatione quàm liberalitate suâ dignum omnino putaret, alterius quidem honorem statim præmittens, alterius optionem ad Auctoris arbitrium differens, tantisper per Wakerum & Barvitiū responsō datō, Gruterum & præteritum, & præsens, & seculum futurum demeruisse; peteret ille à Cæsare munus, quod vellet, repulsam ne timeret. Enimverò qui peteret jubet, & laudat, ille quantum laudat, quod damus, tantum nos invitat, ut petamus. At Gruterus tanti gavisus Principis judiciō respondisse fertur: *Midam aliquando à Libero patre similem optionem consequutum, quia verò stultè elegerit, in præmio pœnam accepisse, dum auri quidem copiam, fructum non haberet; majorem esse sibi Majestatum reverentiam, quàm ut ipsis dona sua nominet.* Non possum, quin è Vita Jani Gruteri à Frid. Herm. Flaydero conscriptâ & Tübingæ annō 1628. editâ, fata augustissimi hujus Inscriptionum Romanarum Operis recenseam; principiō flammis, deinde militum rapinâ perditū, tandem immensis JANI GRUTERI curis laboribûsque evulgati. Etenim cum primò omnium Martinus quidam Smetius Westwinkeliū ex agri Brugenſis pago oritundus, sexenniō integrō totam Italiā pervagando Inscriptiones tales collegisset, & doctorum aliquot auctorum auctariis locupletatas, in ordinem summā diligentia redegiſſet, inopinatum incendium opus illud illustre consumſit, atque universum ferè Smetii laborem cassum reddidit, remanentibus solummodò uno & quinquaginta foliis, in scrinio quopiam seorsim custoditis. Mox cum de integro illud periculosa adeò alex plenum opus Smetiuseſſet aggressus, restitutumque secum avehere constituiſſet, inter vias ab Angliſ militibus, qui Ostendæ præsidium agebant, nefarie est abreptum, ipsō Smetiō ad Bruxellas, quod reformatæ religionis ageret cionatorem, à furibundis militibus crudeliſſimè suspensō: Periisset cum ipso opus insigne, nī Janus Douſa Legatus ab Ordinibus Belgii in Angliā missus, forte fortuna in Anglum militem, operis venditorem in-

cidisset, euntumque illud, & in patriam transportatum Grüttero concessisset divulgandum. Vide J. Lipsium, Cent. II. Miscell. Ep. XXIV. p. m. 148. f. Martin. Smetium, Scaligerum, & Henr. Smetii Medici generum Janum Grütterum æmulatus est, & labore, studio atque industriâ æquiparavit Thomas Reinesius in erudito Inscriptionum Antiquarum Syntagmate semel atque iterum evulgato; Utor ego Lipsiensi M. DC. LXXXII. in fol. editione. De eo Cl. Christoph. Adam Rupertus, Epist. XXI. ad Reinesium in Epistolis invenienda Th. Reinesii ad D. Casp. Hofmann. & dictum Rupertum Lipsiæ editis in 4to, annô 1664. p. m. 64. ita scribit: *Indices Praefectorum Praetor. & Urbi, Procoff. Proprr. &c. quos confecisse Te scribis, imprimis Inscriptionum exameu juvet Sancta Divinitas, ut quam primum lucem afficiant! Nihil credo avidioribus oculis unquam usurpari posse. De me ingennè fateor, majorem operam impendisse Antiquitatibus liberæ Rep. quam cognitioni illi magistratuum & officiorum sub Impp. à quibus ut plurimum neglecti ac conculcati nobilium domuum posteris. Cum primis autem impediunt, quæ lectionibus meis publicis adjiciuntur alienæ professionis sarcina, velut Exercitia Oratoria Circularia, Programmatum conscribendorum cura, interpretationes variorum auctorum privata, aliæque quæ ingnobilis, quæ juventuti meæ prorsus intoleranda. Seldeni marmora Arundeliana curabo ut adipisci possim: Salubrem hic ipsius addam Thomæ Reinesii monitionem ex Epistola XXIII. ad Rupertum scripta, p. m. 70. universè hoc in studio attendendam probè: In examinando hoc genus oportet esse suspicionum quam continentissimos, dispicere *περὸν καὶ ὀρίαν*, & ratiunculis ad forcillandam Inscriptionum fidem non nimium tribuere, praesertim earum, quæ certis autoribus, locis, temporibus &c. adminiculatae sunt, quamvis inaudita nobis nec visa lectæve alibi continent. Eò ingenio me noveris esse, ut sacrum mihi fieri à quocumque tandem versutissimo veteratore & mangone non facile patiar; quod ostendi, nî fallor, satis in salvo conductu, quem vocant barbarè, M. Tullii à Ful. Casare impetrato, cui **FABOLENUM** velut libellorum magistrum subscripsisse fecerunt, recensendo, quem aliquando videbitis; sed*

nec

nec aq̄vō diffidentior sum, aut in re aperta scrupulosior. Dum hæc litteris commixto commodum intervenit Epistola quædam misera, hæcenus inedita, ipsius summi viri Dn. Reinesii ad Frideric. Brummerum Parisiis tunc agentem Lipsiæ data d. XIV. Jan. clō lōc lxxvii. nobiscūmq̄e communicata à Cl. Du. M. Henr. Pippingio, qvō nec melior, nec eruditior, nec amicioꝛ mihi, in cuius calce hæc scripsit: *Toleti in Domo Professa Patrum Societ. Jesu.*

HERCULI P
ENDOVEL
TOL. V. V.
O S C A
DEIS. TUTEL.
COMPETIS
URSOS. TAUROS
AVES. MARINAS
QVONDAM D. D.

Præter Endovellicum, quem ostendi primus, reperio hîc alterum Hispania Ἰσχυρίαν & gentile Nomen TOGOTIUM, quem & ipsum primus monstravi & adserui Hispanus in 191. Cl. l. In siglis V. P. laetè epibeton Osea Valeus Victorix. Intellego autem Oseam Bastitanâ ad Oceanum vergentis: (s. vergentem) de altera in Ibergetibus, quæ mediterranea est, non ita commodè exponi potest. AVES MARINAS manus descriptoris incuriosi pinxit; debebat ARIETES: qui sunt bellua vasta & truculenta cum oreis, balenis, & elephantis censui: fortassis non ignoti vestris Santonibus aliisque maritimis. Eos cum Tauris & ursis sacrificasse Oseenses in Compitiis diis suis Tutelaribus, non sine magno sumtu (nam Ursorum & Arietum marinorum capturam facultates hominis privati vix tolerant.) intelligo. De arietibus istis marinis, nusquam præterea nominatis in lapp. est apud Plin. lib. ix. c. v. & lib. xxxii. c. xi. in primis legendus Elian. lib. xv. Hist. Animal. c. 11. E Fabro Peireskio plura cognosceremus, si viveret; nec ignorans, puto, Valesius & Buliatdus παλαιοῖς. Hæc Rei-

nessius. Juvat ex parte Michaël Anton. Baudrandus Parisinus, Tom. II. Geogr. p. m. 631. a. b. ita scribens: *Osca urbs Illergetum in Hispania Tarraconensi, & in Caesar-Augustano conventu Ptolemao; & Plinio, nunc Huesca, urbs Aragoniæ Regni, ad Isuelam fluvium, Episcopalis sub Archiepiscopo Caesar-Augustano; & parva Academia instituta à Sertorio, qui ibidem à Perpennæ, & aliis conjuratis interfectus fuit inter epulas. Ex nummis antiquis legitur Antonius Augustinus VV. Osca, interpretaturque Urbs Vetrux Osca. Hæc à Christianis recuperata fuit annò 1094. victis Mauris, & gloriantur incolæ, S. Laurentium civem habuisse, distat autem 9. leucis à Caesar-Augusta in orientum æstivum, à Tacca 8. in Meridiem, & 7. à Barbastro in occasum, estque satis parva sed culta, & juxta ipsam Mauri grandi affecti fuere (clade) à Christianis annò 1096. teste Hieronymo Zurita.* Hæc studia præsentis Musæi nostrò H. adjutanti venio, in quo dicti Reinesii Commentationem, omissam in laudato Inscriptionum opere magno, doctam de Deo Endovellico, cujus memoria nullibi, quàm in Inscriptionibus antiquis in Villa Vizosa Lusitanix repertis & post Resendium à Grætero editis, existat, habes. Anton. Borremansc. v. Var. Lect. p. m. 47. summum hunc Reinesium Criticum; c. 17. p. 25. *πολυμάθητον; maximèque inter Germanos virum judicii, sed ingenii asperioris; in Dialogo verò de Poëtis & Prophetis p. 200. Criticum & Polyhistorum summum, p. 121. Virum summum, vocat; B. Christoph. Adam. Rupertus, Dissertat. ad Val. Max. lib. VIII. c. IX. p. m. 495. virum stupendæ eruditionis, & post Scaligeros, Welferos, Ursinos, Onuphrios, Græteros (ita enim vitium illud typographicum in Ruperto Gruterus emendo) maximum antiquitatis Romane vindicem. Ceterum quantum huic & aliis Reinesii scriptis tribuat D. Casp. Hofmannus, Epist. I. in Reinesianis p. m. 1. his ipsum ad Reinesium docet verbis: *Narro tibi verè, postquam famâ nunciâ tandem, ex Catalogis quoque librorum Francofurtensibus didici, quid rerum agas; ubi ex Apologia Chemiæ, è Tractatu de Lingua Punica, & de deo Eu-**

Eu-

Endovellico cognovi abundè, non esse Te hominem è vulgo, sed præclaris conatibus tendere ad reconditam doctrinam; omni studiò & ingenio me perquisivisse scripta tua. De Chemicis non ita pridem indoctissimis suis ad me datis nostri temporis alter Reinesius & inter eos, qui Medicinam bonis cum litteris conjunxere, publicò omnium consensu celeberrimus Dn. D. Georg. Wolfg. Wedelius ita me movuit: *E MScus Chemicis Græcis Reinesius fecit elegantem Dissertationem Historicam, sed vernaculò idiomate, pro Severissimo, qui ea describenda è Bibliotheca Augustana curaverat: Illa ego, ceteroqvi ferè deperdita casu quasi liberavi, ut redierint ad nostras oras; siquidem ad Morhofium, indeqve ad Borrichium erant missa, omnibus mortuis, qui id norant, me exceptò, unde id monui, & sic restituta lator. Bona pars seorsim etiam Latine versa est. Χάρις μεγάλη αὐτῷ.* Ipse Morhofius, lib. 1. Polyhistoris Litterarii, c. xi. p. m. 101. memorat his verbis: *Falsum est, deesse huic arti antiquos autores. Nam pro Hermetis aliorumqve scriptis ita militavit Borrichius, ut superior ex illa pugna discesserit. Superfunt Græci quidem autores οὗτοι χημικοί, quorum Salmasius aliquoties suis in Solinum exercitationibus mentionem facit, & Casaubonus ad Baron. Annal. Exerc. 1. c. 2. de quibus aliqua hic notabimus. Exstat Codex ille in Bibliotheca Regia, unde sua excerpfit Salmasius. Delrius, tom. 1. disq. Magic. lib. 1. c. v. Q. 1. sect. 1. extr. p. 60. a. in Bibliotheca Fontis belli haberi testatur. Dicitur & Johannes Dec, qui Monada Hieroglyphicam scripsit, Democriti Physica habuisse, cum scholiis Synesii, Pelagii, & Stephani Manuscriptis. Gesnerus in Italia alicubi latere tradit. Est & codex Altenburgensis, quem Illustr. Dux Saxonia Johannes Wilhelmus b. m. & Cod. Bibl. Augustana fecit describi Annò 1623. quem Thomas Reinesius perlustravit, suaqve manu emendavit, multa in illu notavit, additâ de ipsis autoribus dissertatione; Cujus mihi ab amico copia facta est. Ἰσοπέμεια Lingvæ Punicæ memorati Reinesii, liberaliter nobiscum à laudato Dn. D. Wedelio communicata, quò nomine ipsi hic publicè gratias agimus, edentur à nobis, si DEUS*

dede-

dederit, cum aliis propèdiem. In præsentia juvabit audire Casp. Barthium, in lectione Reinesio non secundum, sicuti nulli, quem sciam; cujus in ad Daumium Epistola, subjuncta à Joh. Andr. Bosio Reinesii Epistolis ad Daumium Jenæ annò clò Idc LXX. in 4to evulgatis, p. m. 308. de Reinesii Commentatione de deo Endovellico hoc lego iudicium: De deo Endovellico *idem est eventus* (qualis nimirum de Lingva Punica, nam de illa in præcedentibus scripserat) cum enim *ἡ τὴν αἰώνιον ἀτιγνὸν* quod numen eò intelligatur, nihil generatim, aut ex penitè Antiquitate statui poterit. Scù quid Petronio dictum: Sumam regionem tam præsentibus esse numinibus plenam, ut facilius sit Deum, quàm hominem, invenire. Horum deliriarum, barbararumque appellationum, ex uno sæpe aut altero Diaboli fascino natarum, origines ex ipsa scriptura antiquitate eruere velle, nescio an vel opera pretium fuerit, vel alicui perspicaciori probabile. Tanta in tam diversis regionibus Paganismi veteris, tamque absurda superstitiones, tanta ludibria in possessum tam diu Orbem Demoniorum fuerunt, ut nomina plurium vel citra omnem rationem sint, vel nata, ut dixi, de uno alteroque facinore, ut ullum iniri consilium possit, de origine aut deductione Deastrorum. De qua tota re pluribus in Superstitionum totjuga mole, cui in ordinem redigende, ultimamque ei manum imponenda calcar addunt etiam istæ Commentationes egregiorum virorum. Illud solum in doctissimo viro aversor, quod de Scaligeri fide in Inscriptionibus Endovellici nonnihil dubitare videatur; pro qua ego meam facillè interponam. Vir Summus, non modò eruditione, sed Politicorum etiam Consiliorum auctoritate, ubique gentium Amicos habebat, qui ad nutum ejus parati, mittebant quicquid ei placitum vel fingere poterant. Ille missa redigebat in ordinem, securus de iudiciis interdum vulgi, interdum auctores officiososque suos celans, quia odiosa ejus popularibus, aut proceribus regionum, in quibus vivebat, erant nomine hostilium partium. Tanta autem in eo viro iudicii erat acrimonia & perspicacia ingenii, ut de falsis vera vel solus discernere nullo negotio posset. Hinc tot Inscriptiones ab eo sunt obelò notatæ, quas

totum antè Orbis litteratus pro genuinis habebat, nec ulli facile suspecta fieri poterant; tam subuliter ab Italia Hispanisque erant confecta. Hâc dexteritate, accedente longò usu, hominem fallere voluisse, aut falli potuisse, istu Epigrammatitis, nequaquam ulli docto bonoque viro probabitur. Itaque qui illas Resendianas Inscriptiones enarrabit, nisi Scægerianarum parem rationem habuerit, nullo negotio seponetur. Et quid Resendus ad Scaligerum? Hæc hactenus, quæ liquidiora copiosioraque fortè scriberem, si libellas penitus examinare licisset. Nunc serò traditis litteris tuis, benè manè abiturit tuus Mercurialis. Hanc ad Barthii censuram ibidem, p. m. 310. sequentia reponit Reinesius: Origo superstitionis ipsa pietas est, corrupta scil. & limitibus exerrans: * cultus divinus, quem iussi exercere primis à condito mundo seculus homines DEI timentes, accedente unius alicujus temerarii, levi etiam visa, depravatione in infinitos, ut secundum admodum est falsum, circa eum errores degeneraverit; hinc idola. DEI autem Endovellici, hoc est, Endoveliorum, gentis Hispanica, Numinis origines à Tubale inde à me deducta, omnium sunt clarissima; consentiunt cum antiquis Scriptoribus, eosdemque bellissime explicant; estque summa delectatio profanorum in sacris vestigia deprehendere, & illa ad hac ceu fontes suos reducere posse. Neque aliter fieri debet, cum Diabolus DEI simia sit, & falsum omne pro fundamento habeat verum, ejusque specie animis illabatur & illudat. Unde verò gentium origines & primos cujusque conditores melius addiscas, quam ex historicorum verissimo & antiquissimo Mose? Cum quo si consentire deprehendamus hanc etiam partem scriptores profanos, certiores multò reddimur & divina veritatis rudimenta in hominum atheorum scriptis admiramur. Quid CL. Seldenus præstiterit in eruendis Deorum Syrorum antiquitatibus, & quantum S. Scriptura, quoad eam historia partem, lumen intulerit, fieri coguntur omnes, etiam sequiorum partium, vel inviti. Non igitur operam me luisse puto, qui è sacra antiquitate Hispanicam istam derivò eodemque momentò tot scriptoribus antiquis mendas tarpes eximo, ut jam pulcerrimè Θέβηλοι Josephi, Ηρόδοτος Strabonis, Ιγδοβίλι Αἰθι-

* Hic mihi deesse videtur nonnihil.

thici & Igdubeda seu Idubeda Latinorum cām Tubale Mo-
 saico, & cum eodem Endovellicus convenire agnoscat. Non
 commemorabo quantum Hispanicarum rerum Scriptores Hi-
 spanos ipsos in rebus suis hactenus dubios & dissonos istā com-
 mentatiunculā adjuverim, ut nunc quid de Serubalia & Se-
 rubalibus, quos quidam ex iis produciunt, alii ceu fabulas
 seponunt, sentire tandem debeant, pateat. An verò quia
 ἱερὸν Numen fuit DEUS ENDOVELLICUS, ni-
 hil generatim & ex penita antiquitate statui de eo pos-
 sit? Etiam particularia urbium nonnullarum Numina, quæ
 Gentium Numinibus multò obscuriora, non tamen ignota nunc
 sunt; & Numen Gentis nominatissimæ, cujus origines, mi-
 grationes ex Asia in eam Europæ partem, Hispania inco-
 latus, & Reipubl. forma ex omni antiquitate, quæ licuit,
 conquisita & publicata sunt, non licuerit inquirendo perve-
 stigare? Utinam in omnibus Paganismi veteris reliquiis eā-
 dem felicitate esset indago nostra, quā Endovellicum erui-
 mus, cepimus, luci stitimus! nihil in omnibus haberemus ad-
 dedo impeditum & peregrinum. Scaligeri fidem circa In-
 scriptiones de DEO Endovellico me in dubium vocare,
 ista verò injuria est, quā à tali viro adspergi me immeren-
 tem justè doleo. Ubi verò hoc sensi, dixi, scripsi? Cū de
 productis à Resendio, qui ipse viderat, dixissem, locum,
 ubi repertæ ex, indicatum fuisse, addo, Scaligerum,
 ubi suas repererit, non adjecisse; propterea nec nobis
 de loco nunc liquere: è quibus verbus id, quod mihi ad-
 fingitur, nemo nisi malevolente ingenio exsculpat. In eo ta-
 men hoc errasse fateor, quòd locum non additum fuisse
 scripserim: iterum enim inspectò codice Gruteriano, ibidem,
 scil. ubi Resendius suas viderat, Scaligeri istos inventos fu-
 isse lego. Mirari igitur poteramus, quòd quas à Scaligero
 habemus, Resendius, qui locum ante hos centum annos (an-
 nò enim 1533. inceperat dum colligere Inscriptiones per Lu-
 sitaniam) adiit ipse, obiitque annò 1573. octogenarius, non
 viderit: & sublatis inde aliòve translatis ante adventum
 Resendii fuisse vero consentaneum est. Resendium Scali-
 gero, nemo sanus de ingenio, eruditione, judiciò compara-
 verit: neque id hìc agitur, ut comparatio instituat: hoc
 solum

*solum decerni debebas ; an à Resendio , qvi Lusitanus , in patria vixit , consenuit , & Villam Vizosam visitavit ipse , productarum Inscriptionum ; an verò Scaligerianarum , quas an amici ad eum in Pictonibus harentem miserint tam incertum est , quàm ubi , & quando eas cunqve acceperis , potior habenda esse ratio videretur ; quamquàm inutiliter de hoc quæratnr nunc , cùm nos utraqve eodem locò , fide , & pondere astimemus , & eò ordine , quò Gruterus edidit , producamus . Non haberi pro fungo debere Resendium , è vita ejus , in qua est , domum Resendii habitam fuisse oraculum eruditionis & Antiquitatis Patriæ & Ecclesiasticæ , patet . Addo , quòd Ambrosius Morales & Johannes Vaszus nobiles historici se ab A. Resendio plurimum adjutos honorificè commemorant . & quòd summâ in aulis duorum Cardinalium , Alfonsi , Emanuelis Regis filii , & Henrici post Regis Lusitanæ , autoritate gratiâqve floruerit . Liberalitas in maximum Scaligerum nostra , cùm effusè eum laudamus , Resendio non debet esse damnoſa , ne quod alteri tribuitur , dispendiis alterius adplicetur . Neminem contemnit : est enim cuilibet homini , ut rei , sua hora , ut est in apophthegmate Ebraorum . De Scaligero , quâ erat æquanimitate & *κατανοήσεως* , certus sum , mihi ne tantillum quidem hic fuisse intentaturum : Certè à Viro CL. nodus in scirpo vel stuppâ quæsitus est . Eum per hasce literas & Reipubl. Literaria salutem rogo obtestorqve , ne quorum nobis spem fecit de Veterum Superstitionibus , & de Scriptoribus dubiis , Commentarios satius diu pressos seculo ultra inuideat . Habebo etiam in beneficio , si mea pellegerè fueris dignatus ; invitare autem ad istam *γερύλω* non ausim , neqve fas est . Hæc Reinesius ; cujus Commentariolum ad saxum Magurianum , quod vocant , Patavii ante aliquot annos repertum , cujus obscuritas insignis eruditissimorum hominum ingenia hactenus exercuit , au lucem viderit , ignoro . Cl. Bosius sanè brevi illud expectare nos jussit sub finem addendor . Inscription . August . Reinesii Dissertationi præposui Celeberr . Cl. Salmasii duarum difficillimarum Græcarum Inscriptionum Veterum Herodis Attici Rhetoris & Regillæ Consulis honori positarum explicationem ,*

nem, adnexis simul etiam notis ad Dosiadae Aras, & obscurissima, Poëmatia, Simmiae Rhodii Ovum, Alas, Securim; Theocriti Fistulam, laudatis Barthio in Statii VIII. Thebaid. v. 757. 759. p. m. 940. Hæc sicuti rogatu Cl. Rigaltii elucidavit, & luculentis Commentariis exornavit: ita & porro laudati Rigaltii curæ commisit; qui, cum eruditionis non vulgaris omnia plena comperisset & suspexisset, Parisiis edenda exhibuit anno M. DC. XIX. Ista cum multos fugere viderem, ipsisque non notiora eruditioribus esse indignarer & frustra distracta diu post exempla quæri in tabernis, placuit ea de novo curare in præsentia & adpendicibus quibusdam ac indicibus augere, uti & locis Scriptorum hic & ibi omisissis: Inferam hic verba Mureti ex Orat. VIII. Volum. II. p. m. 286. non modò quia ex parte faciunt huc, sed etiam quia nos multa docent: Sciamus, veterem hunc errorem esse, ut clari scriptoribus multa tribuantur, quæ ab eis scripta non sunt. Sic Homero ipsi scriptorum nostrorum antiquissimo non desunt, qui hymnos, sive, ut Thucydides vocat, proemia falso tribui adferrent, etsi mihi quidem Thucydides omnem dubitationem tollere videtur, qui ea ut HomERICA agnoscit. Sic quædam Moschi & Bionis Theocrito vulgus adscribit. Sic Ara ejus putatur esse, cum ex Luciano constet, eam esse Dosithei: & Securis, quam Hephaestio Simmia Thebano tribuit. Sic Phadonem Platonis sunt, qui Panatii Stoici esse contendunt. Sic ejusdem Alcibiades secundus ab aliis ad Xenophontem refertur. Sic denique multa scripta veterum, aliorum sunt, aliorum putantur. Contigit hoc interdum propter similitudinem nominum: ut cum Demetrii Alexandrini libellus elegantissimus de elocutione Demetrio Phalereo tributus est. Sic olim multa fabulae tribuebantur Plauto, quæ Plautii cujusdam erant. Sic Anaximenis Lampfaceni liber de Rhetorica ad Alexandrum vulgò inter Aristotelea numeratur. Sic quidam ex veteribus non ab eodem Homero scriptam esse dicebant Odysseam, à quo Ilias scripta esset. Interdum propter similitudinem inscriptionum: ut cum Ethica scripsisset Aristoteles, scripsisset & Nicomachus, erant olim, qui Nicomachi Ethica

ad

ad Aristotelem referrent. Sed prater ceteros Aristotelis scripta senserunt hoc malum: idque propter eam causam, quam mox audietis. Aristoteles moriens Theophrastum ut schola, ita bibliotheca sua successorem reliquit: Theophrastus & suam & eam, quæ Aristotelis fuerat, Neleo Scepsio, qui utramque in patriam asportavit. Hujus heredes, homines imperiti & idiota, libros illos negligenter habuerunt, ita ut multis admodum locis humore corrupti & à tineis exesi sint. Accidit ut Reges Asia, conficiendatum bibliothecarum studio incensi, libros veteres undique conquirerent, magnæque præmia proponerent, si quis ad se aliquid Platonis aut Aristotelis aut similium attulisset. Ibi improbi homines, pecunia cupiditate adducti, multa adfinxerunt Aristoteli, de quibus Aristoteles nunquam ne per somnium quidem cogitabat. Hanc historiam narrat Strabo, lib. xiii. de suis orbi, narrat Athenæus, narrat Plutarchus in Sylla. Ἐγχαρὴ δὲ πολλὰ βιβλία καὶ οὐκ οἱ μάλιστα τὸ χερόν, ait Simplicius, ἅτε πολλοὶ τὸ βασιλεῖον αὐτῷ ὡς βιβλιοθήκας ἀνιδάξοις πολλὰ χερσὶν αὐτῷ ἐπιχειροῦντα τὰ βιβλία ἀνέστο. Quatuor igitur argumentis præcipue & γνήσια deprehendi solent, similitudine elocutionis: convenientiâ sententiarum: si item liber ille, de quo quæritur, citetur in aliis γνήσιis, aut in eo citentur alii, quos constat esse γνήσιους: & si cum ex antiquis ii, qui de hujusmodi rebus judicare poterant, pro Aristoteleo habuerunt. Hæc Muretus. Adjungemus & sequentia è Joann. Wowerl Cent. II. Ep. VI. ad Janum Gruterum, p. m. 219. s. ad superius à nobis adducta spectantia, quæ tum, cum ista scriberemus, nobis non inciderunt. Venio ad N. N. cujus sine indignationem ne meminisse quidem possim. hominem iam fatuum & insulsum, ut ipsas ineptias reddere ineptiores possit. Non invenio verba, quibus portentum illud conflatum ex immani inscitia & superbia intolerabili, describere possim. Is utriusque juris doctor, multas selectas & optimas inscriptiones Fulvii Ursini manu scriptas tenet. Eas Fulvius dederat, ut descriptas ad te mitteret, sed postquam Fulvium ultima necessitas abripuit, matula hominis suis manibus eas extorqueri non patitur. Eorum partem nos vidimus, & quantum mihi placuerint haud

68 TH. CRENI PRÆFATIO.

facile dixero. *Miseram verò sortem optimarum inscriptio-
num, quæ manibus istius vespillonis tam indignè strangula-
ri meruerunt. Inter hæc minatur post luculentum opus sibi
auclarium residuum. Ridete quantum est hominum severio-
rum. Ille, qui etiam illas literas, quas ad te scripsit, alie-
na cura debet, ausus est venire in partes harum literarum,
cujus si tu mentionem feceris, illutibili maculâ optimum o-
pus deturpabis. Quibus verò blandimentis bestia illa do-
manda, ipse videri, de me nec quidquam expectes. imò (si
me amas) me hæc ad te scripsisse apud te solum peribit. Ha-
ctenus Wowerius in Epistolis Hamburgi curâ G. El-
menhorstii vulgaris annò M. DC. IX. (fortè XIX.
vel XVIII. ut præfatio docet) in 8t. Utut sit, pru-
dentior sanè hic fuit cò, qvo de narrat Borghinius, de
Origine Florentina, quòd caput Q. Fabii Maximi
in Theatro Florentino erutum mox projecit in fun-
damenta, quæ recens locârat homo stolidus, thesau-
rum nactus Æsopio Gallinaceo similis. A qvo egregiè fa-
tuo non valde abiit homo ille Venetus, qui nummos
aureos antiquos multos & preciosos conflagavit, ut Tor-
quem uxori ex iis pararet. In qvo genere insaniz non
erat cur Hispania Italiæ concederet; quando, referente A.
Schottò Cl. Virò, in Bibliotheca Hispanica; ex magna
& accuratè collecta Numismatum veterum copia, heres
Joannis Andreæ Strauei Valentini eruditi hominis, mor-
tarium ad pharmacopolii sui usum sibi conflagari curavit.
dignus utique ipse pistillis, sed in grandiore mortario A-
naxarchi more, tundi. Convenienter verò priori hoc
secundum ibit Museum, cùm in illo I. Casauboni notas
eamdem in Heròdis Inscriptionem, quas in hoc non ra-
rò Salmasius jam laudat jam improbat, non invitis Le-
ctoribus exhibuerim; quare & eodem de successu con-
jicio, eundem Lectorum favorem ipsi vovens, quem
prius habuit, cujus omnia ferè annum intra spati-
um divendita esse exempla Typographus mihi retu-
lit, quod & ipsum, ut incepta persequeretur, mo-
vit. Tu Lector vale, & conatibus nostris porro fave.
Scribebam Lugduni Batav. a. d. XIX. Kal. Septemb. A.
C. CC lccc. I. Cl.*

I.

CL. SALMASII
DUARUM
INSCRIPTIONUM
VETERUM

HERODIS ATTICI RHETORIS ET RE-
GILLÆ CONJUGIS HONORI PO-
SITARUM EXPLICATIO.

EJUSDEM

AD DOSIADÆ ARAS:

SIMMIÆ RHODII OVUM; ALAS, SECU-
RIM: THEOCRITI FISTULAM,

N O T Æ.

*Quibus obscura hætenus & depravatissima pœmata
illustrantur & emendantur.*



NICOLAO RIGALTIO J.C.
REGIÆ BIBLIOTHECÆ
CURATORI

CL. SALMASIUS S.D.

REMITTO ad te, Vir eruditissime, inscriptionem Regilla, quam non ita pridem abs te accepi: pro qua & gratias, quanta maxime agi possunt, ago, & majores etiam, quam quantas agere possum, debere ultro profiteor. Nemo voluptatis suæ, cujuscumque tandem generis illa sit, satis dignam mercedem, aut justum pretium se persolvere unquam posse putavit. Atquin scito me longè maximam cepisse ex illius inscriptionis letitione. Nam præter ipsius carminis summam elegantiam, & merè Atticum saporem; ac rerum aliquot antiquarum cognitionem, quam hinc tantum, non aliunde liceat haurire, non mediocriter etiam illo nomine mihi placuit, quòd meam veterem de Herode Attico conjecturam, quam si verisimilem modò, doctis hominibus adprobàsssem, pulcrum ac beatum me putarem, verisimam

rissimam esse, planè confirmaverit. Visum igitur mihi est, ut priorem illam Herodis ante decennium, plus minus, teritiò ab urbe milliari in via Appia effossam & repertam, notis olim & versione instructam ad edendum paraveram: sic istam quoque nuper in eodem loco erutam, eodem ornatu, quò illam compseram, a me compositam & compositam in publicum emittere. Sed cum in eo essem, eodem impetu, ac de eadem opera fideiæque quasi dealbare libuit obscura illa, & tenebricosa poematia, qua Theocriti vulgaris editionibus adiunguntur; Ovum inquam, Alas, Aras, & Securim cum Fistula; eaque multò situ hætenus, & caligine infuscata elucidare, & antiquo nitore restituere. Qua quidem opuscula ut cum istis Herodis & Regilla inscriptionibus jungerem, eò libentiùs feci, quòd argumentum minimè ab his discrepans aut alienum continerent. Quippe si Aras, unam Musis, alteram Minervæ consecratam spectes: si Securim Epei eidem Minervæ, si Theocriti Fistulam Pani dedicatam consideres, non malè ad hoc inscriptionum genus referri illa omnia posse tibi videbuntur. Nec prohibet, quòd multo antiquiores, quàm Herodes sit, auctores habent ista, qua nos in ultimum tamen locum rejecimus. Nam & hic ordo rectus est, ut quemadmodum a nostris & vicinis, ad longinquas & toto orbe divisas penetramus regiones; sic per ea, qua temporibus

*nostris propiora sunt, ad illa, quæ longius anti-
quitas submovit, quasi gradibus ac numeris
quibusdam, ascendamus. Igitur ex duabus A-
ris, alteram penitus collapsam, ac sub ruina sua
jacentem, egestis ruderibus, excitavimus, & a
solo restituvimus: alteram multis locis labefacta-
tam, nec fronte nec basi satis integram, refeci-
mus. Ovum vero ipsum totum conquassatum
confractumque, collectis ac colligatis felici non
minùs quàm facili manu fragminibus, solidavi-
mus, & ex putri cariosoque, quale hætenus a
propolis, inter malas vitiosasque merces circum-
ferebatur, haud secus ac si à parietu recens esset,
sanum & integrum, nitidumque ac politum
dedimus. Ecquod aliud porro notabilius nobi-
liusque factum, quàm Alas suas Amori reddi-
disse? quas enim antehæ truncas, & laceras &
pinnis undique defluentibus dissipatas abjecerat,
eas jam meliores factas, ac in priorem faciem at-
que ordinem restitutas, ut resumeret, & se di-
gnas putaret, curavimus. At Epei Securim,
quis negare auset, quin eam partim temporum
injuriam, partim hominum inscitorum, qui nimis
indiligenter illam tractaverant, incuria, utrim-
que reusam & nullo jam latere scindentem,
totamque rubigine obsessam & obtectam, cote-
ptusquàm Naxiâ vel Samiâ a nobis tersam &
politam, in antiquam aciei bonitatem & splen-
dorem reposuerimus? Quid porro de Panis Fi-*

stula dicam? nonne eam jam stridulum quid, atque impeditum sonantem, obturatis foraminibus, & cannis etiam aliquot contusis atque collis, vix ipsi auctori agnoscendam, sic ab omni parte sanavimus, ut nunc & illius nomine qui consecravit, & ejus numine cui consecrata est, apparere digna possit? Verum ne quis decipiaturn ignarus, ac tot phaleratis, & magnificis nominibus inductus, nos aliquid magni prestitisse censeat, palam dico, hæc mera παίγνια sunt, quibus veterum poetarum lascivia lusi: Jam & nos quoque ludendo, & aliud agendo, dum nihil habemus majus, aut magis serium, quæ temporum vetustate, aut hominum invetustate in his erant corrupta correximus, quæ implicata explicavimus. Hæc tu, doctissime atque amicissime Rigalti, si premenda judicabis & tenebris damnanda, tuo quoque non invito judicio, sed admodum libens & pronus accedam. Sin verò promenda ac luce donanda tibi videbuntur, tum idem etiam mihi videri credito. Vale, &

Hoc habe quidquid est libelli,

Qualecunque, quod ut amicitie nostræ testimonium non parvum extaret in opere non magno, missum ad te volui tibi quæ dedicatum. Divione, ex Museo nostro, X. Kal. Aprilis, CII. IQ CXVIII,



CONSECRATIO TEMPLI IN AGRO HERODIS ATTICI TRIOPIO.

ΠΟΤΝΙ ΑΘΗΝΑΩΝ ΕΠΙΕΪΡΑΝΕ ΤΡΙΤΟ-
 ΓΕΝΕΙΑ
 ΗΤΕΠΙ ΕΡΓΑ ΒΡΟΤΩΝ :: ΛΑΙΣ ΡΑ-
 ΜΝΟΥΣΙΑΣ ΟΥΠΗ
 ΓΕΙΤΟΝΕΣ ΑΓΧΙΘΤΡΟΙ ΡΩΜΗΣ ΕΚΑΤΟΝ-
 ΤΟΠΤΑΟΙΟ
 ΠΕΙΟΝΑ ΔΗ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΕ ΘΕΑ ΤΕΙΜΗΣΑ-
 ΤΕΧΩΡΟΝ
 ΔΗΜΟΝ ΔΗΩΟΙΟ ΦΙΛΟΞΕΙΝΟΝ ΤΡΙΟΠΛΑ
 ΤΟΦΡΑ ΚΕ ΚΑΙ ΤΡΙΟΠΕΙΑΙ ΕΝ ΑΘΑΝΑ-
 ΤΟΙΣ ΑΔΙΓΗΣΘΟ
 ΩΣΟΤΕ ΚΑΙ ΡΑΜΝΟΥΝΤΑ ΚΑΙ ΕΥΡΥΧΟ-
 ΡΟΥΣ ΕΣ ΑΘΗΝΑΣ
 ΗΛΘΕΤΕ ΔΩΜΑΤΑ ΠΑΤΡΟΣ ΕΠΙΓΔΟΥ-
 ΠΟΙΟ ΑΠΙΟΤΣΑΙ
 ΩΣ ΤΗΝΔΕ ΡΩΕΣΘΕ ΠΟΛΥΣΤΑΦΙΛΟΝ ΚΑ-
 ΤΑΛΩΗΝ
 ΑΗΙΑΤΕ ΣΤΑΧΤΩΝ ΚΑΙ ΔΕΝΔΡΕΑ ΒΟΤΡΥ-
 ΟΕΝΤΑ

ΛΕΙΜΩΝΩΝ ΤΕ ΚΟΜΑΣ ΑΠΑΛΟΤΡΕΦΕΩΝ
ΕΦΕΠΟΥΣΑΙ

ΤΡΜΜΙ ΓΑΡ ΗΡΩΔΗΣ ΙΕΡΗΝ ΑΝΑΓΑΙΑΝ ΕΗΚΕ
ΤΗΝ ΟΣΣΗΝ ΠΕΡΙ ΤΕΙΧΟΣ ΕΥΤΡΟΧΟΝ Ε-
ΣΤΕΦΑΝΩΤΑΙ

ΑΝΔΡΑΣΙΝ ΟΥΤΥΓΟΝΟΙΣΙΝ ΑΚΙΝΗΤΗΝ ΚΑΙ
ΑΣΤΑΟΝ

ΕΜΜΕΝΑΙ ΗΔΕΠΟΙ ΕΞ ΑΘΑΝΑΤΟΥ ΚΑΡΗ-
ΝΟΥ

ΣΜΕΡΔΑΛΕΟΝ ΣΕΙΣΑΣΑ ΛΟΦΟΝ ΚΑΤΕΝΕΥ-
ΣΕΝ ΑΘΗΝΗ

ΜΗΤΩΙ ΝΗΠΟΙΝΟΝ ΒΩΛΟΝ ΜΙΑΝ Η ΕΝΑ
ΛΑΑΝ

ΟΧΛΙΣΣΑΙ ΕΠΕΙ ΟΥ ΜΟΙΡΕΩΝ ΑΤΡΕΙΕΣ Α-
ΝΑΓΚΑΙ

ΟΣΚΕΘΕΩΝ ΕΔΕΕΣΣΙΝ ΑΛΙΤΡΟΣΥΝΝΗΝ Α-
ΝΑΘΗΗ

ΚΑΤΤΕ ΠΕΡΙΚΤΙΟΝΕΣ ΚΑΙ ΓΕΙΤΟΝΕΣ Α-
ΓΡΟΙΩΤΑΙ

ΙΕΡΟΣ ΟΥΤΟΣ Ο ΧΟΡΟΣ ΑΚΙΝΗΤΟΙ ΔΕ ΘΕ-
ΑΙΝΑΙ

ΚΑΙ ΠΟΛΥΤΙΜΗΤΟΙ ΚΑΙ ΤΠΟΣΧΕΙΝ ΟΥΑΣ
ΕΤΟΙΜΑΙ

ΜΗΔΕΤΙΣ ΗΜΕΡΙΔΩΝ ΟΡΧΟΤΕ Η ΕΝΑΛ-
ΣΕΑ ΔΕΝΔΡΩΝ

Η ΠΟΙΗΝ ΧΙΛΩΙ ΕΥΑΛΔΕΙ ΧΑΩΡΑ ΘΕΟΥ-
ΣΑΝ

ΔΜΟΗΝ ΚΥΑΝΕΟΥ ΑΙΔΟΣ ΡΗΕΒ ΜΑΚΕΔ-
ΛΑΝ

ΣΗΜΑ

ΣΗΜΑ ΝΕΩΝ ΤΕΤΥΧΩΝ ΗΒ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΚΕ-
ΡΑΙΞΩΝ

ΟΤ ΘΕΜΙΣ ΑΜΦΙ ΝΕΚΤΣΣΙ ΒΛΑΔΕΙΝ ΙΡΟ-
ΧΘΟΝΑ ΒΩΔΟΝ

ΠΑΗΝ ΟΚΕΝ ΑΙΜΑΤΟΣ ΗΙΣΙ ΚΑΙ ΕΓΓΕΝΟΣ
ΕΣΣΑΜΕΝΟ

ΚΕΙΝΟΙΣΔΟΤΚ ΑΘΕΜΙΣΤΟΝ ΕΠΕΙ ΤΙΜΑΟ-
ΡΟΣ ΕΣΤΩΡ

ΚΑΙ ΓΑΡ ΑΘΗΝΑΙΗ ΠΕΡΙΟ ΧΘΟΝΙΟΝ ΒΑ-
ΣΙΔΗΑ

ΝΗΩΙ ΕΓΚΑΤΕΘΗΚΕ ΣΥΝΕΣΤΙΟΝ ΕΜΜΕ-
ΝΑΙ ΙΡΩΝ

ΕΙΔΕΤΩΙ ΑΚΑΤΤΑ ΤΑΤΤΑ ΚΑΙ ΟΥΚ ΕΠΙ-
ΠΕΙΣΕΤΑΙ ΑΥΤΟΝ

ΑΛΛΑ ΠΟΤΙΜΗΣΕΙ ΜΗ ΟΙ ΝΗΤΙΤΑ ΓΕΝΗ-
ΤΑΙ

ΑΛΛΑ ΜΙΝ ΑΠΡΟΦΑΤΟΣ ΝΕΜΕΣΙΣ ΚΑΙ
ΡΟΜΒΟΣ ΑΛΑΣΤΩ

ΤΙΣΟΝΤΑΙ ΣΤΥΓΕΡΗΝ ΔΕ ΚΥΛΙΝΔΗΣΕΙ
ΚΑΚΟΤΗΤΑ

ΟΥΔΕ ΓΑΡ ΙΦΘΙΜΟΝ ΤΡΙΟΠΕΩ ΜΕΝ Ο Σ
ΑΛΙΟΥΔΙΔΕΩ

ΩΝΑΘ ΟΤΕ ΝΕΙΟΝ ΔΗΜΗΤΕΡΟΣ ΕΞΑΛΑ-
ΠΑΞΕΝ

ΤΩ ΗΤΟΙ ΠΟΙΝΗΝ ΚΑΙ ΕΠΩΝΥΜΙΗΝ ΛΑ-
ΣΑΣΘΑ

ΧΩΡΟΤ ΜΗΤΟΙ ΕΠΗΤΑΙ ΕΠΙΤΡΟΠΕΙΟΣ Ε-
ΡΙΝΥΣ.

IIIDEM VERSUS, UT LEGI DEBENT.

- Π**ΟΤΝΙ' Αθηναίων ἐπιείρανε Τελτογένεια,
 Ἡτ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ἐλαΐς, Ραμνουσιάς Οὔπι,
 Γείτονες αἰχίθυροι Ρώμης ἐκαλον(ᾧ) πύλοιο.
 Πείονα δὴ καὶ τόνδε θεὰ τειμήσατε χῶρον,
 5 Δῆμον Δηφίοιο Φιλόξεινον Τελόπαιο.
 Τόφρα κε καὶ Τελόπαιαι ἐν ἀθανάτοισι λέγησθον.
 Ως ὅτε καὶ Ραμνοῦν(ᾧ), καὶ εὐρυχόρους ἐς Αθήνας
 Ἠλθετε, δώμα(ᾧ) πατρὸς ἐρμυδούποιο λιπού(ᾧ)σαι.
 Ως τήνδε ῥώεσθε πολυσάφυλον καὶ αἰλῶν,
 10 Ἀλῆια τε σαχύων καὶ δένδρεα βοτρυόεν(ᾧ),
 Λειμώνων τε κόμας ἀπαλοῖρεφέων ἐφέπου(ᾧ)σαι.
 Ὑμμι γὰρ Ἡρώδης ἱερὴν ἀνὰ γαῖαν ἔθηκε,
 Τὴν ὅσσην πέρι τείχος εὐτροχον ἐσφάνωται,
 Ἀνδράσιν ὀψιγόνοι(ῖν) ἀκινήτην καὶ ἄσυλον
 15 Ἑμμεναι. ἥδ' ἐπὶ οἱ ἐξ ἀθανάτοιο καρήνου
 Σμερδαλέον σίσαι(ᾧ) λόφον κατένευ(ῖν) Αθήνη,
 Μήτω νήποινον βῶλον μίαν, ἢ ἓνα λαῶν
 Οχλίσ(ῃ)σαι. ἐπεὶ οὐ μοιρέων ἀτρεῖτες ἀνάϊκαι,
 Οσκε θεῶν ἐδέεσ(ῖν) αἰλιτρασύνην ἀναθεῖη.
 20 Κλύτε περικλίνες, καὶ γείτονες ἀγροῖώτα.
 ἱερὸς οὗτος ὁ χῶρος. ἀκίνητοί δε θέσσαι,
 Καὶ πολυτίμητοι καὶ ὑποσχεῖν οὔας ἐτοῖμαι.
 Μηδέ τις ἡμερίδων ὄρχους, ἢ ἐναλσεία δένδρων,
 Ἡ ποίην χιλῶ εὐαλδέει χλωρὰ θεού(ᾧ)σαι
 25 Δμῶῃ κυανέου Αἰδοῦς ῥήξει μακέλλα,
 Σῆμα νέον τεύχων, ἢ ἐπρότερον κεράϊζων·

οὐ θέμις ἀμφὶ νέκυσι βαλεῖν ἱρόχθονα βῶλον.

Πλὴν ὅκεν αἶμαλος ἦσι καὶ ἔγγονος εἰσαμένοιῳ.

Κείνοισ οὐκ ἀθέμισον, ἐπεὶ τιμάορος εἴσωρ.

Καὶ γὰρ Αθηναίῃ περὶ οἱ χθόνιον βασιλῆα

30

Νηῶ ἐγκατέθηκε σὺνέσιον ἔμμεναι ἱρῶν.

Εἰ δὲ τῷ ἄκλυτῳ ταῦτα, καὶ οὐκ ἐπιπεύσεια αὐτῶν,

ἀλλ' ἀπολιμήσει, μὴ οἱ νήτιζα γένηται.

Ἀλλὰ μιν ἀπρόφαλος Νέμεσις καὶ ῥόμβος Ἀλάστωρ

τίσονται, συγερὴν τε κυλινδῆζει κακότηλα.

35

οὐδὲ γὰρ ἴφθιμον Τελόπεω μένος Λιολίδαο

Ωναθ' ὅτε νειὸν Δημήτερος ἐξαλάπαξεν.

Τῷ ἦτοι ποινὴν καὶ ἐπ'ωνυμίην αἰλέασθαι

Χώρου, μὴ τοι ἔπηται ἐπὶ Τριόπειος Ερηννύς.

VER S I O.

O Bona Athenarum praeses, Tritonia virgo,
Cuique hominum cura res sunt, Rhamnun-
tias Upi.

Urbis vicina, quae stat centum inclita portis,

Hunc & vos celebrate locum pingvem ubere gleba,

Dictum Deo Triopa de nomine pagum :

5

Ut nota hinc sitis, Triopeia numina, Diva.

Ac velint Aethaas si quando invisitis arces,

Et Rhamnuntem, altò delapsa vertice cali;

Sic Diva huc properate, hac confita vitibus arva,

Et lasas segetes, & amicta arbuta racemis

10

Lustrantes, mollique pueritia gramine prata.

Vobis Herodes tellurem hanc ritè sacravit.

Quan-

*Quanta patet, circum muri vallata corona,
Usque vel ad seros mansura intacta nepotes.*

15 *Sic nãmque horrificas divinò vertice cristas
Concutiens, visa est nutu assensisse Minerva:
Non glebam hinc ulli, lapidẽmve impune mo-
vendum,*

*Nec parca faciles, aut illi parcere prompta,
Qui divũm sanctas violaverit impius ades.*

20 *Auribus accipite hæc vicina & rustica pubes,
Hic sacer est locus, & diva non sede movenda,
Multa¹ coli digna, atque aures adhibere parata.
Dispositas ne quis vites, arbustaq. lata,
Et latè irrigui viridantem graminis herbam,*

25 *Audeat orcivò fodiens exscindere rastrò,
Sive novum statuat, vctus evertâtve sepulcrum.
Luce nefas cassum sacrâ circumdare terrâ,
Ni trahat ex illo genus, hanc qui condidit adem.
Olli quippe licet: Testis vindẽxque, Minerva*

30 *Numine prapositus, nigri regnator Averni,
Et templo, & pariter sacrorum acceptus honore,
Hac si audita neget sibi quis, neque scire laboret;
Insper aut habeat, non impunitus abibit.
Hunc cita sed Nemesis, atque irrequietus Alastor*

35 *Tristibus urgebunt tali pro crimine pœnis.
Nec Triopam quondam, cui sanguinis Aeolus
auctor,*

Fuivit, sacratum Cereri temerâsse novale.

*Quisquis eris, pœnãque loci, nomẽnque memento
Ut fugias, ne te Triopea sequatur Erinys.*

1. hoc est ad verbum πολυμήτοι.

CLAU-

CLAUDII SALMASII

NOTÆ.



E GREGIUM ac præclarum vetustatis monumentum, & quò nobilius atque illustrius aliud non habet luculentus ille veterum inscriptionum Thesaurus summò labore, mirabilique industriâ à Grutero nostro V. CL. collectus. Qvis autem fuerit hujus egregiæ inscriptionis auctor, quæsiuere viri doctissimi. Atque ipse quidem Herodem se nominat illo versu:

Τῆμι γὰρ Ἡρώδης ἱερὴν ἀνὰ γαῖαν ἔθηκε.

Sed quis iste Herodes, rex an privatus, liber an servus, albus an ater fuerit, tam nesciri scio, quam vix sciri posse arbitror. De privato regem facere voluere docti homines: quibus testibus aut argumentis, nondum assequi potui. Nihil enim tale ex tota inscriptione, legas ac perlegas licebit, elicere possis. Nam quòd illum trigesimum inscriptionis versum adducunt, ad regnum regiùmque genus isti Herodi asserendum, si sententiam ejus versiculi peniculatiùs explorassent, aliud eos pronuntiuros fuisse non dubito. Ut concedam Herodem, qui heic nominatur, fuisse illum magnum Judæorum regem, (quod mi-

minimè tamen concedo) illo tamen testimo-
niò, quò volunt regnum ejus confirmari sta-
biliturque, nihil invalidius esse, nihil incertius
affirmare ausim, immò nihil falsius. Quod
ostendam pluribus ad locum ipsum. Nunc
illam de Herode rege opinionem paucis con-
futemus. Ajunt Magnum Herodem, quem
Judæis regem imposuit Augustus, ut versu-
tum ac versatilem in omnibus rebus, sic in
religione quoque fuisse, quam sæpe ad arbi-
trium & suum & aliorum mutabat, tempo-
ribus & locis eam accommodans, cum Au-
gusto gratificari studeret, à quo precarium
regnum obtinuerat. illum igitur, qui his
moribus esset præditus, & religione non a-
liter quàm quodam ambitionis instrumentò
uteretur, ceterorum principum ac poten-
tum more, inter Judæos quidem pro Judæo
se gessisse, inter Græcos, Græcam consue-
tudinem, & ceremoniarum ritum usurpasse.
Non jam de Herode, atque ejus religione
disputo, nec abnuo quin his moribus fuerit;
sed an hæc ejus inscriptio fuerit: quod ut
credamus, non illa sola ratio potest efficere,
quæ de Herodis ambitione & cupiditate im-
perii sui monumenta ad posteros transferen-
di adfertur. Adeo enim verisimile non est
regem heic Herodem designari, ut potius in-
credibile prorsus mihi videatur ullam ejus
hæc

hâc inscriptione fieri mentionem. Nimis multa sunt quæ hanc sententiam refellant. illud omnium maximè : quis enim credat, aut cuinam probabile videri queat, tantæ celebritatis locô ac tam urbi propinqvô, callidum principem & qui gratificari cuperet Augusto, tribus ab urbe milliaribus, in fundo suo positâ columnâ regem appellari se voluisse, nec regem quidem simpliciter, sed generis humani regem? Quis hæc potuisset videre, quis potuisset pati, ut Judææ regulus qui principum Romanorum beneficiô regnum obtinebat, honorem divinæ domus ambiret, & titulum dominorum suorum usurparet? Ambitiosus sanè fuerit, non fuisse tam stultum facilè mihi persvadeo. Satis enim habuisset *Ιουδαίων βασιλῆα* inscribere se, non *χθονίαν*. Omitto alia longè absurdiora, quæ illam interpretationem sequerentur, & plura suô locô dicemus. Diximus, quâ licuit, & ostendimus, hunc Herodem, cujus in hac inscriptione nomen positum est, nec fuisse, nec esse posse regem illum Herodem, quem Antonius & Augustus imposuêre Judæis. Alium igitur Herodem quæramus. Si post regem notissimus aliquis quærendus est, notio rem alium non novi Herode Atticô, celeberrimô Rhetore temporibus Hadriani, Antonini Pii & Marci Philosophi imperatorum.

rum. ¹ Quem auctorem hujus antiqui monu-
menti, non injuriâ posset aliquis suspicari,
vel hâc maxime ratione, quòd in alium ma-
gis convenienter hæc suspicio cadere non pos-
sit. Haud valde validum, inqvies, argu-
mentum. Nec ego sanè pro valido, aut val-
de firmo vendito. Sed conjecturæ tantum
vice illud propono, quam eò nomine mihi
blandiri non inficias eo, quòd nihil absurdi
præ se ferat, ut illa de Herode Tetrarcha,
utpote quæ nec fundum habeat, nec ratio-
nem. Spectatâ præterea consuetudine illius
Herodis Attici, quam refert in ejus vita Phi-
lostratus, magis magisque in eam sententiam
accedo. Scribit enim hunc Rhetorem alu-
mnorum suorum statuas solitum consecrare,
in agris, in sylvis, ad fontes, & aliis cele-
berrimis locis, cum imprecationibus eorum
qui moverent illas sede suâ, vel detraherent.
quod apertè in hac fundi dedicatione factum
ab illo videmus. Locus Philostrati est egre-
gius, & huc eximiè facit: εἰκόνας γοῦν ἀνέλθει
σφῶν θηρών τε καὶ τεθηγερότων, καὶ τεθηγε-
ρότων

1. At quia v. 30. digitum in regem intendit, potuit
esse Herodes Parthus, seu antiquior. Plutarch. in Vita
Anton. p. m. 949. (ita enim numerus ponendus pro 947.)
B. seu Junior sub Tiberio; Joseph. Antiq. lib. XVIII.
c. III. aut si hi non placent, invenies alios. Vide B. Chri-
stiani Noldii Hystor. Idumæam insertam Fasci nostro
IV. p. 570. f.

τόντων· τὰς μὲν ἐν δρυμοῖς· τὰς δὲ ἐπ' ἀρχαῖς· τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς· τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, οὐκ ἀφανῶς, ἀλλὰ ξὺν ἀρχαῖς τοῦ περικόποντος, ἢ κινήσαντος. Quis non agnoscit eundem in hac inscriptione genium, & in illa Farnesianæ columnæ ejusdem ut auctoris, ita & argumenti? Vides enim Herodem statuas deliciis suis ponentem, venantum habitu, & fundum hunc θεοῖς συμβάμοις dedicantem, σὺν ἀρχαῖς τοῦ μετακινήσαντος. Nam ἀραι nunquam concipiebantur absque alicujus ex Diis inferis compellatione, atque adtestatione, ut in hac inscriptione:

Μῆτω νήποιον βῶλον μίαν ἢ ἓνα λαῶαν

Οχλίσσαι, ἐπεὶ οὐ μοίρεων ἀτρεῖες ἀνάσκει.

appellat paullo post testem & vindicem Diem sive Plutonem:

——— ἐπεὶ τιμάορος ἴσωρ.

Καὶ γὰρ Αθηναίη περὶ οἱ χθόνιον βασιλῆα

Νηῶ ἐγκατέθηκε. ———

Et in illa Farnesiana: οὐδενὶ θεμίτον μετὰ κινήσασθαι ἐκ τοῦ τελοπίου. Omnes igitur hujuscemodi consecrationes ξὺν ἀρχαῖς sunt conceptæ, & majorem religionem continent quàm quæ sine imprecationibus fiunt. Hoc est, quod dixit Philostratus, οὐκ ἀφανῶς, ἀλλὰ ξὺν ἀρχαῖς τοῦ κινήσαντος. Non enim latere aut dissimulari poterant consecrationes & dedicationes ξὺν ἀραις factæ. Periculum quippe magnum si-

B

gnifi-

gnificabant, & denuntiabant iis, qvi adversus consecrationis legem fecissent. Nec poterat aliquis ignorantia excusatione defungi. Tenebantur enim omnes inquirere & sciscitari, qvænam esset loci religio. Alias contemptui religionis hæc voluntaria ignorantia adscribebatur. qvòd clarè demonstratur in fine hujus inscriptionis, his verbis:

Εἰ δὲ τῷ ἀκλυτῷ ταῦτά, καὶ οὐκ ἐπιπεύσειαι
αὐτῶν,

Ἀπ' ἀπολήμῃς, μὴ οἱ νήτις γένηται. id est,
Si cui hæc inaudita fuerint, nequè sciscita-
tus fuerit,

Sed insuper habuerit, non impune ferat.

Dedicationes aliter conceptæ ἀφάνεις erant, ut parvæ auctoritatis & nullius penè religionis. vim enim religionis intendunt imprecationes adjunctæ. Nulla autem consecratio paullo majoris momenti fiebat, absqve ἀρῶν adjunctione. De qua nos alibi pluribus in nostris ' ad Historiam Augustam animadvertionibus. Hinc in ista inscriptione, μοῖραι, πλούτων, νέμεσις, αἰάσως, εἰρηνύς. Et in Farnesiâ: δαίμων ἐνοδία, κόρη, χθόνιοι θεοί. Hi enim omnes χθόνιοι θεοί sunt, & horum appellatione diræ & imprecationes in consecrationibus concipiebantur. Sed hæc hæctenus. Qvæstionis autem posset esse, unde Atheniensis ille Rhetor vel Sophista, locò tam propinqvò urbis

bis Romæ ædificare, & dedicare *Τερόνιον* instituerit, & an fundum eo loci ita appellatum habuerit? Sed quare dubitemus, eum hæc inscriptio dubitationem omnem tollat? Herodes nomen Romanum non est. Græculum igitur oportet esse, cuius hoc *Τερόνιον* fuit, tribus miliaribus ab urbe distans. Quæcumque igitur dubitandi causa in huius Herodis Attici persona potest intervenire, & in alium quemvis Herodem cadet. De hoc autem Herode Atheniensi propterea minus dubitamus, quod sciam eum multa opera & ædificia publica, multis locis in Italia & Græcia & instaurasse, & de novo fecisse, statuas, templâ, balnea, aquarum ductus. simulacrâ multa posuisse: ditissimus enim fuit, & magnificentissimus: de quibus vide Philostratum in ejus vita. Is refert Celsus eum in Italia micenibus instaurasse, & aquam in oppidum induxisse, cuius maxime indigebat. *ἔκτι*

1. Quasi primo non posset esse Romanum, aut si non, idcirco foret Græculum. In Palæstina sane plurimi Herodes fuerunt, ut constat omnibus à Flavii scriptis, Eusebio ac aliis. In Italia, fuit aliquis Herodes Consul cum Torquato II. sub Antonino Pio, A. C. CXLIII. auctore Aurel. Cassiodoro in Chronico. Nomen ejus integrum fuit *Tiberius Claudius Atticus Herodes*, uti è veter. Inscript. Athenis hodieque superstitè, in qua *Pontifex Imperatorum* inter alia vocatur, docet Jac. Sponius, part. II. Itinerar. p. 213.

σε δὲ, inquit, καὶ τὸ ἐν Ἰταλίᾳ Κανύσιον ἡμερώσας
 ὕδατι μάλα τούτου δρόμενον. Quominus mirum
 sit Τελόπιον fundum sic appellatum, in via
 Appia dedicasse. Nam & Consul fuit hic He-
 rodes & Marci præceptor, & uxorem Regil-
 lam duxerat, sororem Braduæ nobilissimi vi-
 ri & consularis, cujus nomen corruptum est
 apud Philostratum: ἐπὶ τούτοις ὡς ἀληθὲς γε-
 φέει αὐτὸν Φόνον Βραδείας ὁ τῆς Ρηγίλης ἀδελ-
 φὸς εὐδοκιμώτατος ὢν ἐν ὑπάτοις. Scribendum,
 Βραδούας ὁ τῆς Ρηγίλης ἀδελφός. Duos Braduas
 consules in Fastis reperio, unum M. Atilium
 Braduam, qvi consul fuit cum Annio Tre-
 bonio Gallo sub Trajano: alterum Appium
 Annium Braduam, qvi cum T. Vibio Varo
 consulatum gessit sub Antonino Pio impera-
 tore. utrius horum soror fuerit Regilla, uxor
 Herodis, alio locō disqviram. Mihi tamen
 propemodū constat M. Atilii Braduæ soro-
 rem fuisse. rationes alibi reddam. Hæc de
 auctore hujus monumenti dixisse sufficiat.
 Sit sanè qvilibet, dum ne sit Judæus ille. De
 Attico valde mihi placeret, qvōd dubitanter
 a me dictum velim. qvis etiam affirmare au-
 sit? dicam tamen, non alium mihi notum
 Herodem, cui magis adscribi conveniat hanc
 veterem ἐπιγραφὴν.

ΠΟΤΝΙΑΘΗΝΑΩΝ] Minervam & Nemefim
 συνῆχόβλους in eodem loco colendas instituisse
 He-

Herodem ad hunc locum scripsit vir¹ eruditissimus. συγχόρους Θεοὺς adhuc non legi. Σύνναοι sanè & σύμβωμοι dicebantur qvi in eodem templo eadēmqve ara positi simul colebantur. Hos συγχόρους qvi vocet, poetam aut oratorem aliquem nondum vidi. Omnes Dii σύνναοι, non erant utiqve & σύμβωμοι. at qvi σύμβωμοι, eisdem omnino & σύννάους fuisse necesse est, ut hōc locō Minerva & Nemesis sunt σύμβωμοι. Pluton autem σύνναος tantum, non etiam σύμβωμος. ex hoc versu apparet:

Καὶ γὰρ Αθηναίη περὶ οἱ χθόνιον βασιλῆα

Νηῶ ἐγκατέθηκε σύνεσιον ἔμμεναι ἱερῶν.

Pluton igitur σύνναος, non etiam σύμβωμος Adrasteæ & Minervæ. ipsæ verò σύμβωμοι quas & simul nominat Catullus de Nuptiis Pelei & Thetidis, n. LXV. v. 325.

*Aut rapidi Tritonis hera, aut Rhamnysa virgo
Præsens victrices saepe est hortata catervas.*

DI SYNNAVI vocantur in veteri quadam inscriptione. In epigrammate Leonidæ Mercurius & Hercules σύμβωμοι ponuntur; in alio item epigrammate Bacchus & Minerva. Minus mirum in hac inscriptione Minervam & Adrasteam συμβώμους collocari: at in epigrammate queritur Minerva, ut virgo & sobria, ebrioso deo Bromio σύμβωμον se datam. Bacchus etiam in alio palam profitetur sibi non bene convenire cum Hercule ἀδελφάγων

quæ *ἀμφαμον* habebat, cū ille quod utri-
que in commune esset appositum, solus com-
pderet. & leoninā societate secum ageret.
Epigramma longè venustum & elegans, quod
adscribere non pigebit, ut aliquot mendis e-
luam quibus laborat, imperfectum vulgò su-
spicati sunt doctissimi viri, & ad sententiam
aliquid desiderari: itaque duobus versibus
auxerunt; sed non erat necesse. Doricè au-
tem scriptum est, & sic è vetustissimo Co-
dice Palatino restituendum:

Ω τὰνδε σάχοντες ἀταρπλὸν, αἶτε παῖ ἀρχοὺς
Δαμόθεν, αἶτ' ἀπ' ἀρχῶν γείσθε παῖ ἀκρόπολιν.

Ἀμμες ὄραν φύλακας δι(σσι) θεοί, ἄν ὁ μὲν Εὐρῆας

Θῖον ὄρεῖς μ', οὗτος δὲ ἄπειρος Ἡρακλῆας.

Ἀμφα μὲν θνατοῖς εὐαίχοι, ἀλλὰ παθ' αὐτοὺς

Αἶτ' ὁμᾶς παρὰ θῆς ἀχρεάδας, ἐγκέκασθιν.

Ναὶ μὲν ἰσχυρῶς τὼς βέτηνας, αἶτε πέλοισι

Θεμαί, αἶτε χύδαν ὁμφακες, εὐτρέπικεν.

Μισέω τὰν μέλοχαι, οὐδ' ἤδομαι· ἀλλ' ὁ φέρων τῇ

Ἀμφει, μὴ κοιγᾷ τοῖς δυσὶ παρὲν θῆτι.

Καὶ λεγέτω, τῇ τοῦθ' Ἡρακλῆας· ἀπὸ τε τοῦτο

Εὐρῆα· καὶ λύει τὰν ἔειν ἀμφοτέρων.

in vulgatis Anthologix codicibus legitur:

——— ἀλλὰ παθ' αὐτοὺς

Αὐτῇ μοι παρὰ θῆς ἀχρεάδας ἐγκέκασθιν.

quæ corruptissima sunt, & nullum sensum ef-
ficiunt. In optimo libro Palatinæ Bibliothecæ
scriptum erat, αἶτ' ὁμᾶι, ex quo nos feci-
mus,

mus, αἰτ' ὠμαῖς παρεθῆς. sive, inquit, crudas
 piros apponas, sive maturas, tantumdem est,
 omnia vorat: sic & de uvis, & coctas & acer-
 bas appositas solet devorare. Nihil igitur
 deest, ut suspicabatur vir eruditissimus, quem
 fefellit hæc locutio, ποθ' αὐτοὺς. Græci enim
 εἰαυλὸν pro ἐμαυλὸν, & εἰαυλοὺς pro ἡμαῖς ponunt;
 nec poëtæ tantum, sed etiam oratores: quod
 passim obvium est illorum scripta pervolu-
 tantibus, idque etiam in recentiorum scri-
 ptis occurrit. Palladius in Lausaico de Phi-
 lorumo: ἰδίῳις ἀπελθὼν ποσὶν καὶ ἀναλώμασιν
 εἰαυλὸν ἐπαρέκεας. pro ἐμαυλὸν. & perperam
 corrigunt. Idem alibi: εἰὰν γὰρ τοῦτο μὴ γέ-
 νηται, ἢ φύγχονη ἔχω χεῖρασθαι, ἢ εἰαυλὴν δισκεῦ-
 ζαι. εἰαυλὴν pro ἐμαυλὴν. nihil enim mutandum
 est. Συνέγκιοι etiam dicebantur qui in eodem
 templo colebantur Dii. Hercius Juppiter no-
 tus, & Hercii lares. Hinc συνέγκιοι, qui sub
 eodem tecto culti. Tertullianus adversus Va-
 lentinianos: *Interim in tricenario fecunditas*
ipsa deficit. castrata est vis, & potestas, ac li-
bido genitalis æonum, quasi non & numero-
rum tanta adhuc coagula superessent & nulla
alia de pedagogio nomina. quare enim non &
synerceie & syntrophe nominantur? hoc est
 συνέγκιοι καὶ σύντροφοι. Hodie legitur apud
 Tertullianum *sterceie*, corruptissimè. συνέ-
 γκιοι vel συνέγκιοι sunt quos dixi. Sophocles.

— ἐπίου σένης. At vir doctissimus nescio
 quas ibi *stercias* somniat, quas ὀρμαθούς inter-
 pretatur, inductus vitiosâ scripturâ, quæ in
 glossis habetur: *Steria*, ὀρμαθός quod cum
 reperisset, *stercia* statim legendum pronun-
 ciavit: & bene sic sibi processisse τὸ εὐρημα
 putavit: quò quid ineptius fingi potest? ne-
 mo non videt in illo glossarii loco scriben-
 dum: *Seria*, ὀρμαθός. *seria* pro *series*, ut *pla-*
nitia pro *planities*, & similia sexcenta. in iis-
 dem glossis, *Series* ὀρμαθός exponitur. Colli-
 gunt autem docti viri alios etiam Deos præ-
 ter *Adrasteam* & *Minervam* in eo templo
 fuisse dedicatos: Nam in *Farnesiana* columna
 mentio fit *Cereris*, *Proserpinæ* & *Hecates*.
 Sed sciendum est diversam esse Deorum illo-
 rum causam: citantur enim ibi, & adducun-
 tur tanquàm testes & vindices in eos futuri
 qui contra legem consecrationis fecerint.
 Τελόπιον, ut dixi, & totum illud territorium
Nemesei & *Minervæ* dedicatur. Dii autem in-
 feri, ut *Pluto*, *Ceres*, *Proserpina*, *Hecate*, ad-
 versus violatores invocantur: nunquàm enim
 αἶραι concipiebantur absque invocatione infe-
 rorum deorum: in hac igitur inscriptione
Dis pater testis invocetur; in illa verò *Far-*
nesiana, *Ceres*, *Proserpina*, & *Hecate*. Et
 hæ divæ inter ἑθελίους, & inferos deos. μάρ-
 τυς δαίμων ἡ ἐνοδία. καὶ οἱ κίονες Δήμητρος καὶ κό-
 ρης

ρης ἀνάθημα καὶ χθονίων θεῶν. Δημήτηρ & κόρη
inter χθονίους. Artemidorus; χθόνιοι δὲ Πλού-
των καὶ Περσεφόνη, καὶ Δημήτηρ, καὶ Κόρη, καὶ
λαγχος καὶ Σάραπις καὶ Ἰσις καὶ Ἀνουβις, καὶ Ἀρ-
ποκράτης καὶ Ἐκάτη χθονία καὶ Ἐρινύες. Hæc
omnia secus accipiebant viri docti.

ΕΠΙΕΙΡΑΝΕ] pro ἐπιήρανε. εἰ pro η. sic in
veteribus inscriptionibus: Ασκληπιάδης, &
σώτερ. Nam in Farnesiana columna, ΤΕΙ
ΛΠΠΙΑΙ, aliud est. ΤΕΙ ibi scriptum est pro
ΤΗΙ. E nemp̄e pro Η, ut in eadem ΜΕΤΑ-
ΚΙΝΕΣΑΙ pro ΜΕΤΑΚΙΝΗΣΑΙ & ΔΕΜΕ-
ΤΡΟΣ pro Δήμητρος. ΚΙΝΕΣΑΝΤΙ pro
Κινήσαντι. At heic εἰ pro η positum est. Sic
in alia veteri inscriptione, ΔΕΙΝΑΡΙΑ pro ΔΗ-
ΝΑΡΙΑ scriptum legi. qvæ scribendi consue-
tudo satis fidem facit veteres η & ε diphthon-
gum, ut ἰῶτα pronuntiāsse, contra ac opinan-
tur hodie quidam semidocti. Sic εἰ pro υ in
multis vocibus iidem veteres scribebant: μεί-
ουρον pro μύουρον, dicentes, & μείωπα pro μύ-
ωπα. & χείμειαν pro χύμειαν, & alia ejusmo-
di infinita, de quibus nos alibi.

ΗΤΕΠΙΕΡΓΑ ΒΡΟΤΩΝ :: ΛΑΙΣ] legebat vir
doctissimus Casaubonus: ὁρᾷεις ἐπὶ ἔργα βρο-
τῶν ὁρᾷεις. qvod & ipsum mihi placeret, nam
id sequuti sumus in versione, nisi longius
paullo discedere videretur à veteris scripturæ
vestigiiis, qvæ præfert λάις cum unius litte-

re defectu. Fuit, cū putarem litteram non deesse & esse integrum, λάεις, quæ vox idem significat, quod ὀρέεις. hinc Grammatici λέοντα dictum putant ἀπὸ τοῦ λάειν, quod animal sit ὄξυδερκέσσιον. Hesychius: λάετε, βλέπετε, σκοπεῖτε. legitur hodie apud Hesychium, Λάτελαι. sed contumax syllaba repugnat: correpta enim prima est in λάειν, quæ sic esset producenda. Homerus: Ασπαίροντα λάων. cū igitur una littera videatur in saxo deversa esse, suspicor legendum: Ἡ δ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ἐλάεις. quæ opera hominum exagitas, & insequeris: mala scilicet & improba facinora. Pharnuthus de Nemesi: ἀπὸ τοῦ λανθάνειν ὀπισθεν, καὶ παραίηρεῖν τὰ περὶ τὸ μέγα ὑφ' ἡμῶν, καὶ κολάζειν τὰ κολάζεως ἄξια. Id autem ἐπελαύνειν significat. Non potui propius effingere veterem scripturam. posset & videri Æolicè scriptum ἐλάις, ut βοάις: quod Æolum proprium est. Incerta porro hujus loci scriptura fecit ut hunc versum ita redderem:

*Cuique hominum cura res sunt Rhamnusias
Upi.*

cū respicerem scilicet ad verbum ὀπίζειν, a quo dictam volunt τὴν Οπιν. si ὀρέεις cum Casaubono placuisset, tum sic vertissem,

*Quæque hominum facta inspectas Rhamn-
sias Upi.*

Legenti verò ex nostra conjectura ἐλάεις,
ver-

vertendum ita fuerit,

Quæque hominum male facta agitas Rhe-
mnusias Upi.

ἔργα βροτῶν heic dixit auctor ut Catullus *facta virum* de malefactis, in carmine de Nuptiis Pelei & Thetidis, n. LXV. v. 192.

Quare facta virum mulcantes vindice pœnâ,
Ermenides.

Vera igitur lectio, ἐλαίς, & ἐλαίς scriptum pro ἐλάεϊς, ut infra ῥήξει, pro ῥήξειε, & σίσα-
σα pro σείσασα.

ΠΑΜΝΟΥΣΙΑΣ ΟΥΠΙ] Οὔπις vel Ωπις Diana est à cuiusdam Nymphæ nomine, Dianæ sodalium una: vel potius Nymphæ illius nomen Dianæ sociæ finxit summus poëta de Dianæ ipsius nomine, quæ Οὔπις vel Ωπις dicebatur à quadam puella quæ ex Hyperboreis usque, sacra mergitur in fascibus occultata in insulam Delum detulerat, ut notavit Servius. Vetus Callimachi scholiastes ad illud, Hymn. in Dian. v. 204. Οὔπι ἀνα(σ' εὐῶπι· οὔπις ἐπίθελον Ἀρτέμιδος, ἢ παρὰ τὸ ὀπίζεσθαι τὰς τιλούσας, ἢ παρὰ τὴν θρέψασαν αὐτὴν Οὔπιν· ἢ διὰ τὰς ὑπερβορέους κόρας, Οὔπιν, Ἐκάεργον, Λοξῶ, ἃς ἐτίμησεν Ἀπόλλων καὶ Ἀρτεμις· καὶ ἀπὸ μιᾶς μὲν Οὔπις ἢ Ἀρτεμις· Λοξίᾳ δὲ καὶ Ἐκάεργος ἐκ τῶν λοιπῶν ὁ Ἀπόλλων. Paria refert Servius in xi. Æn. v. 532. Sed ejus verba corruptissima vulgò circumferuntur. Sic
igi-

igitur doctissimi Grammatici locum legimus. *Quidam dicunt Opim, & Hecaergon primos ex Hyperboreis sacra in insulam Delon occultata in fascibus mergitum pertulisse. Alii putant Opim & Hecaergon nutritores Apollinis & Dianæ fuisse. Hinc itaque Opim Dianam ipsam cognominatam, Apollinem verò Hecaergon. sequitur apud eundem vitiosissimè: vel quod proxima luna quæ Diana terris facile conspiciat * quoniam nita i vocali eca ergas ola το του κρενιεκλημεκρομεν quæ sunt inquinatissima. Sensus Servii hic est, Opim Dianam dictam quòd luna, quæ & Diana, proxima sit terris, & de proximo omnia conspiciat, ἀπὸ τοῦ ὠπήςασθαι. Hecaergos autem Sol qui & Apollo, ἀπὸ τοῦ ἐκὰς ἐνεργεῖν, hoc est de longinquo. Atque hinc restituenda verba Grammatici. Notandum in illis Servii *Opim & Hecaergon* Hyperboreos sacra in Delum insulam pertulisse occultata fascibus mergitum: nam & hoc ipsum tradit Callimachus, Hymnò in Delum his verbis v. 281.*

καὶ οἱ καθύπερθε βορείης
 οἰκία θινὸς ἔχουσι, πολυχρονιώτατον αἶμα.
 οἱ μὲν τοι καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτοι
 ἀσυχύων φορέουσιν

paullò post v. 291. eos nominat qui sacra illa primi detulerunt, vel primitias:

πρῶταί τοι τά δ' ἐνεκὼν ἀπὸ ξανθῶν λευκα-
 σπῶν

οὔ-

Οὐπὶς τε Λοξὴ τε καὶ εὐαίων Ἐκαίεργη.

Atque inde οὐλοφόροι dicti. Insignis ejusdem Servii locus, sed insigniter depravatus in XI. Æneid. ad illum versum 858.

*Dixit, & aurata volucrem Threïssa sagittam
Deprompsit pharetra.* ubi Threïssam Opim
appellat poeta: cujus rei rationem sic reddit
Servius: propter Amazonas: & hanc Virgi-
lius non ita finxit, ut Tarpeiam & ceteras, sed
proprio nomine videtur induxisse. Græci enim
tradunt ουλοφόρους ex Hyperboreu, qui & ipsi
sunt Treci, in insulam Delon venisse, hanc &
Hecaërgon, Apollinem & Dianam educasse, ut
etiam ex cognominibus Deorum, cum illa Opis,
& hic Hecaërgos appellatur, agnoscitur. Quod
supra plenius dictum est. Confer Servii verba,
ut edita sunt, cum his quæ heic adduximus,
& quid præstiterint, cognosces: οὐλοφόρους
vocat qui sacra illa in mergitum fascibus pri-
mi detulerunt. Hesychius, οὔλοι, δράγματα.
Advertendum etiam quæ Callimachus ἱεργὰ
δράγματα vocavit, Servium appellare sacra in
fascibus mergitum occulata. immò sacros mer-
gites videtur potius vertere debuisse. Opis
igitur vulgò Diana. Nam Οπὶς, Οὐπὶς & Ω-
πὶς idem. Οπὶς commune est, Οὐπὶς Ionicum,
ex quo Doricum factum est Ωπὶς. ut κόρη,
κούρη & κῆρα idem. Alexander Ætolus:

Ἑμνήσαι ταχέων Ωπιν βλήτειραν ὀϊσῶν.

Cal-

Callimachus, Hymn. in Dian. v. 204. Οὐπι
 ἀνα(σ' εὐώπι. illo tamen locō apud Callima-
 chum Hesychius legisse videtur: Ωπι ἀνα(σ' εὐ-
 ώπι. Sed idem alibi ibid. v. 240. Οὐπιν appellat:

Αὐταὶ δὲ Οὐπι ἀνασ(α πρε) πρύλιν ιερχήσαντο.
 Non possum satis mirari virum doctissimum
 notationibus suis in Festum, Servio objicien-
 tem memoriæ peccatum, quasi dicat hic Gram-
 maticus ex Alexandro Ætolo Camillam Dianæ
 nomen fuisse. Apertè enim Servius in xi. Ætoli-
 v. 532. Opim ibi Dianam vocatam scribit ab
 Alexandro, non Camillam: *Opim quāvis divi-
 nus, Nymphas significamus: si autem divinus
 opem, auxilium intelligimus: Opes vero nume-
 rō plurali census accipimus: nam Ops terræ est,
 mater Saturni, quam Græci Rheam vocant. Sa-
 ne hoc nomen ipsius Diana fuisse ab Ephesiis de-
 dicatō templo ei impositum Alexander Ætoli-
 poeta in libro, qui inscribitur Μῦθε, referi. Sa-
 tisne clarè Dianam Opim dictam Alexandro
 adnotavit? non potuit clariùs. Hec verò
 Οὐπις vel Οπις est Nemesis, sic appellata ἀπὸ
 τῆς ὀπιός· ut enim Νέμεσις ἀπὸ τῆς νεμέσις vel
 νεμεσίσις; sic Οπις ἀπὸ τῆς ὀπιός· quod eti-
 ram scilicet; hoc est ὀπιν agat rerum huma-
 natum. παρὰ τὸ ὀπιζέσθαι τὰ πράττομενα ὡς
 εὐθρόων· quemadmodum Οὐπιν Lucinam
 dictam volunt Grammatici, ἀπὸ τοῦ ὀπιζέσθαι
 τὰς τιχούσας. ὀπιζέσθαι enim est ἐπισφύην ε-
 χεῖν,*

χειν, & curam agere : unde apud Poëtas :
 — Θεῶν ὅπιν οὐκ ἀλέγειν. Hesychius : ὅπιν, ἐπι-
 τροφή, perperam legitur, περιτροφή. At Phar-
 nuthus malit Opim dictam, ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν
 ὅπινθεν καὶ παρὰ ληρῆν τὰ ἀνθρώπεια. Hinc Poë-
 tis ὀπιοθόπους Νέμεσις appellatur. Seneca, Herc.
 v. 385. *Ultor nocentes sequitur à tergo Deus.*
 Tibullus, lib. i. El. viii. v. 72.

Nescius ultorem post caput esse Deum.

Sed nostra originatione verior : cum enim idem
 scripserit, Νέμεσιν ἀπὸ τῆς νεμέσεως nuncupa-
 tam, cur non & ὅπιν ἀπὸ τῆς ὀπιοσ; Οπιν igitur
 & Οὔπιν est Nemesis, ut νάρος, νοῦσος· κό-
 ρη, κούρη, & similia. Non mirum autem Ne-
 mesin Οὔπιν dictam, cum sic Diana diceretur.
 Nam Dianam & Nemésin eandem esse vete-
 res adnotârunt. vide Harpocratonem.

ΡΩΜΗΣ ΕΚΑΤΟΝΤΟΠΥΛΟΙΟ] Assentior
 Casaubono scribenti : ἐκατόν τε πύλοιο· ἐκατόμ-
 φυλον enim, & ἐκατόν τε φυλὸν dicebant : ἐκα-
 τόμπεδον & ἐκατόν τε πεδον· ἐκατομκάρονον, &
 ἐκατόν τε κάρωνον apud Poëtas. Sic ἐξπουν, & ἐξά-
 πουν· ἐξκλινόν & ἐξάκλινον· ἐξπηχυ & ἐξάπηχυ.
 Sed & in aliis numeris hoc observabant : οκτά-
 πουν enim libentius dicebant, quàm οκτώπουν,
 & οκτάκνημον, οκτάραβδον, & similia, ut πεντά-
 κνημον, πεντάκλινον, & alia infinita.

ΠΕΙΟΝΑ ΔΗ] ΠΕΙΟΝΑ pro πείονα. sic τει-
 μήσαι in eodem versu pro τιμήσαι· sic εἰχώρ
 in

in veteribus glossis pro ἰχώρ· εἰθύνω pro ἰθύνω· εἰλὺς pro ἰλὺς· εἴλη pro ἴλη· εἰμᾶς pro ἰμᾶς de loro. εἰμείρομαι pro ἰμείρομαι· & apud Hesychium: εἰμείρεται, ἐπιθυμεῖ. Εἶεας pro ἴεας· sic εἶπος pro ἴπος, & εἰπωλήιον pro ἰπωλήιον. Glossæ: *pralum*, εἰπωλήιον ληνοῦ. vulgo habetur in veteri Glossario: *pranum*, εἰπωλήιον λινοῦ. εἰπωλήιον dixit pro ἰπωλήιον, *pressorium*, scilicet. nam ἰποῦν est *premere*.

— ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς, Aristophani & Æschylo. At vir doctus in illo Glossarum loco *pranum*, pro instrumento nescio quò acceperit dentibus aculeato, quò linum pectitur. Et sic apud Tertullianum quoque legendum esse docuit: *tentaverat & Domitianus pranum Neronis de crudelitate*. cùm optimi libri ibi habeant: *Domitianus pronomine Neronis de crudelitate*. quæ lectio vera est. Juvenalis, Sat. iv. v. 38.

— & calvo serviret Roma Neroni.

Idem Tertullianus in libro de Pallio subnecronem eum eleganter appellat, ut ibi pluribus diximus. εἰπωλήιον igitur est *pralum* vel *pressorium*. Hinc εἶπος pro ἴπος est *mustricula* in illo versu Callimachi apud Pollucem, lib. x. c. xxxiv.

Εἶπον τ' ἀνδρίκην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν αἰεσθαι.
εἶπος enim & ἀνδρίκης genera *muscipularum*. corruptissimè vulgo versus ille legitur in editionibus

tionibus Pollucis. Hesychius : ἔπος, παγὴ καὶ πᾶν βίος. Glossæ veteres, ἔπωσης ἢ σφίγγις, *pressura*, pro ἰπώσις.

ΔΗΜΟΝ ΔΗΩΙΟ Φ. ΤΡΙΟΠΙΟ] *Demos*, inquit Festus, *apud Atticos sunt, ut apud nos pagi*. Totum illud territorium, sive fundum, & quicquid muro incluserat, & Diis consecraverat Herodes, Triopium vocabatur, ut certò scimus ex Farnesiana columna : οὐδὲν δέμιον μετὰ κινῆσαι ἐκ Τριοπίου, ὃ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ τέλους, ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίας ἐν τῷ Ἡρώδου ἀρχῇ. Non igitur totus ager ille Herodis, quem secundum viam Appiam possidebat, Triopium dicebatur : sed certa tantum ejus portio, quem muro sepserat, Adrastæ & Minervæ consecrârat, & monumentum sibi suisque ædificaverat. Hanc agri sui partem, in qua monumentum & τέμενος, quare Triopium indigetârit Herodes, ejus est tantum, qui divinandi facultate pollet, dicere. A Triopa quidem Triopium denominatum ostendit : an quia Triopæ ibi ædes dicata fuerit, ut velle videtur doctissimus Casaubonus? Nugæ. non enim hoc dicit auctor : immò planè contrarium licet colligere ex hac inscriptione, in qua mentionem facit Τριοπίου ἐλευνύος, & Triopam numen Cereris læsisse tradit, & ejus novalem excidisse & devastâsse. Præterea Triopam Heroem cultum fuisse

1. fortè *quam*.

C

se

se Græcis, nec ex poëtis nec ex historicis compertum habemus, præsertim cùm de quo Triopa heic intelligendum sit, nobis probè constet. Is enim Triopas accipi debet, qui pater Erisichthonis fuit, ut inferiùs ostendemus. Unde verò cultus Triopæ in Italia? Nam ibi ferè tantùm colebantur Heroës ubi erant eorum sepulcra & ἡρώα. Fallitur etiam vir eruditus, qui totum illud territorium, secundum viam Appiam, in quo situs erat Herodis fundus, Τερίπιον dictum esse vult. Longè aliud svadet inscriptio Farnesiana, ex qua planè colligas, Τερίπιον in Herodis agro fuisse tantùm appellatum illud τέμενος & ἀπόμνημα fundi, in quo sibi monumentum & suis heredibus struxerat Herodes. Cùm enim sic habeat inscriptio: οὐδενὶ θεμῖδον μετέχειν ἐκ Τερίπιον· inde sequeretur necessariò, totum illum tractum Diis fuisse sacrum, ex quo nihil tangi moverique fas esset. Atqui nec totum agrum suum ab Herode dedicatum eadem inscriptio satis evidenter demonstrat, dum illud Τερίπιον in agro Herodis esse positum declarat. ὃ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ τέλους, ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ, ἐν τῷ Ἡρώδου ἀγρῷ. Solum igitur Τερίπιον erat diis sacratum, reliquus autem Herodis ager minimè sacer. Ab illo Triopio, totum pagum δῆμον Τερίπιας heic vocat. Sed quare a Triopa, aut cur Triopium hoc

hoc Herodis monumentum? an quòd a Triopa ultimam generis originem repeteret? De nobilitate Herodis hæc Philostratus: ὁ σοφιστὴς Ἡρώδης ἐτέλει μὲν ἐκ πατέρων εἰς τοὺς δισυπάτους. ἀνέφερε δὲ εἰς τὰ τῶν Λιακιδῶν, οὗς ἔθυμάρχους ποτὲ ἡ Ἑλλάς ἐπὶ τὸν Πέρσιν ἐποιεῖτο· ἀπὸ τοῦ δὲ οὐδὲ τὸν Μιλησίαν, οὐδὲ τὸν Κίμωνα, ὡς ἀνδρὲς ἀρίστου καὶ πολλοῦ ἀξίῳ Ἀθηναίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήσι περὶ τὰ Μηδικά. Sed hæc nihil ad Triopam vel Triopium: cujus denominationis rationem nescire me ingenuè fateor, nec omnia fas est scire. pluribus tamen infra de hujus Triopii appellatione differemus, & dictum ἀπὸ τῶν τριῶν ὁπῶν asseremus; hoc est, a tribus ingressibus, vel quòd tres fines spectaret, & in trifinio positum esset. quæ vera ut non sint, saltem verisimilia possunt. Triopium locus Cnidi ab hoc Triopa cognominatum. Hic enim Triopas Canaces & Neptuni filius fuit, atque inde Æolides dictus πατρωνυμῶς. Nam Canace Æoli filia, ut postea dicetur.

ΔΗΩΙΟ] *Cereris filium Triopam* vertit heic Casaubonus: quasi Δηῶς hōc locō πατρωνυμικὸν esset: in quo falsus est. Δηῶς enim heic ἐπιθετικῶς, non πατρωνυμικῶς dictum est, nec habet formam Patronymicorum. Δηωίδης quippe diceretur. Sic *Deoida* divam Proserpinam Cereris filiam vocavit Ovidius:

— *raptam Deida divam.*

Præterea quis Triopam Cereris filium dixit? is enim de quo heic intelligitur, Canaces filius fuit, ut infra dicemus. Alius Triopas inter reges Argivorum septimò locò ponitur a veteribus, Phorbantis filius. sed nec hic Cereris filius fuisse memoratur. Alius item Triopas Abantis filius veteri Theocriti Scholiastæ ex Iasone rerum Cnidiarum scriptore celebratur. Meminit & Eustathius cujusdam Triopæ Perrhæborum regis, quem filius Carnabas violenter in imperio se gerentem occidit, & præmia tyrannidis proposita meruit. Triopas verò de quo heic sermo est, & quem *Deonem* vocat Herodes, is est quem Iphimediæ patrem nominat Apollodorus in primo Bibliothecæ. Sed quare Δηῶς ille nuncupatur? An quia Cereris cultui in primis deditus fuit? Triopium enim ab illo nomen accepit in insula Cnido, in quo Ceres eximiè colebatur. Callimachus, Hymnò in Cererem, v. 30.

— — — Σεὰ δ' ἐπεμαίνειο χῶρον,

ὄσον Ελευσίνη, Τελόπῳ δ' ὅσον, ὅκκορον Ἐννα.

Sed & Dotiò urbe Thessaliâ, in qua regnabat Triopas, & lucum & templum Ceres habebat, & præcipuò cultu ibi venerabatur. Atque hinc fortasse an Δηῶν Τελόπαν vocarit auctor hujus carminis. Sed quia in hoc eodem carmine dicitur Triopas Cereris numen

la-

læfisse, & ejus lucum excidisse, atqve inde
 Τερόπειος Ερηννός in fine carminis appellatur,
 propterea Δηῶν Τερόπαν appellavit, quasi cer-
 ritum καὶ θεοχόλον. Nam fame ab Cerere
 immiffâ ita vehementer laboravit, ut nullâ
 re posset satiari. Sic Δημητρεακούς Græci vo-
 cant, quos ira Cereris in furorem, ut aliud
 πάθος θελάλον dedit. De filio tamen Triopæ
 Eryfichthone, non de Triopa ipso hoc nar-
 ratur à veteribus. Fuerit igitur μνημονικὸν ἀ-
 μαρτήμα auctoris, vel Τερόπαν ἀντὶ τοῦ Τεροπί-
 δαν ufurpârit more poëtis ufitatô, qui Οἰδι-
 πόδας vocare confvêrunt Oedipodis filios Po-
 lyncem & Eteoclem. Sed multô probabi-
 lius est memoriæ vitîô lapsum esse hujus in-
 scriptionis auctorem dum ea scribit de Triop-
 a, quæ alii omnes de Eryfichthone Triopæ
 filio tradiderunt. Sic igitur nobis placet Δηῶ-
 ν hoc locô accipi. Nam Cereris filium in-
 terpretari nullô modô possumus.

ΦΙΛΟΞΕΙΝΟΝ ΤΡΙΟΠΑΟ] De Triopio ac
 Triopa multa jam diximus: restant tamen
 adhuc non pauca, nec protrita dicenda. Ste-
 phano ἰθύνικοι γράφω, Τερόπιαν πόλις Κασίας ἀπὸ
 Τερόπου τοῦ πατρὸς Ερυσίχθονος· λέγεται καὶ Τερο-
 πία. Εὐαίνικος καὶ Τερόπα φησὶν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ
 Τερόψ. τὸ ἰθύνικόν Τερόπιος καὶ Τεροπίτης· καὶ
 Τεροπίτης τὸ θηλυκόν· καὶ Τεροπιῆς ὡς ἀπὸ τοῦ
 Τεροπεύς· καὶ τὸ κληρικόν Τεροπικὸς· Τεροπικὸν
 C 3 ιερόν,

ἱερὸν, Ἡρόδοτος πρώτη. Ita enim apud Stephanum legendum est, ut posuimus : ex quibus discas Triopam patrem Erychthonis, à quo Triopium urbs Cariz, Triopem etiam fuisse appellatum ab Hellanicis. & sanè Τριόπιον ἀπὸ τοῦ Τριόπος, non ἀπὸ τοῦ Τριόπα dictum, ut & reliqua ἔθνικα seu τοπικὰ, Τριόπιος, Τριοπίτης, &c. Τριόπειος autem a Triopa : ut heic Τριόπειαι θεαί, Τριόπειος ἔρινός. unde Ovidio Triopeus Erychthon dicitur : viii. Met. v. 751.

Nec tamen idcirco ferram Triopeus illa Abstinnit.

perperam hodie legitur Dryopeus. sic & Triopeida filiam Erychthonis, neptem Triopæ idem dixit, viii. Met. v. 872.

Sæpe pater dominis Triopeida tradit. —

Apollodorus autem primò Bibliothecz Τριόπα hunc nominat, sicut & Hellanicus, non Τριόπαν : Κανάκη δὲ ἐποίησεν ἐκ Ποσειδῶνος Ὀπλέα καὶ Νηρέα καὶ Επωπέα καὶ Αλωέα καὶ Τριόπα. Callimachus in Hymno Cereris semper Τριόπαν. v. 24.

Θήκατο βουπείνα Τριόπειω γόνον οἰκτρὸν ἰδέσθαι.
& v. 80.

Ἀμφοτέρων, Τριόπαν τε καὶ υἱέα —
paullò post v. 82.

Νῆται τοι Τριόπας. idem, v. 112.

Μεσφ' ὅτε τοι Τριόπαο δόμοις ἐνὶ χρέματι κῆτε.
Atque

Atque ita etiam auctor hujus inscriptionis. sed hæc levia fortasse & minuta, nimisque adeo grammaticalia. Τριόπιον igitur urbs Cariae a Triopa vel Triope Eryfichthonis patre: quæ urbe mirificè delectatam esse Cere- rem scribit Callimachus eodem Hymnô Ce- reris, v. 30.

— Θεὰ δὲ ἐπεμαίνετο χώραν

Οσζον Ελευσίνι, Τριόπω δ' ὅσον, ὄκκοζον Εννφ.
Τριόπιον, Cnidi promontorium ab hoc Trio-
pa. sed non astipulantur Theocriti veteres
glossæ Idyll. xvii.

Εν δὲ μιᾷ τιμῇ Τριόπος κατὰ θεῖο Κολώνην.
Τριόπον, inquit, ἀκρωλήριον τῆς Κνίδου ἀπὸ Τριό-
που τοῦ Αἰαντος, ὡς ἐν τοῖς Κνίδου Ιάσων Φησί.
Idem paullo suprâ: Τριόψ βασιλεὺς τῆς Κῆ
ἀφ' οὗ τὸ ἀκρωλήριον ὠνόμασαι τῆς Κνίδου. atque
is videtur esse Triops, quem Meropis patrem
facit Stephanus ἔθνικογράφος his verbis: Μέ-
ροψ Τριόπα παῖς ἀφ' οὗ Μέροπες οἱ Κῶοι καὶ νῆ-
πος Μεροπίς. alibi tamen eum Μέροπα γηγενῇ
fuisse vult. Jam hæc dividia est inter aucto-
res. Pausanias enim narrat Cnidon insulam
οἰκισθῆναι ὑπὸ τοῦ Τριόπα. Si Callimacho fides,
fuerit ille quem diximus Eryfichthonis pa-
ter, Canaces verò & Neptuni filius. Ejus
hæc sunt verba, v. 24.

Θήκατο βουπείνα Τριόπεω γάνον οἰκίρην ἰδέσθαι.
Οὐπω τὰν Κνιδίαν, ἔτι Δαίμον ἰρὸν ἔναλον.

τὴν δ' αὐτὰ καλὸν ἄλσος ἐποιήσαντο Πελασγοὶ
 Δένδρεον ἀμφιλαφές. —

Narrat ibi quomodo Eryfichthon Triopæ filius nemus Cereri sacratum vastârit, & quò genere pœnæ sit ab eadem dea affectus: idque accidisse refert priusquam Triopas in insulam Cnidon Pelasgos deduxisset. Hoc si verum est, nondum erat Triopium urbs Cariae vel Cnidi. idem tamen tribus infra versiculis meminit Triopii tanquam jam existentis, v. 30.

Ὅσον Ελευσῖνι, Τριόπῳ θ' ὅσον, ἔκκοσαν Ἐννα.
 Sed poëticus hic est προχρονισμός: nam ibidem apertè indieat, tunc cum Eryfichthon fame ab Cerere immissâ laboravit, nondum Thessalorum coloniam in Cariam fuisse deductam. Sed post illam βρύλιμον pati sui Triopam in Cariam commigrâsse, & Triopum urbem ibi condidisse, & de suo nomine appellâsse, a quo & promontorium ipsum τριόπιον, quod τριόπον Callimachus appellat, ut & Scholiastes Theocriti locò jam citatò. Sed quid scholiis illis faciemus quæ in Callimachum leguntur? sic enim auctor eorum scribit, τὰν Κνιδίαν εἶναι Θεσσαλίας χώραν. Idem planè videtur dicere Stephanus περὶ ἐθνικῶν, ne putemus illum Græculum id somniâsse. Δωλίον πόλιν Θεσσαλίας ὅπον μετέκνησαν οἱ Κνίδιοι ὧν ἡ χώρα Κνιδία, ἀπὸ Δωλίας τῆς Εὐλάτου

του

του κληθεῖσα, ἢ ἀπὸ Αὐτοῦ. Tantum enim ab-
est ut Cnidii in Thessaliam commigrârint, aut
ulla Thessaliæ regio Cnidia dicta sit, ut con-
tra constet Thessalos duce Triopâ, relictâ
Dotiô Thessaliæ urbe in insulam Cnidon
profectos esse, ubi Triopion condiderunt,
de regis sui nomine Triopæ appellatum.
Quid igitur sibi voluerunt illi Grammatici?
nimirum decepti sunt verbis Callimachi, quæ
tamen aliter capi non possunt, quàm quo-
modo diximus. τὰν Κνιδίαν autem idem poë-
ta dixit pro τὰν Κνίδον. sic Ptolemæus τὴν
Κώαν pro Co insula. Sic *Melia insula* Varro-
ni pro *Melos*. Sed hæc pluribus ad Stephe-
num ipsum. in illo autem Triopio conven-
tus Dorienſium populorum celebrabatur, &
certamina in honorem Neptuni & Nympha-
rum. Cōrrigendus obiter Scholiastes Theo-
criti Eidyll. xvii. ἡ γὰρ Βερενίκη, θυγάτηρ
Ἀντιγόνης τῆς Κασάνδρου τοῦ Ἀντιπάτρου ἀδελφοῦ
ἱσπανοεικέλεος τὴν ἐν τῷ περὶ Τροπῖω τῶν Δωριέων
σύνοδον, καὶ τὴν αὐτόθι δρωμένην πανήγυριν, καὶ
τὸν ἀγῶνα τὸν ἀγόμενον Ποσειδῶνι καὶ Νύμφαις.
scribe: τὴν ἐν τῷ Τριοπίῳ τῶν Δωριέων σύνοδον.
Agonem illum non in honorem Neptuni
institutum, sed Apollinis, tradit Herodo-
tus in prima musa: ἐν γὰρ τῷ ἀγῶνι τοῦ Ἀπόλ-
λωνος Τριοπίου ἐτίθεσαν τοπάλαι τρίποδας χαλ-
κείους τοῖς νικῶσι. Verisimile est & Cererem in
illa

illa urbe in primis cultam fuisse. Nam & id scribit Callimachus, & Pelasgi qui illam urbem condiderunt, in patria sua eam divam præcipuè colebant. Idem Callimachus, ibid. v. 26.

Τὴν δ' αὐτὰ καλὸν ἄλλος ἐποίησαντο Πελασγοί.
Et probabile est, pœnâ Eryfichthonis monitos impensius ejus Deæ numen observâsse ac coluisse. Sed hæc hæctenus.

ΤΡΙΟΠΑΟ] Farnesianæ Columnæ inscriptio, cujus multis locis memini, & ex qua didicimus ἔρκος istud ab Herode consecratum Τριόπιον fuisse dictum, quæque magnam isti poëmati facem adluxit, nobis heic paucis illustranda est. Fecit hoc ante vir illustris Josephus Scaliger suis in Eusebium animadversionibus. Sed quô argumentô Ionicis litteris vetus illud monumentum exaratum esse dixerit, ignoro. Nam eam inscriptionem nobis, tanquam Ionicarum litterarum exemplum ibi proposuit: quod ego fateor me satis admirari non posse. Primum errat in eo quod putat aliam formam Ionicarum litterarum fuisse atque illarum, quibus omnis Græcia usa est post repertos viginti quatuor elementorum characteres: Deinde malè Ionicas litteras & veteres Atticas easdem facit, cum satis certum sit, Alphabetum viginti quattuor litteris constans, quô hodièque Græcia utitur, recens & Ionicum esse inventum.

tum, cùm Atticum illud vetus esset & illius temporis quò sexdecim tantum litteras in Alphabeto suo numerabant Græci. Nam is vetustissimus in Græcia litterarum numerus fuit, a Cadmo ex Phœnicia allatus. Addidēre postea Palamedes & Simonides reliquas octo: qui has addidisse quidem dicuntur, non tamen priorum formam mutavisse. Novum igitur & Ionicum inventum, Grammatica viginti quattuor litterarum. Forma autem ipsa litterarum semper eadem fuit in veteri & recenti Alphabeto: nisi quòd addititiæ illæ litteræ, non ad Phœniciarum formam & exemplar institutæ fuēre, ut priores sexdecim, quas ex Phœnicia in Græciam intulit Cadmus. Scribendi tamen ratio diversa fuit apud Græcos, cùm illis tantum sexdecim litteris utebantur à Cadmo inventis, & postquam integrò viginti quattuor litterarum Alphabetò sunt usi: Exempli gratiâ si vocem Θεός prisca litteris exarare velis, non Θεός, sed Τηεός scribendum fuerit: si ΧΡΟΝΟΣ, ΚΗΡΟΝΟΣ: & pro ΨΥΧΗ, ΠΣΟΙΚΗΕ · pro ΕΗΡΟΝ, ΚΣΕΡΟΝ · pro ΦΗΜΙ, ΠΗΕΜΙ. atque hic prisca scribendi modus fuit ante Ionicum Alphabetum, quò deinceps omnis Græcia uti cœpit. Plinius, lib. VII. c. LVII. *Gentium tacitus consensus primus omnium conspexit ut Ionum litteris uterentur. quid apertius?*

tius? nonne manifestò hæc verba indicant litteras, quas hodie Græci habent in usu, Ionicas esse? quas Æoles,iores, Attici, & reliqui omnes Græci usurpârunt. Grammaticam aliam apud Græcos, præter hanc Ionicam frustra requiras, quæ & recentissimi inventi fuit. Insigniter benè ad hanc rem facit Harpocratonis locus: *Ἀθηκοῖς χαράμμασι: Δημοσθένης καὶ Νεαίρας, ἀντὶ τοῦ παλαιοῖς τὴν γὰρ τῶν εἴκοσι τεσσαέρων σοιχείων χαρμαλικὴν ὅψε ποιεῖ παρὰ τοῖς Ἰωσιν εὐρεθῆναι. Θεόπομπος δὲ ἐν τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τῶν Φιλιππικῶν, ἐσκευάσθαι λέγει τὰς πρὸς τὸν βαρβαρὸν συνθήκας, αἷ οὐκ Ἀθηκοῖς χαράμμασιν ἐσηλιτεῦσθαι, ἀλλὰ τοῖς τῶν Ἰώνων. vides τὴν τῶν εἴκοσι σοιχείων χαρμαλικὴν apud Iones inventam esse. vetustior igitur illa χαρμαλικὴ quæ sexdecim tantum litteras habebat, quas Atticas & vetustas vocabant, non quòd formâ differrent ab Ionicis, sed numerò: nam qui veterem illam Grammaticam interpolârunt, non formam characterum mutaverunt, sed numerum ampliaverunt, & pro sexdecim, quattuor & viginti fecerunt. quæ res non parum scribendi rationem immutavit, ut superius ostendimus. Priscis enim litteris ATHENAION scriberes: at secundum Ionicam Grammaticam in promptu est scribere, ΑΘΗΝΑΙΟΝ. Hinc est quod scribit Plinius Græcas veteres litteras*

i. al. οὐ τοῖς.

fuisse

fuisse easdem p̄ane cum Latinis. Scribendo enim ATHENAION priscò more , propiùs accedis ad Latinum scribendi mòrem , quàm si scribas ΑΘΗΝΑΙΟΝ. Nam neq̄e Ἰῶνα , neq̄e Ηῶ litteras Latini agnoscunt. At vir doctissimus veteres Atticorum , Ionum , & Latinorum litteras easdem fuisse vult , nec Harpocratiōi credit. Cui minimè assentior. Hesychius: Ἀττικὰ γράμματα ἀρχαῖα , ἐπιχώρια. Quod autem Harpocratiō scribit viginti quattuor litterarum Grammaticam ab Ionibus inventam esse , propter Simonidem id dictum arbitror , qui Cœus fuit , & quattuor litteras reperisse fertur , Ζ. Η. Ψ. Ω. quibus complevit numerum Alphabeti. nam jam quattuor numero adjecerat Palamedes , ad illas sedecim priores. Sic γραμματικὴ τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων Ionicum est inventum , & recens a Simonide Cœo vel Cœq. Sed de Simonide videtur illud obstare quod Cœus in insula non Ionici sed Dorici generis fuerit. Strabo, lib. xiv. Δωριεὺς δὲ εἰσιν ὥσπερ καὶ Ἀλικαρνασσεὺς καὶ Κνίδιοι καὶ Κῶοι. Tzetzes in Historico , homo ineptè gloriosus & ambitiosus , cū vulgò Simonides longas litteras reperisse perhiberetur , utrum Samius illas Simonides an qui Cœus fuit , repererit , nescire se profitetur his versibus:

Τὸν Σιμωνίδην λέγουσιν ἰφειδέτην ὑπάρχειν

Τοῦ

Τοῦ ἡτὰ πάλιν καὶ τοῦ ὦ, τῶν δύο μακρῶν λέγωνι
 Εἴτε τὸν τοῦ Ἀμοργίου δὲ τὸν Σάμιον ἐκείνον,
 Εἴτε τὸν Λεωπρεπέος τὸν Κεῖον οὐ γινώσκω.

Samus sanè τοῦ Ἰωνικοῦ γένους fuit. videndus
 Herodotus in prima musa. Sed quis Samium
 Simonidem novit? Nam quem heic Tzetzes
 Samô oriundum: Amorgô patre natum di-
 cit, eum esse putem, quem domô Amorgi-
 num, Crinæ filium fuisse & jamborum scri-
 ptorem veteres tradiderunt. Amorgus autem
 insula una ex Cycladibus, vel ut alii, Spora-
 dibus. Strabo: ἐστὶ δὲ καὶ Ἀμοργὸς τῶν Σπορά-
 δων, ὅθεν ἦν Σιμωνίδης ὁ τῶν ἰάμβων ποιητής.
 Vide & Stephanum περὶ τῶν ἐθνικῶν. Suidas
 hunc Amorginum Crinæ filium facit. non
 defuerunt tamen qui hunc Amorginum Si-
 monidem Samium fuisse vellent. Proclus a-
 pud Photium: ἰάμβων δὲ ποιηταί, Ἀρχίλοχος
 δὲ ὁ Πάριος ἄριστος καὶ Σιμωνίδης ὁ Ἀμοργῖνος, ἢ
 ὡς ἐνιοί, Σάμιος. Enimverò inter tantam va-
 rietatem opinionum de primis & ultimis lit-
 terarum inventoribus omnes ferme auctores
 ex diverso in unam sententiam venientes,
 scribunt Simonidem Ceum cœptam per alios
 Græcam litteraturam absolvisse. nec enim
 post eum alius memoratur, qui litteras aliquas
 ad illas sexdecim, quæ primæ omnium in
 usu fuerunt, adjecerit. Plinius, lib. VII. C. LVI.
Litteras utique in Græciam attulisse è Phœnice
 Ca-

Cadmum sedecim numerò. A. B. C. D. E. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. quibus Trojanò bellò Palamedem adjecisse quatuor hanc figurâ, Θ. Ξ. Φ. X. totidem post eum Simonidem Melicum, Z. H. Ψ. Ω. quarum omnium vis in nobis recognoscitur. ita legenda sunt verba Plinii. Marius Victorinus: Scripseram autem vobis, quantum repeio, & alia plura, inter quae nostros antea, sicuti & Græcos quoque, XVI. litteris usus, ex quibus fuisse quinque vocales apud utrosque. his postea quasdam a Palamede & alias a Simonide adjectas implēsse numerum XXIV. Suidas in voce Σιμωνίδης · προσεξεῦρε δὲ καὶ τὰ μακρὰ τῶν σοιχείων, καὶ τὰ διπλᾶ. τὰ μακρὰ sunt Η & Ω. τὰ διπλᾶ Ξ & Ψ. Plinius tamen Ξ a Palamede additam scribit non a Simonide. sed omnino in Plinio corrigendum est ad hunc modum: quibus Trojanò bellò Palamedem adjecisse quatuor hanc figurâ, Θ. Ζ. Φ. Χ. totidem post eum Simonidem Melicum, Ξ. Η. Ψ. Ω. sic Simonides repererit duas longas Η & Ω. & duas duplices Ξ. & Ψ. secundum Suidam, vel illum auctorem à quo habet Suidas, qvī & voce Παλαμήδης notat, quattuor Palamedem harum litterarum haberi auctorem, Ζ. Θ. Φ. & Χ. ita enim apud Suidam legendum: καὶ εὐρέτης γέγονε τοῦ Ζ σοιχείου, καὶ τοῦ Θ καὶ τοῦ Φ καὶ τοῦ Χ. malè hodie legitur καὶ τοῦ Π. sic τὰ διπλᾶ καὶ τὰ μακρὰ adinvenit Simonides,

des, ut Palamedes τὰ δασέα. densæ verò sunt;
 Θ. Φ. Χ. nam Θ. valet TH. & Φ, ΠΗ, & Χ,
 ΚΗ. densas tamen illas, etiam duplices quidam vocârunt. nam duarum vicem litterarum quodammodò obtinent, propterea quòd Η nota adspirationis, cuius in se potestatem habent, in numero litterarum fuerit apud veteres. Meleager in quodam Epigrammate Χ litteram quæ inter densas ponitur διπλοῦν γράμμα Συρηκόσιον vocat.

Γυμνὴν ἢ ἐσίδης Καπίσιον, ὧ ξένης, Φήσεις,

Ἡ καὶ διπλοῦν γράμμα Συρηκόσιον.

Cujus epigrammatis mentem non viderunt eruditi interpretes. nam quod putârunt per διπλοῦν γράμμα Συρηκόσιον intelligi duas litteras Θ & Χ ab Epicharmo Syracusio inventas, in eo falsi sunt, cùm unicam Χ litteram ita Meleager appellet. *Si nudam*, inquit, *videris Καπίσιον*, *fatearis vocandam illam esse Καπίσιον*, *mutatò T in duplicem litteram Syracusiam*, hoc est in Χ. τὸ Χ, ut dixi, διπλοῦν γράμμα vocat, quòd potestate sit duplex, & valeat ΚΗ. Aristoteles porro non sedecim, sed decem & octo litteras priscas litteras fuisse, ΑΒΓΔΕΖΙΚΑΜΝΟΠΡΣΤΥΦ, & duas ab Epicharmo additas Θ & Χ censet apud Plinium locò jam dictò. quibus adde quatuor illas Simonideas, duas longas & duas duplices, habebis viginti quattuor Ionicas. In illis

attem sedecim priscis, quæ apud Plinium referuntur, perperam vir summus H ponendam putat, quæ non littera propriè, sed nota aspirationis fuit. Manifestum enim planè est contra sententiam Plinii eam in numerum sedecim illarum litterarum, quas Cædmus in Græciam attulit, referri. qui, cum Trojanò bellò quatuor à Palamede priscis illis adjunctas narret, Z nempe, & Θ, & Φ, & Χ : & totidem postea à Simonide, Ξ Η Ψ Ω, iisque omnibus impleatur numerus viginti quattuor litterarum, locum inter eas nullum haberet Ὶ : Eam tamen in vocalium ordine sedem habuisse tam apud vetustissimos Græcos quàm apud Latinos scribunt Grammatici. Velius Longus : *Ac primò eadem est nostrarum potestas vocalium, quæ sunt Græcorum apud antiquos circa productionem¹ correctionemque. Si quidem apud illos quinque tantum fuere vocales, α, ε, ι, ο, υ ; atque hæc similiter producebantur corripiebanturque, sicut hodie α ι υ quæ appellantur apud illos κοιναί. postea, ut quidam putant, Simonides invenit duas vocales, quas dixit Φύσει μακράς, η & ω, ut essent αντίστοιχα τῷ ε, & τῷ ο, ut quomodo hæc litteræ longæ dicerentur η & ω, ita & illæ breves naturæ. Vides υ in alphabeto Græco antiquo fuisse ; priusquàm a Simonide longæ ac duplices litteræ invenirentur. Marius Victorinus : Scripseram*

D

an-

¹ In meo Velio col. m. 2214. est correctionem productionemque.

autem vobis, quantum repeto, & alia plura, inter quæ nostros antea sicut Græcos quoque xv. litteris usus: ex quibus fuisse vocales apud utrosque v: postea quasdam a Palamede, & alias a Simonide adjectas implēsse numerum xxiv. ita enim legendus hic egregius Victorini locus. vulgò malè scribitur: ex quibus vocales fuisse apud utrosque, his postea. dicit apud veteres Græcos & Latinos sedecim tantum litteras in usu fuisse, & ex his quinque vocales apud utrosque, AEIOV. in quo Plinio planè assentitur, qui in sedecim illis litteris, quas a Cadmo è Phœnice in Græciam allatas scribit, V quoque recenset & numerat. idem Marius (col. 2458). *Nostri Latini, cum litteris uterentur, quas a Græci acceperant, A. B. C. D. E. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. & Græci vocales haberent totidem, quas & nos, A. E. I. O. V. nam H & Ω postea sunt ab his reperta. E & O ternas apud eos habebant potestates, &c.* idem Victorinus (col. 2468.) *Repertores litterarum Cadmus ex Phœnice in Græciam & Euander ad nos transfulerunt. A. B. C. D. E. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. litteras numerò xvi. postea quasdam a Palamede, & alias a Simonide adjectas implēsse numerum xxiiii.* ita correximus apud Victorinum: vulgò enim vitiosissimè in illa litterarum enumeratione quas Cadmus ex Phœnice in Græciam, ex Græcia porro in

La-

1 Leg. xvi. sic enim habet meus Marius col. 2462.

Latium invexit Euander, Q littera ponitur & V omittitur. e contrario Plinius in enumerandis sedecim litteris Cadmeis rectè Q omisit, atqve V posuit. nam Q priscam esse litteram & ex illis unam, quas Pelasgi in Latium attulerunt, nemo mihi persvaserit, qui sciam multos ex veteribus supervacuum eam existimasse & litterarum numerò exclusisse, quoniam nihil aliud sit quam C & V, & non minùs possit scribi *quis* per c, & u & i & s. de quo veteres Grammaticos licet consulas. Vigitur cum apud Græcos, tum Latinos antiquissimos, una ex quinque vocalibus fuit, & ex sedecim litteris una, quæ tum solæ in scribendo frequentabantur. Aristoteles quoque apud Plinium in illis decem & octo litteris quas statim ab initio fuisse vult, eam posuit. in earum autem litterarum Aristotelicarum numero malè vir ille summus, de quo antea dixi, H notam aspirationis inseruit, & Z litteram exclusit. Atqui si hoc fieri patimur, facessat oportet, & alium sibi locum quàm in Alphabeto Græco quærat hæc littera. Quippe cum Aristoteles ad eas decem & octo, quas pro priscis habet, duas Θ & Χ ab Epicharmo additas, quàm à Palamede malit, & quattuor postea ad illas viginti dicatur adjecisse Simonides, duas nempe longas, Η & Ω, duasque duplices Ξ & Ψ, quæ omnes

viginti quattuor sunt: aut in hunc numerum recipienda non erit Z, aut si recipitur, tum viginti quinque pro viginti quattuor ut agnoscamus Græcas litteras necesse est. Dederim quidem hoc non invitus, H litteram etiam fuisse apud vetustissimos Græcos, non simplicem tantum aspirationis notam, quoniam id veteribus quibusdam Grammaticis placere video, sed illud nunquam concesserim, eam inter sedecim priscas illas Cadmeas locum habuisse, aut in illis numeratam esse. Nec enim in Latinum vetus Alphabetum ingressa est, quod in Latium Euander introduxit, & cum vetusto Græco, idem omnino fuit numero & ordine, pænè etiam idem figurâ litterarum. Et si alia deessent, nonne hoc satis argumenti erat, quod probaremus H de grege priscarum illarum litterarum nunquam fuisse, sed extra earum numerum & ordinem semper habitam? Cui post hæc potest esse dubium, quin Græcæ litteræ veteres à Cadmo hæc fuerint, A. B. Γ. Δ. E. I. K. Λ. M. N. O. Π. P. Σ. T. Τ. quibus numero & ordine penitus respondent, & formâ pænè pares sunt Latinæ istæ veteres ab Euandro, A. B. C. D. E. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Plinius, cum litterarum inventionem ex Syria peteret, & eas sedecim numero è Phœnice in Græciam attulisse Cadmum diceret, non alias tamen quam

quàm Latinas istas retulit, quòd cum Græcis veteribus eadem essent, à Pelasgis in Latium invec̃tæ. Sed in his malè apud Plinium G positum legitur, quæ recens littera est, & veteribus Latinis prorsus ignota fuit, apud quos C vice gammæ fungebatur, quam & effinxerunt ex rotundata Γ. pro G igitur in Plinio K reposuimus. ad illas autem sedecim, quæ primitus in Græcia usitatæ fuère, & ex Phœniciis ortæ sunt, subsequētibz temporibus octo adjectæ feruntur. Z. Θ. Φ. X. Ξ. Ψ. Η. Ω. quarum primas quattuor quidam à Palamede, alii ab Epicharmo additas malunt. quattuor postremas Simonidem adjecisse inter omnes fere auctores convenit. Saltem major meliôrque pars ita sentit, & in eo consentit. Ceterum quæstione in primis dignum est, cùm Simonides ille quattuor & viginti litterarum Græcarum numerum implevisse & clausisse memoretur, cur Græcorum recens Alphabetum, viginti quattuor constans elementis, Ionicum passim ab omnibus appelletur? Ceus quippe fuit Simonides. Atqui Ceos nemo ignorat fuisse Doricos, non Ionicos. Unde igitur Ionicum Alphabetum dictum est, quod à Simonide Coo completum & absolutum esse perhibent omnes constanter? quod diu nescivi & nunc nuper didici, jam mihi faciendum videtur ut id op̃erâ meâ

sciant studiosi. Callistratum quemdam volunt Samium, Samus autem insula ex duodecim Ionicis urbibus una, novitias illas & addititias tam a Palamede quàm a Simonide litteras, cum vagæ adhuc essent, nec ab omnibus observarentur, utpote quæ nullâ lege nec ordine nec sede tenerentur, in unum eas corpus cum sedecim prioribus redegisse & conclusisse primum, certamque iis sedem in alphabeto adsignasse, atque ita, ut communi consensu ab omnibus reciperentur, perfecisse. Suidas : παρὰ Σαμίοις εὗρέθη πρῶτοις τὰ καὶ χαίμματα. Tzetzes inutilis aliàs auctor, sæpe tamen utilis: -

Τὰ δὲ εἰκοσιτέσσαρες χαίμματα καὶ σοιχεῖα
Ομοῦ σὺννημένως τε καὶ ἐν σώμα φανέντα
Παρὰ Σαμίοις εὗρηκα πρῶτον ἀναγνωσθῆναι
Διὰ χαίμματι καὶ τινὸς τὴν κλήσιν Καλλιστράτου.
Τῶν συλχαμμάτων πρῶτον μὲν ἐχόντων ἕξ καὶ
δέκα,

Ἔτα ἐννεακαίδεκα τὰ σύμπαντα σοιχεῖα,

Καὶ καθεξῆς μέχρις αὐτῶν τῶν εἰκοσιτέσσων.

Callistratus ille de suo nullas addidit, nec de novo litteras invenit, sed diversis & auctoribus & temporibus repertas in unum coëgit & compegit alphabetum. Hinc Ionibus vulgò adscribitur hoc recentioris litteraturæ viginti quattuor elementis comprehensæ inventum, quod in Samo Ionica primum per tot-

totidem litteras scribi legique ceptum est auctore illo, quô dixi, Callistratô, qui & fortasse aliquantulum mutavit & inflexit vetustiorum litterarum formas, & minuscultas istas, quibus hodie utitur Græcia, repperit & publicavit, cum majusculæ tantum & capitales, ut vulgo vocamus, apud veteres in usu essent. quæ de re nos alibi plura in libro de litteris & dialectis Græcorum. Et hoc est quod ait Herodotus, Ιονας Φοινικιαρῶν litterarum τύπον ὀλίγον μεταρρυθμίσαι. Nam per Phœnicias veteres illas intelligit, quas in Græciam propagavit Cadmus, in Græcia ipsa repperit & formâ ipsâ aliquantum differentes à primigeniis Phœniciis, quibus in patria Phœnice Phœnices utebantur. Illas ipsas inquam intelligit, quas antiqui Græciæ populi, Attici aliqve solas noverunt, & passim usurpârunt, anteqvàm recens istud viginti quatuor litterarum ἀλφάβητον ab Ionibus repperit & publicatum. Eas litteras vetustas Græcas, quas Atticas vocabant, multi sunt qui dicant Palamedem Græcis communicasse à Phœnicibus acceptas. multi etiam ipsum reperisse perhibent, cum antea homines Phœniciis litterarum formis uterentur. Scholiastes Euripidis: οὗτος ὁ Παλαμίδης λέγειται εὐρηκέναι ἡ γράμματα μήπω τότε ὄντα, ἀλλὰ Φοινίκων γράμμασιν ἐχρᾶντο οἱ ἄνθρωποι, ἀλ-

λοι δὲ ἄλλοις. non igitur Tzetzes mentitur, qui plerisque dicit existimasse non a Cadmo sed a Palamede sexdecim illas litteras inventas esse.

Λέγουσι γὰρ οἱ σύμπαντες εὐρεῖν τὴν Παλαμήδην,
 Οὐ τὰ εἰκροσίεσσι *χρᾶματ' αἰ* καὶ σοιχεῖα,
 Μόνα δ' ἐκ πάντων δέκα ἐξ ἅπερ αἶν γνοίης μόνος.
 & paullo' infrà:

Οὕτω μὲν τὰ ἐκκαίδεκα γράμματα καὶ σοιχεῖα
 τινὲς φαῖν ἐφεύρηκεν αὐτὸς ὁ Παλαμήδης.
 At Scaliger, Græculum illum, ut aliquid scire
 videretur, plus quàm ceteri, impudentissimè
 mentiri ajebat. Philostratus etiam in Pala-
 mede sentire videtur, non eum aliquot tan-
 tùm litterarum fuisse repertorem, sed o-
 mnium, id est sexdecim illarum, quas diu
 Græcia in usu habuit. Tacitus planè etiam
 id confirmat his verbis ex xi. Annal. c. xiv.
 2. *Quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum
 Thebanum, & temporibus Trojanis Palamedem
 Argivum memrant, sexdecim litterarum for-
 mas; mox alios, ac precipuum Simonidem ceteras
 reperisse. quem locum frustra vir doctissimus
 Lipsius emendare laborat, dum persuasum
 habet secundum quorundam sententiam, Pa-
 lamedem tres tantùm aut quattuor littera-
 rum formas reperisse. Sed locus bene habet.
 Palamedes ipse apud Euripidem in Tragœdia
 cognomine litterarum typos & syllabarum*

copulationes, totamque scribendi rationem se reperisse jactat his versibus:

Τὰ τῆς γελήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνον

Αφανα καὶ φωνοῦντα συλλαβὰς τιθεῖς

Εξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματα εἰδέναι.

Herodotus verò, nec Palamedis, nec Simonidis, nec Epicharmi meminit, nec aliorum cujusquam, qui aut litteras primi invenisse, aut inventis aliquas addidisse traduntur, sed Phœnices refert, qui cum duce Cadmò in Græciam venêre, litteras quoque eò intulisse, easque lapsu temporis aliquantum immutatas a priore & genitiva figura Ionibus vicinis tradidisse, qui & illarum figuram paullum inflexerunt. A quibus postea ceteri Græci accepêre, earumque formam nihil immutatam ab Ionico charactere retinuerunt, atque hæ sunt, quibus omnes Græciæ gentes tacito consensu conpirationeque uti instituerunt, quibusque hodierni Græci utuntur. Ionicæ igitur litteræ sunt communes istæ & vulgares, quas hodie habemus, cum Græcè legimus, aut scribimus, easque parum a Phœniciis situ & figurâ distare tradit Herodotus, qui testatur se vidisse. Non semel tamen mutatam fuisse formam litterarum Phœniciarum idem refert. nam Phœnices, qui cum Cadmo litteras in Græciam invexêre, non diu illas servavêre integras, ut ex patria attulerant, sed

sed & dialectum & litterarum characteres labente tempore penitus immutârunt. Iones etiam, qvi ab illis acceperunt, earum formam leviter mutârunt. nec postea mutatus est litterarum modulus, sed ita reliquis Græcis, & in ea facie, quam Iones introduxerunt, receptus est. Sciendum prætereà *Καδμήϊα* illa *γεγµµαία*, quæ narrat Herodotus se vidisse insculpta Thebis in tripodibus Apollini Ismenio dicatis, & sibi visa esse non admodum dissimilia Ionicis, non ex eo fuisse genere characterum, quos primi Phœnices, qvi cum Cadmo venerant, pueros putos ex Phœnice attulerê, sed ad eam formam, quâ postea interpolati ab iisdem fuere, cùm & dialectum ipsam nativam & merè Phœnissam labente tempore, postquam diu in Græcia morati essent, mutaverunt. Vicini verò tunc temporis Iones, cùm ab illis litteras mutuati essent, sanè recentiore formam imitati sunt, quam & ipsam *εὐλίστα μετερρύθμισαν*, ut scribit Herodotus. Ergo non mirum, si Phœnicias litteras Ionicis similes sibi visas scripsit Herodotus. non enim de iis Phœniciis intelligendum, quibus in patria sua Phœnices utebantur, sed de illis, quas sibi fabricârunt, post longam temporis moram in Græcia factam, ubi & dialectum, ut diximus, & litterarum modulus immutârunt. Herodotus de illis Phœ-

Phœnicibus, qui duce Cadmô in Bœotiam migravêre : μετὰ δὲ χρόνου προβαίνοντος, αἶμα τῇ Φαινῇ μετέβαλλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων. atque eô genere litterarum scripta fuêre illa Epigrammata, quæ ibi refert Herodotus. quæ si velis litteris Ionicis exarare, non aliis erit utendum, quàm quibus hodie utimur. Cujus rei magnum argumentum est, quòd longô post Cadmi adventum tempore inscriptiones illæ factæ sunt, cùm jam scilicet lingua Phœnicum degenerâisset, & litteræ ipsorum à primigenia figura descivissent. Græcè enim scripta fuêre illa epigrammata, non Phœnicum idiomate, & illis characteribus expressa, quos progressu temporis in Græcia sibi formaverant, non quos primùm ex Phœnice attulerant, quique usitati Phœnicibus erant. Hoc fefellit doctissimum virum, qui putavit Ionicas litteras Phœniciis similes esse, & Phœniciarum nobis exemplum producit ex Samaritano Alphabeto, & abutitur Herodoti testimoniô. Verum enim est Ionicas litteras easdem pænè cum Cadmeis fuisse, sed eis Cadmeis, quæ tempore Amphitryonis, & Labdacidarum a Thebanis usurpabantur : multum dissimiles priscis illis & nativis Phœniciis, quas Cadmus in Bœotiam importaverat. A quibus Iones cùm fumerent litterarum formas, non eas veteres & primigenias

nias, sed has recentiores, & corruptas imitatione expreſſerunt. Hinc Herodotus ſimiles Ionicas Phœniciis ſibi viſas tradidit, in illis vetuſtis epigraphis ab Amphitryone, Leodamante & Scæo poſitis. Prætereà nihil magis refellat Scaligerum, quàm αὐτοψία ipſa Phœniciarum, & Ionicarum notaſum ex adverſo poſitarum & comparatarum. Quid enim tam diſſimile ac diverſum? Atqui ſcripſit Herodotus, τὰ παλαιὰ ὀνόματα ἑστία τὰ Καρχηδονία γέγραμματα τοῖς Ἰωνικοῖς. Duplex igitur ejuſdem incomparabilis viri peccatum. primum, quòd litteras Ionicas priſcis Phœniciis ſimiles eſſe exiſtimavit. Qui enim ſimiles poſſint eſſe, cùm Cadmeæ recentiores, ex quibus profectæ ſunt Ionicæ, & ipſæ aliquantum immutatae, adeò differrent, ac diſpariles eſſent illis priſcis Cadmeis, quas de patria ſua Phœnice attulerat Cadmus? Secundus error, quòd Ionicas litteras alias putavit eſſe a Græcis vulgaribus. Nam cùm Ἰωνικά γέγραμματα nominavit Herodotus, ea utiqve intellexit, quibus ipſe & reliqui tum temporis Græci utebantur, & poſteà ſemper uſi ſunt, poſtquàm Alphabetum Græcum viginti quatuor elementa habere cœpit. totidem autem jam elementis conſtabat Herodoti tempore. quas igitur alias litteras potuit nominare Herodotus, eum docere vellet ac probare, Græcas

eas litteras Cadmeis, ex quibus sumptæ es-
 sent, similes sibi repertas in aliquot veteri-
 bus monumentis? Sanè non Doricas, non Æo-
 licas, sed Ionicas nominavit, quia primi Iones
 ex Phœnicibus eas acceperant, & in reliquas
 Græciæ gentes propagârunt: quæ tacitò con-
 sensu litterarum Ionicarum formam & usum
 recepêre, nam antè Cadmum nullæ in Græcia
 litteræ, post Cadmi adventum sedecim tantum
 in usu. mox Iones viginti quattuor nume-
 rum impleverunt. Attici tamen veteres diu
 retinuerunt eum sedecim litterarum nume-
 rum, nec statim receperunt Ionicum Alpha-
 betum, quod quattuor & viginti litterarum
 erat. quando autem receperint, scire non
 parvi feci, & nunc tanti erit alios etiam id
 docere. Sub Euclide Archonte factum id in-
 venio, persuasione cujusdam Archinoi, quî
 Athenienses ad Ionicas litteras recipiendas
 primus induxit & impulit. Suidas: τοὺς δὲ
 Ἀθηναίους ἐπει(ε)χεῖν τοῖς Ἰώνων γράμμασιν
 Ἀρχίνους ὁ Ἀθηναῖος ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου. Lu-
 culentus super hac re locus apud veterem
 Scholiasten Euripidis in Phœnissas: sed quem
 editiones inquinatissimè scriptum exhibent,
 eum nos emendatiorem huc afferemus. ad
 hæc verba Euripidis: σοὶ νῦν ἐκγόνοι κλίσαν·
 notat ille: γράφεται, σὼ νῦν ἐκγόνῳ κλίσαν ἴν' ἧ,
 τῷ ἐκγόνῳ σου τῷ Κάδμῳ, αἱ θεαὶ κατέκλυσαν ταῖς
 Θή-

Θέλει. γέγονε δὲ περὶ τὴν ἀρχὴν ἀμάρτημα. ἐπ' ἀρχῶν γὰρ Ἀθηναίων Εὐκλείδου, μήπω τῶν μακρῶν εὐρημένων, τοῖς βραχέσιν ἀντὶ μακρῶν ἐχρῶντο, τῷ ε ἀντὶ τοῦ η, καὶ τῷ ο ἀντὶ τοῦ ω. ἔγραφον οὖν, τοῖ δῆμοι, μετὰ τοῦ ι, ἀντὶ τοῦ, δῆμω. μὴ νοήσαντες δὲ καὶ ὅτι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν καὶ δεῖ μεταθεῖναι τὸ ο εἰς τὸ ω μέγα, ἐτάραξαν τὸ νοήλόν. qvi, inquit, non attendebant antiquâ & Atticâ scribendi consuetudine scriptum esse eô locô apud Euripidem σοῖ ἐκγόναι, qvôd secundum recentem & receptam litteraturam mutandum erat in σῶ ἐκγόνω, turbaverunt & confunderunt¹ poëtæ sensum. Ceterum correctione adhuc indigent hæc verba in illo vetere scholio, ἐπὶ ἀρχοντος γὰρ Εὐκλείδου οὐπω μακρῶν εὐρημένων τοῖς βραχέσιν ἀντὶ μακρῶν ἐχρῶντο. perspicuè enim falsa sunt, & auctoris menti contraria, qvi dicere voluit, Athenienses ante Euclidem Archonta breves vocales pro longis usurpasse, priusquàm scilicet longæ inventæ essent. legendum igitur puto : πρὸ ἀρχοντος γὰρ Εὐκλείδου. nam sub Euclide prætore priscum illud scribendi morem abjecerunt, qvô breves vocales locô longarum ponebant. Sed & illud, μήπω μακρῶν εὐρημένων, falsum est, nisi rectè accipiatur. μήπω εὐρημένων, respectu Atheniensium, qvi etsi jam pridem repertæ essent, pro irreperitis tamen eas habebant,

1 f. confuderunt.

qvi-

quibus non uterentur. Simonides enim, cui tribuitur earum inventio, haud parvò intervallò Euclidem præcedit. Nec repertæ modò illæ anteqvàm Euclides magistratum Athenis caperet, sed etiam multò ante id tempus apud Iones erant usitatæ. Athenis duo fuerunt Archontes hòc nomine. prior eorum magistratum gessit annò secundò Olympiadis LXXXVIII. posterior verò annò item secundò Olympiad. XCIII. sub hoc posteriore Athenienses in usum receperunt Ionicas litteras, tribus aut quattuor annis post Euripidis obitum, totidémqve anteqvàm Socrates venenò necatus est. Eusebius hoc factum refert in annum primum Olympiadis xcv. his verbis, ut in Hieronymi versione leguntur: *Athenienses viginti quattuor uti ceperunt, quum ante sexdecim tantum haberent.* manifestus triennii metachronismus. Jam igitur in vivis esse desierat Euripides, cùm illa scriptura Ionica ab Atheniensibus admìssa est, & vetus exclusa, atqve abolita, quam usque ad tempora Euclidis magistratus usurpasse reperiuntur. hinc post mortem Euripidis, qui Tragoedias ejus describebant librarii, omnia vestigia antiquæ illius scripturæ quæ eò vivente adhuc vigeat, aboleverunt, & hanc recentem substituerunt. quod & in aliorum auctorum scriptis, qui ante receptam Ionicam

cam scribendi formam vixerant, fecerunt, ac de libris eorum τὴν ἀρχαίαν γραφὴν sustulerunt, & novâ mutârunt. id cûm in omnibus locis Tragœdiarum satis diligenter præstitum esset ab antiquis Criticis & libris, nec ullæ ampliùs apparerent in iis notæ τῆς παλαιᾶς γραφῆς, non idem tamen observatum esse in illo Phœnissarum loco, qvem supraretulimus, qveritur ibidem vetus Scholiastes. cûm enim τοῖ ἐκγόνοι scriptum esset, vetustô more, mutari debuisse in τῷ ἐκγόνῳ, ut recens & usitatus scripturæ modus postulabat. qvôd à negligentibus librariis omissum, & à Criticis minimè animadversum, ut loci illius τὸ νοητὸν turbaretur in causa fuisse. Hæc mens veteris interpretis, qvi Scholia in Euripidem scripsit. Ex his omnibus satis liquidò constare puto, alphabetum xxiv. litterarum, ab Ionibus primùm in insula Samo concinnatum conflatumqve esse, & ab Atheniensibus serò admodùm receptum. Versum Aristophanis citant ex ejus comœdia βαβυλωνίαις, & de his litteris Ionicis vel Samiacis interpretantur Grammatici veteres.

Σαμίῳν ὁ δῆμος ἐστίν, ὡς πολυγράμματος!

Planè ista gens est Samia, multis litteris.
vel, multis littera.

Hunc versum apud eum in illa Comœdia nescio qvis admirabundus pronuntiabat, viden-

dens Babylonios, qui fabulæ nomen indiderant, e pistrino exeuntes, multis litteris frontem inscriptos: *populus*, inquebat, *iste Samius planè est. en ut litterati sunt.* Suidas ad illa verba: ὅτι παρὰ Σαμίοις εὗρέθη πρώτοις τὰ καὶ γράμματα ὑπὸ Καλλιστράτου, ὡς Ἀνδρῶν ἐν τρίποδι. τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἐπέισε χρῆσθαι τῶν Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχίνους ὁ Ἀθηναῖος ἐπὶ ἀρχοντος Εὐκλείδου. τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδασκε διὰ Καλλιστράτου Αἰρισοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου καὶ ἐπὶ Εὐκλέους. περὶ δὲ τοῦ πείσαντες ἰσορρεῖ Θεόπομπος. Servos inscriptos & litteris notatos, Samiorum populum vocavit Aristophanes, allusione factâ ad Samios, qui alphabetum ex xxiv elementis primi composuerunt & in ceteros Græciæ populos dididerunt. Sed nondum, cùm illa scriberet Aristophanes, Ionicum vel Samiacum Alphabetum receperant Athenienses, quod non multò post ipso adhuc vivente Aristophane, Archinoô agente ab iisdem introductum est. Babylonios per Callistratum docuit Aristophanes ἐπὶ Εὐκλέους ἀρχοντας, uno & viginti annis ante magistratum, Euclidem nullum ego novi istòc nomine, qui Athenis archon fuerit. quod si unum & viginti annos retro numeremus a prætore Euclide, non in Euclēm qui nullus est, sed in Isarchum incidemus. ante Isarchum porro archon erat Stratocles,

E

qui

qvi viginti duobus annis ante Euclidem gessit magistratum Athenis. hujus fortasse nomen apud Suidam reponendum, & numerus leviter corruptus sic corrigendus: ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου καὶ ἐστὶ Στρατοκλέους. sub illo magistratu Stratocle non βαβυλωνίους διὰ Καλλιμαίτου, sed per seipsum ἰππεὺς Comœdiam docuisse legimus in argumento ἰππέων. poteramus etiam emendare, ἐπὶ Διοκλείοις. qvi Diocles sex tantum annis antè Athenis archon fuit, qvàm Euclides eundem magistratum iniret. Verùm hæc alibi diligentius a nobis & accuratiùs examinabuntur. non possum præterire locum Hesychii de Samiorum litteris, qvi maximè huc spectat. sic autem legendus: Σαμίων ὁ δῆμος. Φησὶ τις παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει τοὺς ἐκ τοῦ μῆλωνος ἰδὼν βαβυλωνίους, Σαμίων ὁ δῆμος ἐστίν, ὡς πολυγράμματος· κατάπληττόμενος τὴν ὄψιν αὐτῶν καὶ ἐπαπορῶν. ἔστι καὶ ἑτέρα ἰσορία δι' ἣν πολυγράμματόν ἔφη Σαμίων δῆμον, ἐπειδὴ Ἑλλήνων Σάμιοι πολυγράμματοι ἐγένοντο πρῶτοι καὶ χρησάμενοι καὶ διδόντες εἰς τοὺς Ἕλληνας τὴν διὰ τῶν τεσσάρων καὶ εἰκοσι σοιχείων χρῆσιν. ex his & aliis, qvæ suprâ diximus clarum est, concinentibus omnium auctorum sententiis, Samios ac per hoc Iones ejus Grammaticæ, qvæ per viginti quatuor litterarum formas explicatur, ceteris Græcorum populis auctores extitisse. Atque

AD CONSECR. TEMP IN AG. HER. 67

que hæc scribendi ratio, litterarumque Samiarum usus, eâ formâ & eô numero, jam tum apud Ionas vigeat Herodoti temporibus: qui cum in insula Samo, ubi hæc literatura primùm reperta est, historiam conscripserit, & Ionicâ lingvâ composuerit, quin Ionicas litteras nominando eas ipsas intelligat, quæ ante ejus ætatem apud Samios repertæ fuisse traduntur, quæque tum maxime in insula Samo, & apud reliquos Iones passim in usu erant, cum illa scribebat. ut autem recentes istæ Ionicæ vocabantur a Samiis earum tepertoribus, sic veteres illæ sedecim, quarum passivus in Græcia fuit usus ante repertas viginti quattuor Ionicas, Atticæ dicebantur, vel ex eo, quòd Attici populi, recentibus istis & Ionicis jam ubique per totam Græciam diditis, & usu receptis, ipsi tamen adhuc priscas retinebant, nec nisi admodum ferò, ut Ionicas reciperent, induci potuerunt: vel quòd litterarum, quibus uterentur, semet inventores perhiberent, nec eas ab aliis accepisse videri vellent. Hesychius Ἀττικὰ γράμματα ἐν Ἰωνίᾳ interpretatur, hoc est indigenas & vernaculas litteras, & in Attico solo natas. nam & auctores sunt, qui Cecropem Atheniensem sexdecim litterarum formas reperisse dicant. Tacitus, Annal. xi. c. xiv.

2. *Quidam Cecropem Atheniensem vel Linum*

Thebanum, & temporibus Trojanis Palamedem sexdecim litterarum formas, mox alios, ac precipuum Simonidem ceteras reperisse. Hinc Ἀττικά γράμματα ἀντὶ τῶν παλαιῶν veteribus, non quòd figurâ differrent, sed quòd scribendi modum longè alium efficerent. Exempli gratiâ, Ε, veteribus Atticis idem & ejusdem formæ quod apud Iones: sed nondum in ordinem litterarum receptô Η Ionicô, cogebatur Atticus scribere ΤΕΙ pro ΤΗΙ: & ξερὸν pro ξηρόν. Plato: οὐ γὰρ ἡ ἐχρώμεθα, ἀλλὰ εὖ τὸ παλαιόν. Sic nondum receptô ω, scribebant τοι pro τῶι, & ita de ceteris. Sed & ο litteram pro syllaba ου ponebant. & hunc scribendi morem retinuerunt Attici. Hinc Διονύσο pro Διονύσου in Achæi tragici Omphale apud Athenæum. At nunquàm id admisisset Ionicus, ut ο pro ου scriberet. Immo contrà moris habent ου ponere diphthongum, ubi ο tantùm breve à reliquis ponitur. Sic νοῦσον pro νόσον scribere amant: οὔρον pro ὄρον. οὔρεα pro ὄρεα. adeò ambitiosè affectârunt litterarum ab se inventarum usurpationem, eas omnibus locis inculcando, singulisque vocibus inferciendo, ita ut legitimas & priscas sede suâ deturbarent, & has recentiores in locum earum reponerent. Sic ἀνδρεῖτην pro ἀνδρείαν scribebant, βασιληῖτην pro βασιλείαν. ἰσορίην pro ἰσορίαν. Sic θῶμα

θαῦμα, τρώμα pro τραῦμα, & similia sex-
 centa. sic διξά & τριξά pro διαξά & τριαξά.
 nam ξ novitia littera & Ionici inventi. sic τ
 in θ mutant, & κ in χ quæ omnes litteræ
 adjectæ fuere ad complendum numerum vi-
 ginti quattuor litterarum: quod comple-
 mentum unô ore omnes Ionibus attribuunt.
 Harpocraton: τὴν γὰρ τῶν εἰκοσι τεσσάρων
 στοιχείων παρὰ τοῖς Ἴωνιν ὕπερον εὐρεθῆναι. Ul-
 tima igitur hæc & recentissima litterarum
 dispositio & formatio, quam Iones introdu-
 xerunt. Scriptura verò, quâ illius Farne-
 siæ columnæ monumentum exaratum legi-
 tur, non Ionica est, sed ab Ionica longè di-
 stat. nunquàm enim Ionicus ὁδεν pro οὐδεν
 scriberet: nec Ηερόδο pro Ηεράδου: nec ΤΕΙ
 pro τῆι. nec τοι pro τῷ: quod in hac inscri-
 ptione passim occurrit. Veterum igitur Græ-
 corum hæc scribendi consuetudo, ante re-
 pertas ab Ionibus viginti quattuor litteras.
 de qua scribendi consuetudine, præter ea
 quæ in superioribus adduximus, libet etiam
 adferre insignem locum Marii Victorini de
 Arte Gramm. lib. 1. (col. 2468. extr.) simul,
 ut cum gravi mendô liberemus: ita igitur
 apud eum scribendum: *Et significaveram prius-*
quàm Græcis inter vocales reperta essent η & ω,
vicem earum tam apud illos, quàm apud nos
explêsse, i & o: o etiam scribi solitam pro sylla-
ba

κα ω. E autem pro ε & ἦτα. Easdemque ο & ε quoties accepissent in finem ἰῶτα, dativum casum apud utrosque significare, & harum scripturum exempla non solum ex libris veteribus, sed etiam ex peritorum quorundam scripturionibus, ut κάμελοι, κάπροι. Hanc eandem planè scripturam licet in isto lapide observare, nimirum ο pro ου ε adjuncto ἰῶτα in finem dativum casum significare, ut ἐν τῇ pro ἐν τῇ. item ο adjuncto ἰῶτα tertium etiam casum notare, ut ὁδοῖ pro ὁδῶ: ἀγροῖ pro ἀγρῶ: ἐν τοῖ pro ἐν τῶ. Sic planè apud Victorinum, κάμελοι pro καμήλω; & κάπροι pro κάπρω. Non poteramus locum illustriorem adducere, ad scripturam illius columnæ exponendam, quod autem ait Victorinus, eâ scriptione usos esse Græcos ante repertas vocales η & ω, ego & post repertas easdem diu in usu mansisse apud Græcos scio; atque in veteribus præcipuè monumentis inscribendis, aut scribendis fœderibus locum habuisse. Sed & ejusdem scripturæ exempla extitisse in veteribus libris suò tempore non obscure inquit idem Victorinus. Et nos suprâ, p. 68. notabamus ex Achæi Omphale, Διονύσο pro Διονύσου nam quamvis ο inter veteres litteras Atticas fuerit, nunquàm tamen eam litteram Attici cum ο junxerunt ut syllabam facerent, sed ο semper apud illos & pro ου syllaba, & pro ω ponebatur. sic autem declinabant

bant & scribebant, Ο ΛΟΓΟΣ, ΤΟ ΛΟΓΟ,
 ΤΟΙ ΛΟΓΟΙ: pro τοῦ λόγου, & τῷ λόγῳ. Ve-
 lius Longus de orthographia, col. 2215. *Græco-
 rum vero, qui de antiquis litteris scripserunt, com-
 mentarii, item Latinorum, qui illos sequuti sunt,
 eâdem litterâ veteres solitos scribere ostendunt,*
 μακρὸς, μακροῦ, μακρῶ, & confusas fuisse ο
 & ου & ω. ita legendus ille locus, qui cor-
 ruptissimè excusus est. quod ait eâdem litterâ
 veteres scripsisse, μακρὸς, μακροῦ & μακρῶ,
 prorsus verum est: nam ita scribebant, ΜΑ-
 ΚΡΟΣ, ΜΑΚΡΟ, ΜΑΚΡΟΙ, quod est, μακρὸς,
 μακροῦ, μακρῶ. Hæc etiam inscriptio Farnesia-
 na eodem planè modò scripta est, temporibus,
 quod mireris, Antoninorum Marci &
 Pii: nam sub illis vixit Herodes Atticus.
 Sed quod longè majore admiratione dignum
 est, testor, eandem me scriptionem reperisse
 in vetustissimo Glossarum manuscripto codice
 ex Bibliotheca Puteanorum fratrum. Ex
 sunt glossæ, quarum editionem curavit H.
 Stephanus. In eo igitur libro tot locis ea
 mihi scriptura reperta est, ut non fortuitò
 ita scriptum suspicari liceat, aut negligenti-
 s librarii incuriâ, sed certâ scribendi con-
 suetudine. pauca de multis exempla profe-
 ram. Hoc enim frequentissimum existat in
 illo Glossario. μέχρι τότε pro μέχρι τούτου.

E 4

5a-

1 Laudat hunc Salmasii locum Præfatio in Labbæi
 Glossaria, edita Lutet. Paris. M. DC LXXIX. in fol. p. m. 10.

σαθμόχος pro σαθμοῦχος. κοσμός pro κοσμοῦ-
 σιν. sic σποδαῖος pro σπουδαῖος ἀλειτορησία
 εἶδος ὀρέο. πορεύο pro πορεύου· λεύσσε ἰδὲ, pro
 ἰδού. κέρητες pro κούρητες. *Ἰαβῆαντ*, ῥίπισιν,
 ἀκονίζουσιν. *Ἰνσασυτ*, εἶδος δοκαρίο καπνισμέ-
 νο, pro δοκαρίου καπνισμένου. ἀπὸ γένος pro ἀπὸ
 γένους· ἐκ μέρος, pro ἐκ μέρους. μεθύουσα pro
 μεθύουσα, & infinita talia, quæ piget ascribe-
 re. vix enim numerò comprehendendi possunt.
 sic etiam ε pro η in illo Glossario multis lo-
 cis positum repperi. ut πεποίθεις pro πεποί-
 θησις & μάθεις pro μάθησις· κίνεις pro κίνη-
 σις. Illud igitur ο σοιχεῖον pro syllaba ου po-
 situm, non tantum ante repertas viginti
 quattuor ab Ionibus litteras, sed etiam post,
 liquidò possumus affirmare. Philoxenus
 enim, qui Socratis tempore vixit, cum Dio-
 nysio rescriberet, & invitanti se negare vel-
 let, non aliud in membrana pinxit, quàm
 varias ο litteræ formas, parvas, magnas, &
 medias. Vaticana appendix proverbiorum à
 Schotto edita: μεῖζαπεμπομένου δὲ Διονυσίου
 αὐτὸν γράψαι μὲν οὐκ ἔγνω λαβὼν δὲ βιβλίον τὸ
 σοιχεῖον ο ποῖάκις ἐν αὐτῷ περιέγραψε μόνον,
 εἰς μικρὰ καὶ μέγала τὸν τοῦ γράμματος χαρα-
 κτῆρα τύπῳ, καὶ ὅτι τὴν παρακλήσιν διωθεῖται
 διὰ τοῦτο δηλώσας. apud Suidam scribitur:
 τὸ α σοιχεῖον ἔγραψε μόνον· perperam, etsi
 defendat vir doctus, qui notat α litteram

ne-

negandi vim apud Græcos habuisse. Sed fallitur vir optimus: α enim apud Græcos per se posita non negat, sed in compositione privativam vim habet. reponendum igitur in Suida: τὸ ο σοιχεῖον. quod jam vidit præstantissimus Scaliger. O igitur idem valet quod ου, & est abnutivum. Sic Βροτι, ο πίττομαι dicebant pro ου πείθομαι. Hesychius, ο πίττομαι. ου πείθομαι, βοιωτοί. ita enim legendum apud Hesychium. At contra ου diphthongum pro ο littera scribebant. quod non est veterum Atticorum, ut perperam sentiunt doctissimi viri, sed Ionum. Cum enim Attici veteres sedecim tantum numerō litteras haberent, iisque solis totam scribendi rationem constituerent, tantum abest, ut ο litteram per ου exprimerent, ut contra illā litterā solā uterentur & vicem ου diphthongi, & locō Ω. Ionicum igitur est ου pro ο. veteris autem Atticis scriptura ο pro ου. Nam Iones post constitutas viginti quattuor litteras ο litteram per ου scribebant. Rationem addunt veteres Grammatici, ἵνα σοιχεῖα κὼς αὐτὸ περισπῶται ὡς μακρὸν· βραχὺ γὰρ ὄν οὐκ εἶχεν περισπᾶσθαι. Sic etiam E per ε scribebant ab eadem ratione. Sed & hoc moris Ionici ο breve in ου mutare in singulis fere vocibus. vetus autem Grammatica quæ v non habebat, non poterat ου pro ο scribere.

Recens itaque est non vetus hæc scriptio. Apud Ausonium in Epigrammate cxxviii. v. 12.

— οὐ τibi sis, *obscene*. οὐ non est diphthongus sed littera, ut enim Eī pro simplici E: sic οὐ pro simplici O. optat igitur illi obscæno figuram litteræ O, quæ figura designat aut laqueum, quô gula stringitur, aut bojam, aut certè annulum, quô pedes vinciuntur, aut aliquod tale instrumentum, quô pedes aut collum immittuntur. illum locum non rectè interpretantur doctissimi viri. sic autem debet, ut nos diximus, exponi. Operæ pretium est etiam discutere locum ex Athenæi excerptis, nondum satis exactè animadversum. In eclogis igitur Athenæi, ut nos docuit præstantissimus Casaubonus, ita scriptum est: ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ οὐ ἀντὶ τοῦ ο σοιχείου προσεχρῶντο. Vir magnus suis in Eusebium animadversionibus hunc locum citans notat ο μικρὸν, ut vocatur hodie, veteribus inauditum fuisse, & verba Athenæi, quæ citat ille excerptorum auctor, esse ex eo loco ubi in poculo erat inscriptum Διονύσο, pro Διονύσου ἐν τούτοις, inquit Athenæus, λείπει τὸ υ σοιχείον, ἐπεὶ πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ο ἀπεχρῶντο οὐ μόνον ἐφ' ἧς νῦν τάττεται δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν δίφθογγον διασημαίνει διὰ τοῦ ο μόνον γράφουσι. Videamus an Athe-

Athenæo conveniat, cum ejus breviatore. Eclogarius dicit veteres omnes τῷ ου ἀντὶ τοῦ ο σοιχείου abusos esse. Contrà verò Athenæus apertè docet, veteres τὸ ο non solum pro littera ο usurpasse, sed etiam pro diphthongo ου. manifesta hæc dissensio est, quam miror non animadversam viris doctissimis. Aut igitur hallucinatus est illarum ἐκλογῶν auctor, & malè Athenæi verba accepit, aut sanè librarius erravit, cùm scribendum fuerit, ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ο σοιχείῳ ἀντὶ τοῦ ου προσεχρῶντο. idque convenit & Athenæo, & exemplo ab eodem producto, ubi Διονύσο pro Διονύσου. ο nimirum pro ου. Marius Victorinus de orthographia, lib. i. col. 2458. & ο similiter quoque cùm esset unum breve, & idem faceret longam syllabam, præterea exprimeret vocem, quæ apud eos per ο & υ scribitur, ου. Sed verius est nihil, mutandum in illo Eclogarii loco, qui, cùm aliud dicat, & aliud Athenæus, verum uterque tamen dicit. ου pro ο scripserunt veteres sed Ionici, ita enim & εἰ pro ε scribebant. Excerpta Athenæi: οἱ ἀρχαῖοι τῷ ου ἀντὶ τοῦ ο σοιχείου προσεχρῶντο. ὡς δὲ καὶ τῷ εἰ ἀντὶ τοῦ ε. E contrario veteres Attici τῷ ο ἀπεχρῶντο ἀντὶ τῆς διφθόγῃς ου. aut igitur Eclogarius ille verba Athenæi ex eo loco

loco ubi in poculo erat inscriptum Διονύσο
 pro Διονύσου, in animo non habebat, cū il-
 la scriberet, aut si habuit, totā re falsus est,
 & mentem Athenæi minimè cepit. Ergo
 antiquorum fuit Græcorum hæc scriptura
 ο pro ου, quam videmus expressam in hac
 columnæ Farnesianæ inscriptione. Recentio-
 rum autem, hoc est Ionum, ut ου diphthon-
 gum scriberent pro littera ο, ob eas ratio-
 nes, quas superiùs adduxi. Priscianus, lib. I.
Pro ο quoque ου solent frequenter ponere Græci,
οὔρος, οὔλος, ' pro ὄρος, ὄλος, νοῦσος pro νόσος
dicentes: quod nos frequenter habemus in fina-
libus maxime syllabis, ut Priamus, Pylus, Pe-
lium, u tamen corripientes. Restat ut & il-
 lam scriptionem, quæ in eadem Farnesiana
 columna visitur, exponamus, & ejus ratio-
 nem explicemus. Sic enim in ea scriptum
 est: Η Ο pro ὀ. Η Ε Ρ Ο Δ Ο pro ἡρώδου.
 Η Ο Δ Ο Ι pro ὀδῶ. Ε Ν Η Ο Δ Ι Α pro ἐνοδία.
 Sciendum est, aspirationis notam Η, quæ ut
 plurimū Latinis vocibus præponi solet,
 eandem etiam vim ac figuram apud veteres
 Græcos obtinuisse, nec superscribi tantū
 initio vocum ab vocalibus incipientium so-
 litam, ut hodie consuevit, sed etiam ascri-
 bi: ut Η Ε Κ Α Τ Ο Ν, quod hodie nobis
 est εκατὸν. Ideoque veteres, cū centena-
 rium numerum notare vellent, Η tantū
 scri-

1 in meo codice est. οὔλος; ὄρος; col. 555.

scribebant, quæ prima littera est vocis HEKATON. Sic quoties unum notabant, litteram ponebant, quæ prima est vocis ἑκα, quâ unum significatur. Sic Δ, designabat duo: sic Τ, tria: & similia. Scaurus: *Quibus primum illud respondemus, H & esse litteram & apud Græcos quoque fuisse, quod significant Attici, qui principes litteras vocum, à quibus earum nomina incipiunt, numeris notantes, hanc quoque in eadem significatione utantur. Nam quoties unum notant, litteram ponunt, quoniam apud illos μία ἑκα dicitur: δύο, δ: τρία, τ: sic & ἑκατόν, id est centum H litterâ notant. sic enim legendus doctissimi Grammatici locus qui vulgo depravatissimus circumfertur. Priscianus idem observat: vetustissimi enim, inquit, quique Græci pro aspiratione H scribebant: quam habebat HEKATON in principio. Vetustissimi autem illi Græci, quos intellexit Priscianus, sunt Attici, ut habetur apud Scaurum; nec omisit id monere Priscianus his verbis: Una per i scribitur antiquo more Atticorum qui solebant principalem nominis numeri litteram ponere & significare numerum quod idcirco nobis notandum est, quia docemus paullò post non Ionicam esse, sed Atticam hujus veteris monumenti Farnesiani scripturam. Præterea reliqui Græci alias no-*

tas

tas aspirationis habebant, ut mox dicturi sumus. vetustissimorum igitur Atticorum fuit hæc aspirationis nota, H, quam vocum initio ad latus adponere consueverant, non ut nunc solemus, superponere: cujus rei nobis exemplum suppeditat non semel hæc Farnesianorum hortorum columna. Ideoque litteram eam esse vult Scaurus, & sic veteribus Atticis habitam ostendit. Sive littera, sive nota est, sciendum est, esse constatam ex dasea & psile. Dasean ita pingunt veteres, Η. psilen autem sic, Η. quas duas notas si jungas in unam, habebis planè nostram, & veterum Atticorum, H. Isidorus: *quorum duorum accentuum figuram Latini ex ipsa aspirationis nota fecerunt. unde si jungas has, fecisti eandem aspirationis notam H. rursus si medium ejus apicem scindis, dæceian & ψιλὴν facis.* quod verissimum est. Illud etiam valde notatu dignum, in plerisque veteribus codicibus Latinè scriptis, Latinis vocibus anteponi F, more Græcorum: ut Fomo, Fumus, & similibus. quod nos vidimus in antiquissimo Glossarum codice, qui servatur in Bibliotheca Palatina, & in Isidoro manu exarato ejusdem Bibliothecæ, & aliis non paucis. Apud Æoles autem viue aspirationisungebatur digamma, quæ figura non multum distabat a dasea ceterorum

Græ-

Græcorum : unâ quippe tantum *κεφάλαια* in planum collocatâ differebat. duas enim lineas jacentes habuit digamma, daseâ unam, sic enim pingebatur, F. atqve ideo digamma vocabatur quod duplicem gammam referret. Scribebatur & sic, *ϝ*. planè ut *ψ*file *ϝ*. nisi quòd unâ lineâ porrectâ amplius habet. Atqve hoc digamma præfigebatur omnibus verbis à vocali incipientibus, sive ea lenem spiritum exigent, sive asperum : ut *Φοινός*, *Φελεινή*, *Φοῖκος* & quemadmodum *ΗΕΚΑΤΟΝ* Attici scribebant, sic *Æoles* *FEKATON* pro eodem. Et quod in hac nostra inscriptione exaratum est, *ε* *Ηο ἐστίν* : *Æolicô* more idem qui-vellet exararet, *Ἔο ἐστίν* poneret : & pro *ΗΕΡΟΔΟΤ*, *FEΡΟΔΟΤ*. Et in illo versu *Æolici* Poëtæ, *Νέστορα δὲ Φοῦ παιδός*, Atticus posuisset, *Νέστορα δὲ Ηοῦ παιδός*, hodie verò est, *Νέστορα δὲ οὗ παιδός*. Nec initio tantum vocum eam notam adponebant, sed etiam in medio, ut *ΔημοΦοΦων*, *ΛαΦοκαΦων*. hoc est *ΔημοΦούων*, & *Λαυοκάων*. pro *ΔημοΦόων* & *Λαοκάων*. ut *πῦρ δάΐων* apud *Alcmanem*, pro *πῦρ δάϊων*. perperam autem *ΔημοΦάων* apud *Priscianum*, lib. 1. col. 547. scribitur, qui ipsemet vidisse testatur illa *Epigrammata* in vetustissimo tripode *Apollinis*, qui stat in *Xerolopso* ² *Byzantii*. Græci etiam veteres interponebant aspirationem mediis

1 f. exarare. 2 *Xerolopho* ego habeo.

vocibus, ut in hac ipsa inscriptione videmus; ENHOΔΙΑ. sic δᾶφιον, ᾠφῶς. ᾠφόν. Attici veteres eodem planè modò scribebant, ΤΑΗΩΣ, ΛΕΗΩΣ, ΠΡΑΗΟΣ, ΤΙΗΟΣ, ΛΑΗΟΣ. hoc est, ut hodie scriberemus, ταῶς, λεῶς, πρᾶός, ῥός, λαός. in quibus omnibus vocibus scriberent Æoles, ταφως, πρᾶφος, ῥφος, λαφως, ut λαφοκόων ¹ supra legimus apud Priscianum pro λαοκόων. Videndus Athenæus, & post illum Eustathius in Homerum: ex his constat idem prorsus officium fuisse τοῦ Αἰολικοῦ F & Ἀττικοῦ Η. & ad eundem usum omnino adhiberi utrumque solitum. nam pro nihilo ducebatur in metris, non secus atque nota aspirationis, ut hic versus ostendit apud Priscianum:

Ἀμμες δὲ Φειρήσαντο, τόδ' ἄρθρο μοῦζα λίγεια. ²
nam si scribas: Ἀμμες δὲ βειρήσαντο — non staret versus. simplicis igitur aspirationis ibi munere fungitur, nam Φειρήσαντο, est pro εἰρήσαντο vel ἰρήσαντο, hoc est ἡῦξαντο. ubicumque igitur locus erat aspirationi in Græcis vocibus, ibi Æoles suum F adponebant. sic diétiones omnes, quæ ab ῥῶ littera incipiunt, quia solet adspirari, ipsi locò aspirationis β præponunt, nam in eam litteram mutari

con-

¹ Fortè Δαφοκάφον, hoc enim habuit Salmas. p. præcedent. 79. pro Λοοκάων.

² In mea Putschiana vitiosissimè legitur col. 546. extr. ἄμμες δ' Φειρήσαν τό δ' ἑ τ' ἄρ θέτο μῶσα λήγεια.

conſuevit illorum digamma. hinc βρόδον pro
 ῥόδον dicunt. βρυτῆς pro ῥυτῆς. βραίνος pro ῥαί-
 νος. quæ dictiones apud antiquiſſimos Atti-
 cos ita ſcriberentur: ΠΗΑΚΟΣ, ΠΗΥ-
 ΤΗΡ, ΠΗΟΔΟΝ. Digamma autem illud
 Æolicum, tranſire ſolet modò in β, modò
 in υ apud Græcos, hoc eſt in u Latinum.
 nam υ Græcis interdum conſonantis, inter-
 dum vocalis ſedem occupat, ut δάϕιον eſt
 δάυιον. αῖψως, αὐώς. Tranſit in β quoties
 præponitur vocalibus, initiò dictionis, ut
 Φιςχύς, βιςχύς, Φέλη, βέλη. Sed & in me-
 dio quoque dictionis mutatur in β: ut ἔφα,
 ἔβα, ἔφαζον, ἔβατον apud Syracuſios. & αἰ-
 Φέλιον, αἰβέλιον. αἰΦήδονα, αἰβήδονα pro αἰηδόνα.
 Nam fallitur Priſcianus, qui ſcribit ' digamma
 niſi vocali præponi, & in principio ſyllabæ
 non poſſe. nec ea ratio eſt, quam ibi adfert,
 quare Æoles βρόδον dixerint potiùs, quam
 ῥόδον, quia ſcilicet β vel digamma poſt ρ in
 eadem ſyllaba pronuntiari non poſſet: in
 multis enim non pronuntiabatur, quamvis
 in principio ſyllabæ poſitum, ut in illo ver-
 ſu quem ipſe producit ex veteri poëta: Ἀμ-
 μες δὲ Φειρήσαντο — Si Φ mutes in β, le-
 ge verſus excidiſti. pro ſimplici igitur aſpi-
 ratione eò locò ponitur, atque ita etiam po-
 neretur in voce ῥόδον quemadmodum At-
 ticus ῥήδον hoc eſt *Rhodam*. Sed gaudent
 1. col. m. 547. F ejus.

eiusmodi transmutationibus Æoles. Hinc βρόδον potius, hoc est Φρόδον quàm ρ'όδον dixêre: sic σκίφος dicebant iidem pro κσίφος σκένος pro κσένος. Aliquot exempla nobis proferenda sunt Æolicæ hujus litteræ five notæ, in β mutationis, ex quo Latinæ plurimæ voces fluxêre: ἴτυς, cum Æolico digamma βίτυς. hinc Latinum *vitæ* pro circumferentia rotæ, εἰκαθι, Æolicè βείκαθι. Hinc Latinum *viginti*. Φοῖνος hoc est βοῖνος. vinam. ἀνέω, βωνέω *veneo*, ισκός Æolicè pro ἰξός, βισκός, viscus. ἐμῶ, βεμῶ. *vomo*. ἔτος, βέτος: *vetus*, annosus. Hesychius: ἔρρω, βέρρω. *perdo*, *verro*. Sunt alia infinita, quæ libens prætereo, & alii operi reservo. sic βέλα pro ἔλα. Hesychius: βέλα, ἔλη αὐγὴ ἡλίου. sic βεκὰς pro ἐκὰς. idem βεκὰς, μακρόθεν. βισχὺς pro ισχὺς. idem: βισχὺν, ισχὺν, σφόδρα ὀλίγον. Λάκωνες. βάγιον, ἄγιον. βαμέλγει, ἀμέλγει, βάγος pro ἄγος. idem Hesychius: βάγος κλάσμα ἄρτου καὶ μάζης, βασιλεὺς καὶ στρατιώτης. Λάκωνες. nam ἄγος Græcis utrumque significat, κλάσμα scilicet & ἡγεμόνα. βάδομαι, ἀγαπῶ pro ἀδομαι. βίρακες pro ἰέρηκες vel ἰέρακες in quibus omnibus vocibus digamma Æolicum in β transiit, quod apud Lacones non minùs, quàm apud Æoles obtinuit. Sed & apud Cretenses quoque. βαληκιώτην enim pro ἀληκιώτην vel ἡλικιώτην dicebant.

bant. Hesychius: βαλκηκιώτης, Συνέφητος·
 Κρηῖτες. idem αἰέλιον pro αἰέλιον. sic ἀνέμαι
 pro αἰέμαι: & αὐήται pro αἴται apud eundem
 auctorem, eodem pertinent. & αὐή pro
 αἴη. De quibus nos alibi fusiùs tractabimus
 in libro de Dialectis Græciæ. Sed digam-
 ma in β aut υ transire non novum est. nam
 hoc passim veteribus grammaticis observa-
 tum ac traditum est. quis verò dixit, eam
 in γάμμα quoque transmutari? Nemo sanè
 de hoc monuit. Verissimum tamen est,
 gamma litteram locò digammæ multis voci-
 bus præfici solitam apud Lacones & Æoles,
 quod in plurimis dictionibus mihi observavi
 apud eundem Hesychium: quorum paucas
 heic ponam ad exemplum. γίς pro ἰς quod
 aliàs βίς, unde Latinum *vis*. Hesychius: γίς
 ἱμάς, καὶ γῆ, καὶ ἰσχάς· lege ἰσχύς. sic γισχὺν
 pro ἰσχὺν vel βισχύν, ut suprà, p. 82. habuimus.
 idem: γισχύς, ἰσχύς. γάδος pro ἄδος. idem:
 γάδος, πλησμονή. ἄλλοι ὄξος. idem præter quod
 ἄδος· sic enim in voce ἄδος· ἄδος πλησμονή,
 κόρος, ἄλλοι ὄξος. sic γέτος pro ἔτος. γοῖνας,
 οἶνος. γοῖδα pro οἶδα. γοῖδα, οἶδα. ita legen-
 dum. γία, ἀνθη· nempe pro ἰα. γάδεσθαι pro
 ἄδεσθαι. suprà, p. 82. habuimus βάδεσθαι pro eo-
 dem. sic γεσία pro ἐσία. suprà erat βεσία. unde
Vesta Latinis. γέκαλον pro ἔκαλον vel ἔκηλον,
 quod aliis βέκηλον. γίκαλον, ἥσυχον· γέας pro
 ἔας.

ἔαρ. & γέλουρον pro ἔλυρον· γέλουρον, ἔλυρον ἤγον· λέπυρον. qvæ vox omnino Laconica est, aut Æolica: nam Æoles & Lacones ου pro υ scribebant. θυγάτηρ pro θυγάτηρ Æoles. ποῦανοι autem pro πύανοι Lacones, & καροῦα pro κάρυα, & διφοῦρα pro γέφυρα, &c. sic γελίκη pro ἐλιξ, & alia, qvæ numerô carent. in qvibus omnibus paret, simplicem gammam positam pro digamma vel duplici gamma: hoc est Γ pro F. Et sic certum Γ & Ε locô digammæ dictionibus a vocali incipientibus præponi solitum. nam βέλα & γέλα pro eodem accipitur: γάδος & βάδος. γέλιξ, & βέλιξ. γοῖνος & γοῖνος· βέμμα & γέμμα. Æolicum enim est ἔμμα ἀντὶ τοῦ ἱμαίου. Hinc præpositô digammâ, βέμμα & γέμμα dictum est. Hesychius: γέμματα, ἱμάτια. Notandum est præterea, priscos Latinos, cùm in multis Æoles imitarentur, eas ferè tantùm voces per digamma Æolicum scribere, in principio syllabæ, qvæ lenem spiritum haberent, ut ἐνέλοι, Veneti: ἰς, vis: οἶνος, vinum. οἶκος vicus. ἦρ, ver. ἰόν & ἰολας, viola, ἐσθῆς, vestis. Hôc enim digammâ Æoles utebantur, ubicunqve aspiratione opus esset, ad vitandam spiritus asperitatem. in reliquis autem, dictionibus, qvæ apud Græcos aspero flatu notantur, cùm eas in suum idioma transferrent, non *u* sed *f* aspira-

aspirationis locô ponebant, ut *ῥες*, *ῥνες*; *ὀλκός*, *fulcus*; *ἔρπω*, *serpo*, & similia. quod Atticorum veterum more videntur fecisse. nam & hi Æolicum digamma per sigma aliquando enuntiabant. *μῶα* Æolicum est pro cantilena. Hesychius: *μῶα*, *ᾠδὴ ποία*. adde digamma, erit *μῶφα*. ut *ὠὸν*, *ὠφὸν*, unde Latinis *ouunt*. Ceteri Græci *μῶσαν* & *μοῦσαν* pro *μῶναν* scripserunt. sic *γερωῖα* *γερωφα*. Atticis *γερουσία*. Falsum tamen est quod notat Priscianus, Æoles ubique locô aspirationis digamma ponere, ad effugiendam spiritus asperitatem. Non enim tantum iis vocibus, quæ asperabantur, præficiebant illam litteram, sed quibuslibet, & illis etiam, quæ leni flatu efferebantur: omnibus denique vocalibus, & in principio, & in medio vocabulorum eam prænotabant. Falsum item quod dicit, Latinos in multis, non in omnibus Æolum consuetudinem sequi, ut cum dicerent, *vespera*, *vis*, *vestis*. Nam & in illis ipsis Æoles maximè sequuti sunt veteres Latini. Æolum enim est, *βίς*, *βέσπερος*, & *βεσθής*. Æoles sanè in multis *φιλωτικοί* erant. nam quæ apud alios *δασύνονται*, ipsi *φιλοῦν* consuevêre, ut *ἔμμα* pro *ἔμμα*, *ἄμμες* pro *ὑμεῖς*. illis tamen ipsis vocalibus, quas leniter pronunciant, suum illud digamma præponunt, dicentes *ἔμμα*, & *ἑάμμες*. non

igitur fugientes asperitatem spiritus hoc faciunt, sed hoc ipsum pro aspiratione habent, ut initiô hujus exercitationis diximus. Sed quoniam semel indulsumus calamo, pergamus porro. Certum est, veteres Latinos F litteram ad Æolici digammæ exemplar effinxisse, immò eandem utriusque litteræ figuram esse, sed vim ac potestatem diversam. Nam F Latinorum idem sonat ac valet quod φ Ionicum. F verò Æolicum idem quod G vel V Latinum, quando pro consonante accipitur. Latini tamen utramque litteram, digamma scilicet Æolicum, & φ Ionicum in multis vocibus per B scripserunt. nam & Βελέναν *Belenam* dixerunt, & Φάλαγγαν, *Balanam*: Φρύγες, *Bruges*, Macedonum more qui Είλιππον ἀντὶ τοῦ Φίλιππον dicebant, & Βαλακρὸν pro Φαλακρὸν, Βερονίκη pro Φερονίκη. F igitur Latinum ex Æolico F expressum esse consentiunt & veteres Grammatici¹ his verbis: F verò, G & Q in Graecis etiam litteris fuisse & nunc esse, sed G numero² servire, atque nonaginta significare. F autem Æolis duntaxat, idem valere, quod apud nos V, cum pro consonanti scribitur, vocari-
quo

1. Mar. Victorin. 1. Artis Gramm. col. m. 2468.

2. In meo libro est: G. numero VI. (hiatus autem qui est inter duas illas litteras V & I in meo exemplo indicat unitatem alteram, I. nempe, excidisse incuriâ fortè typographi) Q. nonaginta significare. &c.

que Van' & digamma. Ideò Claudius Cæsar, cùm illud digamma recipere vellet in ordinem litterarum, quia jam ejus figuram occupaverat vetus F Latinum, quamvis diversæ aliquantulum potestatis, coactus est contrarium illi situm figuramque commodare, ne confunderetur cum F Latino. scripsit igitur averfam & inverfam illam litteram, hœc modò, Ꝛ. quæ tamen idem prorsus valeret quod Æolicum F. Præterea ut *Ἑκατόν* apud Æoles, & *Ἑκατόν* apud veteres Atticos, diversa figura, sed eodem modò aspi- rabatur: sic veteres Latini H & F indiffe- renter in vocabulis compluribus usurpârunt, cùm *Hircum*, & *Fircum* dicerent: *Hœdum*, & *Fœdum*; *Herbam* & *Ferbam*: *Heliconem* & *Feliconem*: *Hariolum* & *Fariolum*. Glos- sæ: *Fariolus*, *προφήτης*, *ὑποκόπος*. sed & *pariolus* in iisdem glossis scribitur. sic *Habam* & *Fabas*. Et quemadmodum F & H con- fundebant in quibusdam dictionibus, sic & C. Nam *Curmen* & *Furmen* pro eodem di- cebant. Glossæ: *Curmen*, *ζύθος*, ἀπὸ σί- του *Carmin* Dioscoridi dicitur. alibi *furmen* vocatur. sic *curcilla* & *furcilla*. Isidori Glos- sæ: *Curcilla* oppilago. alibi *furcilla* pro eo- dem. sic *culina* & *fulina* idem. in iisdem glossis, *culina*, *fulina*. Sic *Fannus*, & *Cau- nus*. qui enim *Fannus* Virgilio, cum *Caunum*

legit Fulgentius, & interpretatur quasi *καμνονον*, in libro de continentia Virgiliana. Pari modô H & C invicem commutantur. Nam *Cirnea* genus vasis Nonio Marcello notatur. Plautus, *Amphitr.* I. I. 273. vocat *Hirneam*. *Canius* consulis cujusdam nomen est, apud Agrimensores. at eum *Hanium* nominant veteres inscriptiones. In iisdem Agrimenso- rum libris *cectorium* ponitur pro *hectorium*. *Cectoria* hoc est, *rotundus est, sicut modius. est fossa circa publica*. *Cectoria* pro *Hectoria*, *ἔκλον* enim *modius* Græcis. unde *Hectorium* vel *cectorium* illis auctoribus, quod rotundum est sicut modius. ut fossæ rotundæ. Valerius de Notis scribit, antiquos *Clocô* H posuisse. Hinc *ἑκατόν* *Æolum*, & *ἑκατόν* *Atticorum*, Latini veteres *Centum* dixerunt. Exploratum igitur est, vetustissimos Atticos litterâ *H̄* pro aspiratione usos esse, anteqvâm Iones litteris octo adjectis ad priores sexdecim, implerent numerum xxiv. Tunc enim ex *H̄*, quæ aspirationi tantum serviebat, E longum fecerunt, ipsamque H in duas partes sciderunt, *h* & *j*. ut ex ejus partibus totam aspirandi rationem conficerent. adposita enim hæc nota *h* vocalibus, eundem usum præstabat, quem olim integra H. Marius Victorinus, col. 2469. *Ac H̄ra, quæ nunc a nobis scribitur, adspirandi vicem obtinuisse, & a nostris retentam propter*

peregrina nomina, nunc poni & ante vocales, & juxta C & T & P. ita legimus mendosissimum in vulgatis editionibus Marii locum. habetur enim vulgò: ac ita. ita pro ἡτα. sed & vicem pro vocem; reposuimus. sic in superioribus, p. 70. ejusdem Grammatici locum pari mendâ affectum correximus. Nam ubi legebatur: E autem pro ε & ἰῶτα legendum docuimus, pro ε & ita. hoc est ἡτα. nunquam enim E pro ἰῶτα apud veteres Græcos positum est, sed pro ἡτα, hoc est E longo. tantum igitur abest ut H hoc est ἡτα conflata fuerit ex duabus illis aspirandi notis H & χ, quod ante, p. 78. ex Isidoro notabamus, ut contrâ eæ notæ ex dividuo H factæ sint ab Ionibus, ut aspirationi servirent, postquàm integrum Hτα in numerum vocalium receperunt, & pro E longo usurpârunt. posteriores ergo istæ notæ sunt, & ab Ionibus inventæ. Sed cujus rei causâ nobis hæc longa & morosa disputatio instituta est, id absolvamus tandem. Hujus scilicet Inscriptionis Farnesianæ scripturam, non esse Ionicam, ut sibi persvaserat vir summus, sed merè Atticam, & Atticorum veterum. Nam παλαιὰ γράμματα Ἀττικὰ vocabant veteres, & de illo scripturæ genere intelligebant, quæ ex sedecim tantum numerò litteris confiebat. ut contrâ Ionicam, quæ viginti quattuor peragebatur. quæ & recentissima est, & ea

ipsa, quam vulgò Græci hodièqve retinent. Quapropter cùm dicit Plinius veteres litteras Græcas penè easdem fuisse cum Latinis, Atticas vetustas omnino intelligit, quod ex ipsa inscriptione, quam ibi posuit, certò colligi potest. Atheniensis enim civis ejus auctor est. *Ναυσικράτης Ἀθηναῖος*. Quinimò tutò licet affirmare, inter veteres Atticas, & Cadmeas litteras nihil aut parum intersuisse, quod ad figuram earum ac numerum attinet. qui enim adjecerunt ad numerum, non dicuntur novâsse priorum formam, sed novas tantum addidisse, ut paullo antè dicebamus. Nam Cadmeæ litteræ sedecim tantum numerò fuere, veteres Atticæ totidem: nec plures Euander in vetus Latium invexit. Iones, qui numerum illum ampliârunt, & usque ad viginti quattuor progressi sunt, præter novarum additamentum, priorum etiam usum non leviter immutârunt. Nam *ω* pro *ο*: *οῦ* pro *ο*: *υ* pro *ι*, scribendum primi docuerunt. quod de novo ab illis inventum est. præterea *ψ* pro *π*: *ξ* pro *κ*: *Θ* pro *Τ*: *Χ* pro *Κ*: *Φ* pro *Π*, scripserunt: in quibus non parum diversi abire ab illa vetere, & Cadmea scribendi ratione. Quare cùm scribit Herodotus similes in multis litteras Ionicas Cadmeis sibi visas esse, non de aliis Cadmeis aut aliis Ionicis,

nicis, quàm quibus diximus, intelligendum est. non enim per Cadmeas, Phœnicias intelligit, quibus Phœnices in patria Phœnice utebantur, sed novas illas, quas in Græcia sibi commenti erant Phœnices, multum nativis Phœniciis dissimiles. Nam & locutionem & scriptiōnem aliam jam ac Phœnissā longè diversam insueverant. Cùm igitur inscriptiones illæ, quas in tripode Apollinis Ismenii insculptas vidisse se testatur Herodotus, lingvâ Græcâ, non Phœnissâ conceptæ sint, dubitari vix potest, quin & eorumdem scriptura litteris Cadmeis, hoc est veteribus Græcis, (quibus scilicet Græci ante repertas ab Ionibus viginti quattuor litteras utebantur) comprehensâ fuerit. Adcò ut mihi planè constet epigraphas illas hòc modò fuisse scriptas:

ΑΜΠΗΙΤΡΗΙΟΝ ΜΑΝΕΤΗΚΕΝ ΕΟΝ ΑΠΟ
ΤΕΛΕΒΟΛΟΝ.

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν εἰς τὸν Τηλεβόλῳ.
ΣΚΑΙΟΣ ΠΙΓΜΑΚΗΕΟΝ ΜΕ ΗΕΚΕΒΟΛΟΙ
ΑΠΟΛΛΟΝΙ
ΝΙΚΕΣΑΣ ΑΝΕΤΗΚΕ ΤΕΙΝ ΠΕΡΙΚΑΛΛΕΣ
ΑΓΑΛΜΑ.

Σκαῖος πυγμαχέων με ἐκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
Νικήσας ἀνέθηκε τείν περικαλλές ἄγαλμα.
ΔΑΟΔΑΜΑΣ ΤΡΙΠΟΔ ΑΙΤΟΝ ΕΙΣΚΟΠΟΙ
ΑΠΟΛΛΟΝΙ

ΜΟΝΑΡΚΗΕΟΝ ΑΝΕΤΗΚΕ ΤΕΙΝ ΠΕΡΙΚΑΛ-
ΛΑΜΑ. Λαο-

Λαοδάμας τρίποδι' αὐτὴν εὐκρόπω Απόλλωνι

Μοναρχέων ἀνέθηκε τὴν περικαλὴς ἀγαλμα.

Scripturam Cadmeam & Ionicam alternis posuimus, ut constaret verum esse, quod scriptum reliquit Herodotus, Ionicas litteras easdem penè fuisse cum Cadmeis. nam idem paullò antè eòdem locò scripserat, Ἴones paullum tantum immutâsse τῶν Καδμητῶν γραμμάτων ῥυθμόν. quatenus autem illum ῥυθμόν mutaverint, nos superiùs, p. 58. ostendimus. Non est igitur dubitandum, ut eò redeamus unde sumus digressi, scripturam, quæ nobis in hac inscriptione Farnesiana exhibetur, vetustissimorum Atticorum more esse conceptam. Character verò litterarum magis Romanus est, quàm Atticus. ut DEMETROS. MARTUS. Nemo enim, quantumvis doctus, mihi persvaserit Græcos veteres, suum ῥῶ, ut. Latinum R formâsse, & D rotundum ἀντὶ τοῦ Δ usurpâsse, quàm formam trigoni vetustissimi quique τῷ δέλτῳ attribuant. Sed & V pro T numquàm scripserint Græci. Nam si originem ejus litteræ ultimam repetamus, inveniemus Palamedem ex gruum volantium agmine eam figuram reperiisse. Grues autem ordine volantes T non V faciunt. Grammatici prætereà veteres scribunt, *Latinos T eòdem ordine scripsum habere, quò Græci, recisâ tantum virgulâ.*

De.

Deinde Plinii locus, cujus auctoritate id probare maximè contendunt, is maximè hanc sententiam impugnat. Scribit Plinius locò jam suprà, p. 46. citatò: *Veteres Græcas fuisse easdem penè, quæ nunc Latina. indicio erit Delphica tabula antiqui æris, quæ est hodie in Palatio donò principam Minervæ dicata in Bibliotheca, cum inscriptione tali, Ναυσικρατὴς Τισαμένου Ἀθηναῖος ἀνέθηκεν. quam inscriptionem si ita perscribas, ut voluit vir doctissimus: NAUSIKRATES. TISAMENO. ATHENAIOS: cur scripsit Plinius, easdem penè fuisse Græcās veteres cum Latinis? Nam debuit scribere, easdem omnino Græcas & Latinas fuisse. Non supervacuum tantum illud *penè*, sed etiam falsum, cùm nulla littera in illa inscriptione sic exarata, appareat, quæ non sit merè Latina. Sed verius est, eam inscriptionem veteribus litteris Græcis, hoc est Atticis, sic fuisse conscriptam: ΝΑΥΣΙΚΡΑΤΕΣ. ΤΙΣΑΜΕΝΟ. ΑΘΗΝΑΙΟΣ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ. Nam paucis exceptis omnes litteræ eadem quæ & Latinæ. At in hac Herodis inscriptione omnes Latinæ sunt, paucis tantummodò exemptis. Scriptionis autem modus verè Atticus, & vetus. Nec mirum est in Græca inscriptione litteras Latinas fuisse depictas parvâ utriusque gentis litterarum differ-*

ferentiâ, & magnô lingvæ commerciô. quod & in aliis monumentis videre est. Nummus Hadriani Imperatoris, quem descripserunt docti viri, sic habet: KAISAR SEMNOS AΔPIANOS. ubi R & S litteræ planè Romanæ sunt: ceteræ communes Græcorum & Romanorum. Sic in alio nummo Augusti V Latinum pro ou positum. ATT. KAICAP ATΓVCTOC. Sic in veteribus Græcis codicibus manu exaratis figura u Latini, ἀντὶ τοῦ β reperitur scripta, ut uον, uοίδιον, uοῦς. pro βον, βοίδιον, βοῦς. de quibus omnibus nos aliô locô & opere latius differemus. Atque hæc ad hunc locum satis. immo plus satis. Non tamen poenitet longâ ac exactâ disputatione litterarum Ionicarum, & veterum Atticarum Cadmearumque discrimen explicasse. Testis est Quinctilianus, lib. i. c. xiii. (al. vii.) extr. Messalam, at quem virum? quosdam totos libellos non verbis modò singulis, sed etiam litteris dedisse. Nos vix dimidiatô libellô omnium ferè litterarum rationes explicatas tradidisse quis reprehendat?

ΤΟΦΡΑ ΚΕ ΚΑΙ ΤΡΙΟΠΕΙΑΙ] Triopeas denominari vult Minervam & Nemefim a Triopio, hoc est loco ipsis consecrato. Notum est apud veteres diis cognomina indita ex locis in quibus colebantur. Hinc Τριόπειαι Nemesis & Minerva a Triopio, quod ipsis

ipsis consecravit Herodes. ut Nemesis Rhamnusia a pago Atticæ Rhamnunte ubi colebatur, & Pallas Attica & Ceres Attica, quarum Athenis præcipuus cultus erat institutus. Ceterum, quod ex his verbis liqvere putat vir doctissimus, non solum ædem Triopæ Triopeium dictam, sed etiam illud universum territorium, & hanc rationem addfert, quod non poterant Minerva & Nemesis Triopæ cognominari a Triopio templo, id jam abundè suprâ, p. 37. confutavimus. Primum ædem Triopæ in illo loco nullam fuisse certum est. Deinde satis liquet ex inscriptione Farnesiana Triopium non totum territorium fuisse nominatum, sed illam tantum possessionis partem, quam muris incluserat Herodes, & his deabus dedicaverat, ut ex hac etiam inscriptione patet. A Triopio igitur Triopæ Minerva & Nemesis; ut à Triopio urbe Cariæ vel Cnidiæ Triopius Apollo, Triopius Neptunus, & Triopiæ Nymphæ. Nam ibi colebantur, & in eorum divorum honorem certamen quotannis instaurabatur. Scholiastes Theocriti: ἡ τῶν Δωριέων πεντάπολις, Λίνδος, Ιάλυρος, Κάμειρος, Κῶς, Κνίδος· ἄγεται δὲ κοινῇ ὑπὸ τῶν Δωριέων ἁγὼν ἐν Τριόπῳ, Νύμφαις, Απόλλωνι, Περσείδῳ. Καλεῖται δὲ Δώριος ὁ ἁγὼν, ὡς Ἀγισεΐδης φησὶ. Meminit Herodotus Triopii Apollinis tantum, non

non Neptuni aut Nympharum. apud quem
& Τελοπικῶν ἱεροῦ mentio. Hoc verò Τελο-
πίον Herodis unde nomen sumpserit, ignoro.
Τελόπου qvidem ipse dicit ἐπώνυμον. Sed
qvæ ejus denominationis ratio sit, non vi-
deo. Unde enim hic Triopas, & qvare huic
loco nomen dedit? Nam ædem Triopæ in
eo loco fuisse, quis nobis indicavit? aut
qvis nos docuit Triopam hunc pro Deo
fuisse cultum veteribus? Deinde, cùm hic
Herodes in isto Triopio simulacra Minervæ,
Nemesis & Neptuni constituerit, & dedica-
verit, atqve etiam Cereris & Proserpinæ,
non ab aliquo horum Deorum locum fuisse
appellatum miror, sed ex loco Diis potiùs
cognomina imposita, ut Triopei diceren-
tur. An a triquetra forma Τελοπίον sic locus
dictus est? nam ὁψ est ὀψις. unde & Τελοψ ὁ
τρίπους. Hesychius: Τελοψ ὁ ὑπὸ τῶν πυθαγο-
ρικῶν ἐν Δελφοῖς τρίπους. Cùm igitur hic
ager Herodis tres fines spectaret, atqve in
trifinio positus esset, atqve Τελοπίον propter-
eà diceretur, Herodes ipse, ἀποσεμνύνων
καὶ ἀπαρχαΐζων τὸν τόπον, ἐπώνυμον Τριόπας
esse dixit. Et sanè verum est Τελοπίον a tri-
na facie dictum, & Τελόπος etiam esse ἐπώ-
νυμον. Immò, ut rem clariùs explicemus,
in agro Herodis ad viam Appiam hoc Τελο-
πίον constitutum est, qvòd sibi suisqve mo-
nu-

numentum esset, & Τερίονιον dictum quod in trifinio esset positum. ut plurimum enim monumenta in finibus collocabantur. Innocentius: *ipsum terminum & ipsum locum directura trifinium facit. circa Mæsileum in pedes LXX. amplius ped. minus invenies. trifinium subter rivum significat.* Sed & in trifiniis & quadrifiniis. Aggenus: *Mæsilea verò habent juris sui hortorum modum circumjacentem vel præscriptum agri finem.* Hæc sunt Frontini² verba quæ Aggenus exponens scribit: *Nam locos frequenter in trifinio & quadrifinio invenimus sicut in suburbanis, & circa publica itinera constitutum esse perspicimus.* perperam in editionibus verba Frontini, cum Aggeni expositione confusa habentur, & malè ibidem legitur: *Nam lucos frequenter.* legendum enim *locos.* *Locos* vocat Aggenus, quæ *Mæsilea* Frontino. Juvenalis, Sat. x. v. 171.

Cum tamen a figulis munitam intraveris urbem,

Sarcophagò contentus erit. ibi vetus Scholiastes, *Sarcophagum, locum* exponit: *exiguò locò contentus erit.* Hinc apud Anastasium de vitis Pontificum, *locos colere pro sepulcra colere.* pro quo dixit Ado Floriacensis in eadem historia, *loculos colere.* *loculi* enim & *locelli*

G

celli sunt γλωσσόκομα. Nam & sic Græci vocant *arcas*, quibus corpora conduntur. Sic apud Ulpianum *locus* pro monumento dicitur: *Si quis locum vendiderit, & idem venditor ab herede emptoris in eo sepultus fueris, actio de evictione intercedit.* Hæc casu enim emptor proprietatem amisit. ubi manifestò locus est Mœsileum, ut Frontinus appellat. Triopium igitur istud nihil aliud fuit, quàm monumentum ab Herode in trisinio constructum, & inde Τρίοπιον appellatum, quod parum videntur animadvertisse doctissimi viri, quod illi versus apertissimi indicant:

Ἰερός οὗτος ὁ χώρος. ἀκίνητοι δὲ θεάιναι
καὶ πολυήμεροι καὶ ὑποχρεῖν οὐκ ἔταίμαι.
Μηδὲ τις ἡμελείδων ὄρχους, ἢ ἐναλσέα δένδραν
Ἡ ποίην χιλῶ ἐναλδεὶ χλωρὰ θεούσαν
Δμῶν κυανέου Αἰδος ῥήξειε μακέδνῃ,
Σήμα νέον τεύχων ἢ πρότερον κέρειζων.
Οὐ θέμις ἀμφὶ νέκυσι βαλεῖν ἱρόχθονα βῶλον
Πλὴν ὅταν αἵματος ἦσι καὶ ἐργατος εἰσαμένοιο.

In quibus cum mentio fiat vitium, arborum, herbarum, quas excindere & effodere non liceret, vel hæc re maximè confirmatur monumentum eò locò fuisse sacratum. nam circa monumenta hortos, sylvas, lucos institui solitos ostendit Frontinus, loc. cit. his verbis: *Similiter locorum religiosorum quibus secundum cautionem modus est restituendū.*

das habent animi deasileon juris sui horarum mo-
dos circumiacentes, aut praescriptum agri suum.
 Nec enim parvus agri modus sepulcris ad-
 scribebatur, ut ex veteribus inscriptionibus
 multis colligi potest, & auctorum monu-
 mentis. Isti autem Triopio vel monumen-
 to Herodis adjunctum erat & Minerva Ne-
 mesisque aedes, in qua & aliorum deorum
 statuas collocari curaverat. Nam ut pluri-
 mum aedes & templa etiam in trifinio, & qua-
 drifinio edificari moris erat. Aggenus : *Si*
enim loca sacra edificabantur, quam maxime
apud antiquos in confinio constituebantur, ubi
trium vel quattuor possessorum terminatio con-
veniret : Et unusquisque possessor donabat cer-
tam modum sacro illi ex agro suo, & quan-
tum donasset, scripto notum faciebat, ut per
diem solemnitatis eorum privatorum, agri cul-
lioni molestiam inculcantis populi sustineret. Sed
& si quid spatiosius cedebatur, sacerdotibus tem-
pli illius praeficiebat. ita enim legendum apud
Aggenum. Illud enim observandum, ex
iisdem auctoribus limitum, templa, quæ in
quadrifinio erant posita quattuor ingressus
habuisse; quæ in trifinio, tres; quæ autem
inter duos fines constituebantur, ex duabus
tantum regionibus adiri solita. Non du-
bium est igitur hoc Τετρίσιον, quod in tres

G 2

par-

partes pateret, sic fuisse appellatum, ab Herode, qui ut appellationem augustiorem redderet, ejus causam accersivit ab antiquo quodam Triopa. idque poeticô more fecit. ὅπας Græci januas appellant. Hinc Τερίπιον, quod τρεῖς ὅπας haberet, & tribus locis apertus¹ esset. quô probatur in trisinio fuisse constitutum hoc templum. sic διόπης οἶκος Græcis, qui duos ingressus habet: & δίοποι αὐλαί, quæ² duobus foraminibus spiritum reddunt. Pollux: ἥ τε ὅπῃ εἴρηται ἐν αἰολοσίκωνι Λεισοφάνους, καὶ ὁ διόπης de janua ibi loquitur Pollux. Hefychio, ὅπῃ θύρας dicitur: αἰσπασία, ὀρέου ἔνομα καὶ εἶδος, ἡ ἀνατὴν ὅπῃ τῆς θύρας, ἡ ἀνατὴν θυρίδα. Nisi vera est hæc nominis Triopii ratio, quæ vera alia esse possit nescio. Nam quæ de cultu Triopæ, & ejusdem æde afferuntur a doctissimo viro,³ mihi non placent. Unde enim Triopas heros in Italia cultus, tam propinquo urbis loco, quem in Græcia sua hōc honore dignatum nusquam legimus, aut fando accepimus?

4 ΩΣ ΤΗΝΔΕ ΠΝΕΣΘΕ] ῥῶς (θε, non est, poten-

1 fortè apertum. 2 f. qui 3 If. Casaubono

4 ἐν ἀθανάτοις λήσθον] David Hæschelius Augustanus in Epist. cvi. Gudian. p. m. 190. edit. Ultraject. m. dcxcvii. in 4to, ad Joh. Meursium ita scribit: Herodis Inscriptionem abs te versam habeo e tuo autographo,

potenter vos gerite, ut verterunt doctissimi viri. Sed ῥώεσθαι est, festinare, cum studio properare. σπουδαίως κινεῖσθαι, ut Grammatici exponunt. Apud Homerum: Ὡς τρώες ῥώντο. Theocritus in Ovo, ut a nobis emendatum est: τοῖσδ' ἀμέτρῳ πόθῳ ματρὸς φίλας ῥώνοντ' αἰψὰ πόθ' ἰμερόεντα μαζόν. Hinc πόθο-ῥών Λαλάντην vocavit Callimachus, ² *pedibus velocem*. Has divas precatur Herodes, ut eodem studiō eodémqve affectu, ad agrum suum accedant, & templum sibi consecratum: quō Rhamnuntē & Athenas, dilectissima sibi loca solebant invisere, cœlō relicto; atqve ut properè & festinanter incedant per vineas & segetes, sylvasqve & prata lustrent. Nam ῥώεσθαι propriè est, cum impetu aliquo tendere. quare studium & affectus ostenditur.

ΚΑΙ ΔΕΝΔΡΕΑ ΒΟΤΡΥΟΕΝΤΑ] *Δένδρεα*
heic possent accipi pro vitibus racemis refer-
tis.

pro, atqve ut Casaubonus noster edidit; unde minus de Glossariensi laborāram editione, ad quam negabant quidquam accessisse; neque ullum ejus exemplum venale prostat. Quod si de illa recognoscenda cogitas; vide an versus 6. ita possis legi, ἐν ἀθανάτοις ἀλέισθαι, id est, recenscamini. Nam in M. S. Romæ huc ad Nobilissimum nostrum Velferum misso, ultima solùm litera desideratur, ἐν ἀθανάτοις ἀλέισθο. Sic Pind. Ode 11. Olymp. 4. 142. Πηλεὺς τὲ καὶ Κάδμος ἐν ταύτοις (leg. τοῖσιν) ἀλέγονται.

1 Vellem locum addidisset. 2 Hymn. in Dian. v. 215:

tis. nam & arbores vineas vocabant. Horatius, lib. I. Od. xviii. v. 1.

Nihilum, Vare, sacra vitæ prius severis arboribus.

Alceus, unde accepit, dixerat :

Μηδὲν ὦλθε φυτεύσης πρότερον δένδρεον ἀμπελῶ.

Sed cum superiore versu jam vites nominâ-
rit, dicendo πολυάφυλον κατ' ὠλῶν : (nam ὠλῶν Græcis est ἀμπελόφυλος γῆ) heic δέν-
δρεα sunt arbores, quæ vites ascendentes su-
stinent. Sic infra Ημερίδων ἔρχους, & ἄλσέα
δένδρων separatim posuit. Theocritus in
epigrammato de loco eodem modò consecra-
ta, ut hic erat ab Herode :

ὦ Πάτερ δέναν δὲ

Ρῆθρον ἀπὸ σπιλάδων πάντοτε τηλεθάει
ἐσφαιεῖ καὶ μύρσιον καὶ ἐυαῖδι καπαρίσω,
Εὐθα χέριξ κέχυται βοτρυόποις ἔλικι

Ἀμπελος. Quod genus vitium Græci ἀνα-
δενδριάδας vocant. Δένδρεα igitur βοτρυόεντα
heic sunt, quibus πέριξ κέχυται βοτρυόποις
ἀμπελος.

ΙΕΡΗΝ ΑΝΑ ΓΑΙΑΝ ΕΗΚΕ] Sic propriè
locutus est. Nam ἀνεγμένη χωρία Græci
appellant, Diis consecrata. Grammatici,
οἱ δὲ ἀνειμένοι θεοῖς τόποι, ἅλην τε καὶ τεμένη
ἔρη. sic animalia Diis consecrata ἀνεῖα dice-
ban-

bantur. Callimachus, Hymnô in Cerer. v. 47.

Τέκνον, ὅτις ἔα θεοῖσιν ἀνειμένα δένδρεα κό-
πεις.

ΤΗΝ ΟΣΣΗΝ ΠΕΡΙ ΤΕΙΧΟΣ] Deerat hic
versus in editione Casauboni, * quem postea
nobis submitit præstantissimus Bongarsius.
& non parum facere mihi visus est, ad to-
tius inscriptionis lucem. nam ex eo intelli-
gimus non omnem possessionem suam ab
Herode consecratam, sed partem duntaxat,
in qua monumentum construxit, & tem-
plum ædificavit, murisque totum locum se-
psit. Hujusmodi autem loca sacra, murô
septa, Græci vocant ἔρη & περιβόλους. Pol-
lux: οἱ δὲ ἀνειμένοι θεοῖς τόποι, ἄλση τε καὶ
τεμένη καὶ ἔρη· καὶ ὁ περὶ αὐτὰ κύκλος περιβο-
λος. Theocritus in epigrammate:

Ἔρηος δὲ ἐν ἱερὸν περιδέδρομεν· αἰνάον δὲ

Ρεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων· πάντοσε τηλεδάει.

Δάφναις καὶ μύρτοις καὶ ἐνώδει κυπαρίσσω.

Ita enim legimus ex vetustissimo codice.
vulgo scriptum est Σακὸς δὲ ἐν ἱερὸς περιδέ-
δρομεν. Hoc igitur τεῖχος εὐτροχον Herodis
propriè est περιβόλος. Pausanias autem περι-
βόλον δελφικοῦ Ἀπόλλωνος templum ipsum vo-
cat. Quia verò ejusmodi περιβόλοι sacri,
lucos

† Dav. Hoeschel. loc. cit. ita scribit. In editione Ca-
sauboni post versum ΣΙΛ. hic desideratur: τὴν ὄσσην 1. λ.

lucos & sylvas & hortos & vineas concludebant, factum est, ut περιβόλια recentioribus Græcis horti dicerentur & sylvæ. Moschopulo, κήπος λαχάνων καὶ δένδρων ἄλλος τὸ κοινῶς περιβόλιον. Infimæ Latinitatis auctores corruptè *Brolium* appellant *Sylvam*. Luitprandus Ticinensis de rebus per Europam gestis, lib. III. c. IV. *Sed & inter cetera, quasi esset privilegium amoris, concessit cervum, quem is suo in brolio venaretur, quasi quod nulli unquam nisi clarissimis magnisque concessit amicis. Briolium, vel brolium pro peribolium.* inde vox Gallica vetus *brenil*, quæ sylvam significat. νεὸν περιβόλιον Græci vocant, non tantum templi muros, sed totum illud conscriptum, quod vineæ. arbores, hortique templo circumjacentes includuntur. Ælianus, lib. XVII. c. XLVII. Hist. animal. οὐκουν ἐν τῷ νεῷ περιβόλῳ τιθάσσουσ ὄρνιθας πολλοὺς τρέφεσθαι φησί. & c. II. lib. XI. ἔστι δὲ ἀνετὸν τῷ θεῷ ἄλλος καὶ ἔχει περιβόλιον καὶ δένδρα ἱερὰ καὶ πῦρ ἁσβεστόν τε καὶ ἀκοίμητον. & c. III. eod. lib. ἐν Αἴτνῃ δὲ ἄρα Σικελικῇ Ἡφαίστου τιμᾶται νεὸς, καὶ ἔχει περιβόλιον καὶ δένδρα ἱερὰ. paullo post ἄλλος vocat. Herodes igitur περιβόλιον intelligit hōc versu,

Τὴν ὁδὸν περὶ τεῖχος εὐτροχὸν ἐσεφάνωται.

Hoc est, omnem illum agri modum vineis oleisque confitum, muroque cinctum,

quæ

qvi templo monumentóqve cohærebat, & tutelæ nomine cedebat. Hinc περίβολος & περιβόλιον recentioribus Græcis, hortus vel sylva muris circumsepta. *παρκομ* vulgò vocamus.

Sed & περιβάλεσθαι νεών dicebant Græci templum ædificare. Hinc περίβολος etiam pro templo. & περίβολος pro sylva muris circumsepta, qvem vulgò *παρκομ* vocamus.

ΣΜΕΡΔΑΔΗΘΝ ΣΙΣΑΣΑ ΔΟΦΟΝ] Σί[σασα pro Σεί[σασα. sic εἶπιν Anacreonti ἐν Συμποζιακοῖς ἡμιαμβόις:

Θαλερὰν Σίει δὲ χαίταν

Μαλακωτάτῳ κλαδίςκω.

Idem Anacreon in Etymologico magno, Ὁρηκίην Σιοντὰ χαίτην. Vetus Glossarium Græco-Latinum hanc scripturam quoque agnoscit. Σίω, *μουεο*, *libro*, *vibro*. malè vulgò scribitur, Σείω. Nam Σίω legisse & scripsisse auctorem illarum Glossarum patet ex serie litterarum præcedentium & subsequens hōc modò: Σιφών, Σίω, Σιωπή. sic δανί[σας] apud Lucianum in quodam Epigrammate: ὑδροποτῶν, δανί[σας], τοκί[σας]. Sed hujus scripturæ, pro *ei* exempla longè plurima exstant in vetustissimo Glossarum libro. Nam ibi δανίζειν. ἐπίγειν ἴδος· σιεθ' αἰγίον· κώνιον· σισοπυγίς· τῆχος· ἀχέλος, ἀχειότης· & alia infinita, quæ *παρκομ* ascribere. κόνιον pro κώνιον

κειον etiam legi in hoc versu Diogenis Laërtii, lib. II. c. XLVI.

Πρὸς γὰρ Ἀθηναίων κόνιον ἢ μὲν ἀπλῶς σὺ ἐδέξω-
 ἄυτοί δι' ἐξέπιον τοῦτο τέω σόματι.

Sic enim ille versus in omnibus vetustis exemplaribus legitur. Sic σίχαι & σίχοντες in vetusto Epigrammate, pro σείχοντες. ad quem locum nos plura.

ΒΩΛΟΝ ΜΙΑΝ ἢ ἘΝΑ ΔΑΔΑΝ ΟΧΑΙΣ-
 ΣΑΙ] Solemnia verba hæc in monumento-
 rum consecratione, NE QVIS INDE LAPI-
 DEM MOVERET, CESPITEM VELLERET. lex
 Juliani Cod. Theod. de sepulcris violatis :
*Pergit audacia ad busta diem functorum, &
 aggeres consecratas: cum & lapidem hinc move-
 re, terram sollicitare, & cespitem vellere, proxi-
 mus sacrilegio majores semper habuerint.* Pau-
 lus lib. I. sentent. de sep. & lugendis: *Qvis
 monumento inscriptos titulos eraserit, vel sta-
 tuam everterit, vel quid ex eodem traxerit,
 lapidem columnamve sustulerit, sepulcrum vio-
 lasse dicitur.*

ΟΧΑΙΣΣΑΙ] ὀχλίζειν, κινῆν, μοχλεύειν.
 Hesychius. ἀποχλίζειν dixit Palladius in Lau-
 saico, de Alexandra: ἀπελθόντες τοίνυν ἡμεῖς,
 καὶ ἀποχλίσαντες τὴν θύραν τοῦ μνήματος, καὶ
 εἰσελ-

1 in Amstelod. 1692. est: κόνιον ἀπλῶς μὲν ἐδέξω:
 & in sequente versu pro τέω, τῶ.

εἰσελθόντες εὐρομεν αὐτὴν κοιμηθεῖσαν. perperam
hodie legitur, ἀποχρίσαντες.

ΕΠΕΙ ΟΥ ΜΟΙΡΕΩΝ ΑΤΡΕΙΕΣ ΑΝΑΓ-
ΚΑΙ] Nihil erit, de quo non dubitemus,
si & lapidum scripturam vocabimus in du-
bium. At hunc locum viri clarissimi variis
modis emendare conati sunt, cum mendo-
sum eum esse putarent. Ego verò nec de
fide lapidis, nec de ejus, qui descripsit, hōc
locō dubitare ausim: præsertim cum nihil
occurrat in præsentia reponendum, quod
non nimium abscedat a vestigijs hujus scri-
pturæ. Ατρεῖς igitur erit heic positum pro
ἀτρεῖς¹ et pro η. ut supra, p. 25. ἐπιέρενος, pro
ἐπιήρενος. aut Æolicè dictum fuerit ἀτρεῖς,
ut Callimacho¹ Περσεῖος pro Περσεῖος apud
Scholiasten veterem Nicandri;

Δένδρον τοῦ Περσεῖος ἐπώνυμον. —

οὐκ ἀτρεῖς μοίρων ἀνάγκαι, sunt Parcæ valde
formidabiles. nam Ατρεῖς, idem quod ἀτρε-
σος. Et vox est planè poetica. Sic Eupho-
rion

¹ In Fragm. Miscellan. Du Ezech. Spanhemii n.
LII. p. m. 286 è Nicandri Schol. Ther. p. 55. hunc
locum invenio:

Καὶ τριτάτη Περσεῖος ἐπώνυμος, ἥς ἀρόδαμον,
Ἀΐγυπτον κατέπηξεν.

quem & Cl. Bentlejus, n. cxxxix. p. 372. habet, ad
Περσεῖος si Indici credendum universo isto in Callima-
cho non existat.

ῥιον ἀτρέας Αθηναίους dixerat ἐπιθεικῶς, hoc est ἀτρέεους. apud Hermogenem:

— καὶ ἀτρέα δῆμον Αθηνῶν.

Non novum est autem, Græcos poëtas nominibus propriis ἀντὶ τῶν ἐπιθεικῶν abuti. sic ἐκλογε κεκρύφαλον dixit Leonidas Tarentinus in Epigrammate, Sappho δὲ ἐκλογε, quod omnia contineret, nominavit. sic Metrodoro ἀγαμέμνων αἰθήρ. Sic alius παρθένον μέγαδρον vocavit. plura collegit Casaubonus in Athenæum, quem vide. Nos quoque non pauciora congeremus in epigrammatum Græcorum editione. ἀτρέως autem ἀνάγκη, ut σωτὴρ τύχη. Æschylo, & κλυτὸς ἱπποδάμεια Homero, Ιλ. β. v. 742.

ΜΟΙΡΕΩΝ ΑΝΑΓΚΑΙ] Sic μοῖρες ἀνάγκη, Euripidi in Electra, Act. v. v. 1301.

Μοῖρες ἀνάγκης ἡγεῖτο χρεῶν,

Φοῖβου δὲ ἄλοφοι γλώσσης ἐνοπαί.

vel μοῖρε καὶ ἀνάγκης ἡγεῖτο χρεῶν. sic enim melius legere,

ΙΕΡΟΣ ΟΤΤΟΣ Ο ΧΩΡΟΣ] Persius, Sat. 1. v. 127.

— pueri, sacer est locus, extra

Mejite — Valerius Probus in Notis.

L. S. *Locus sacer*. de Monumento autem hîc sermo, quem Herodes in via Appia, in agro suo, sibi exstruendum consecrandumque curavit.

3 In Cantabrig. edit. M, DCXCIV. in fol. est T' pro δ'

ravit. *Sacrari monumenta, & consecrari* dicebantur. in lege Tiberii de sepulcris: *ac extremis ac compaginantibus agris limitibusve suis, monumenta sepulchrâque sacrarentur.* Valerius in notis: M. C. monumentum consecravit. hinc illa in veteribus monumentorum inscriptionibus: CUM. PIGNERIBUS. DE. EA. NATIS. LOCUM. CONSECRAVIT. &, P. LICINII. ET. ~~ALIE~~. AMYNTÆ. CINERIBUS. HIC. LOCUS. SACER. EST. item; LOCUM. ITA. UTL. EST. CONCAMERATUM. PARIETIBUS. ET. PILA. COMPREHENSIS. CONSECRAYERUNT. SIBI. Inde explicandus hic versus, *ἱερὸς οὗτος ὁ χώρος* de monumento Herodis in via Appia consecrato. Loca autem monumentorum religiosa fuisse, nemo est qui ignoret. unde *sacrari monumenta* dicuntur in lege Tiberii de sepulcris: Huic verò monumento adjunxerat Herodes sacellum Nemesis & Minervæ ad majorem loco religionem conciliandam. *χώρον* heic nominat quem supra & infra duobus locis sic nominavit. propriè enim τόπος vel χώρος, de monumenti loco. Notæ veteres: V. S. L. M. hoc est, *vivens sibi locum monumenti vel monumento.* item: V. S. L. L. M. *vivens sibi locum, legavit monumento.* Sed & locum pro monumento simpliciter dictum antè, p. 97. notabamus, & locos pro monumentis apud Aggenum. **Petro.**

Petronius: *Commodaret modò illa perituro locum, & fatale conditorium familiari ac viro faceret. Sic monumentum consecrare in Notis Valerii legitur.*

Η ΕΝΑΑΣΕΑ ΔΕΝΔΡΩΝ] Nisi dubitarem de lectione versus illius, qui proximum sequitur, minùs laborandum mihi esset in asserenda hujus loci vera scriptura. Nam si rectè legi censerem in illo versu:

Δμῶν κυάντεον Αἶδος ῥήξει μάκαρ' αὖν
atque ita in lapide incisum esse crederem, minimè dubium haberem hòc locò legi debere:

— ἡ ἐν ἄλσεα δένδρων. ἐν pro is more Æolicò, ejus moris vestigia quædam agnovi in hoc pœmæ. ῥήξει autem μάκαρ' εἰς ὄρχους, εἰς δένδρα, εἰς ποίην, infringere ligonem vel impingere in arbores & vineas. Sic enim dentem infringere alicui rei solidæ dicimus. & hæc elegans esset locutio. nec opus reponere πῆξει pro ῥήξει. ἐν ἄλσεα autem, ut apud Pindarum in Pythionicaῖς. Od. IV. v. 459. ἐν ποτε Καλλίταν ἀπάκησας χερόνι νᾶσον. pro εἰς Καλλίταν ἀπάκησας. & ode III. eorundem Pythionicῶν ἐν πάντα δὲ νόμον εὐθύλαστος ἀνὴρ προσφέρει. Idem alibi, ἐν ἄρματ', pro εἰς ἄρματ'. sic apud Diuum Pythagoricum: αἰπὰ καὶ μέμψιος ποτὶ κολαίσει δαμάως ἐς δ' ἄξιον
τυγ-

1 Satyric. p. m. 53. edit. Francof. M. DCXXIX. in 4to.

2 malè, est enim Od. II. v. 157. 3 ibid. v. 21.

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 111

τυγχάνειν, διὰ τῶς αὐτῶν ἀπολασίας ἐμβαλόμε-
νοι ῥύπον ἐν ζωῶν ἐλευθέρων παίδων. ita enim
corrigendum. malè apud Stobæum legitur:
ἐν ζωῶ ἀνελευθέρων παίδων. Sed, ut dixi, non
nimium sana mihi videtur illa scriptura :
quare sic potius totum hunc locum legerim,
parvâ mutatione. nam suspicor in lapide
sculptum fuisse, Δμῶνι & μακέλλαι pro Δμῶν
μακέλλαν. ita igitur scripserim :

Μηδέ τις ἡμερίδων ὄρχους, ἢ ἐναλσέας δένδρων,

Ἡ ποίην χλωῇ ἐναλδεῖ χλωρὰ θέουσαν

Δμῶνι κυανέου Αἰδος ῥήξειε μακέλλα.

ἐναλσέα δένδρων unicâ voce ἀπὸ τοῦ ἐναλσές
ἐναλσης est nemorosus ἀπὸ τοῦ ἄλγος: ut ἐνα-
ρής ἀπὸ τοῦ ἄγος. & similia. Nam de sincer-
itate dictionis minùs dubitandum. Hæc
interim statuo, donec aliquid certius acce-
pero ab illis, qui lapidem ipsum accuratè &
diligenter descripsisse dicuntur.

ΧΛΩΡΑ ΘΕΟΥΣΑΝ] Miram elegantiam
locutionis, mirum est pro vitio habitam do-
ctissimis viris. Non igitur mendum est, ut
opinantur, nec illâ correctione opus. ποίην
χλωρὰ θέουσαν elegantissimè dixit, herbam
viridantem, & quasi cum viriditate curren-
tem.

1 Hœschel. l. c. v. 14. videtur legendum χλωρὰ θέου-
σαν. Velut Hesiodus in Scuto Herculis v. 145. (m. 146)
dixit λευκά θρόνταν. At in tribus mœis Hesiodi exem-
plis versum istum ita invenio τοῦ καὶ ἐδόνταν μὲν πλῆτε
τόμα λευκά θρόνταν.

tem. Sic candentes dentes; ut loquitur Apulejus, *χλωρὰ θεόντας* eadem planè loquutione dixit Hesiodus in Aspide:

Ἡ καὶ ὀδόντων οἱ πλήτο σόμα λευκὰ θεόντων.

Sudaret verò satis, qui Latinò sermone conaretur illum loqvendi modum exprimere. sic *χαλκὸν θέειν* in Clypeo dixit Homerus, qui ære in orbem erat obductus. Odyss. γ. v. 275.

Αὐτὺν ὑπὸ πρῶτην ἢ λεπτόκατος θέει χαλκός.
Sic Virgilius limbum vestis purpureum, circum vestem currere dixit, lib. v. Æn. v. 251.

— *quam plurima circum*

Purpura Meandro duplici Melibæa currebat.

Græcus poëta πορφύραν κύκλω θέειν dixisset. nec dissimili loqvendi genere Latini purpurea auratæque segmenta vestibus intexta, *vias* dixerunt. Tibullus, lib. ii. El. iii. v. 57.

— *vestes quas fœmina Coa*

Texnit, auratas disposuitque vias.

Servius ad illud poëtæ, lib. viii. Æn. v. 660. *Virgatis lucent sagulis: quæ habebant in modum virgarum deductas vias.* Sic apud eundem poëtam de veste aurata:

— *tenuique vias discriminat aurò.*

Græcè

: Quem? ego sanè frustra & Maronem evolvi ac Tibullam.

Græci in ejusmodi vestibus χρυσὸν θείν, & πορφύρεαν λαμπρὰ θείν eleganter dicerent. qvæ omnia confirmant hanc lectionem.

PHΞIE MAKEΛΛAN] ² Si rectè descriptus est hic versus, ῥῆξαι μάκελλαν, eis δένδρεσι καὶ αἰμπέλους, fuerit, *infringere ligonem arboribus & vitibus*, pro infligere scilicet, & impingere. qvia enim usu venit plerumqve, ut in exarandis, & effodiendis stirpibus, ligones & sarcula rumpantur, hinc ἐνερῆσαι μάκελλαν τοῖς δένδροις, pro immittere & infligere ligonem, & ligonibus effodere vites, & exarare. sic Latinis *infringere* eodem sensu accipitur, cùm dicunt, *dentem infringere*, pro *illidere*, sic *colaphos infringere* apud Terentium, est infligere, in Adelphis, II. I. 46.

Plus trecentos ³ colaphos infregit mihi.

ΠΙΛΗΝ ΟΚΕΝ ΑΙΜΑΤΟΣ ΗΙΣΙ] Perpetua formula monumentorum constituendorum. *Vivens sibi & suis fecit. Posuit sibi & suis. sibi posterisque suis curavit pecuniâ suâ,*

ΕΠΕΙ ΤΙΜΑΟΡΟΣ ΕΣΤΩΡ] Poëticâ licentiâ volunt ἔσωρ heic poni pro σήλη. ἔσωρ veteribus Grammaticis exponitur, πάτταλος ὁ διηρμένος ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ ἐπὶ τὸν ῥυμὸν ᾧ τὰ ζυγοδεσµα περιελίττεται. ἔσωρ igitur est πάτταλος in

ara-

² Hæschel l. d. V. 25. putabam legi posse δρωῖ n. α. ῥῆξαι μάκελλαν.

³ Omnes mei Codd. habent quingentos.

aratro. quem & ἐκλογὰ dici invenio. Hesychius: ἐκτωρ ὁ ἐν ῥυμῶ πάτ(α)λος. multa poetis licere scio: sed de palo columnam facere illos non posse, certò scio. Deinde etsi maxime ἔσωρ pro columna posset accipi, minùs tamen huic loco conveniret hæc interpretatio. Quis enim dicat, columnam, in qua lex consecrationis alicujus scripta sit, in eos vindicaturam, qui adversus illam legem fecerint? quid ergo? putem ἔσωρ perperam heic fuisse descriptum pro εἴσωρ εἴσωρ autem pro ἴσωρ scriptum erat, ut suprà τειμήζατε, pro ἡμήζατε, & πείονα pro πίονα ἴσωρ idem valet quod μάρτυς συνθηκοφύλακα etiam interpretatur Hesychius: ἴσωρ, μάρτυς, συνθηκοφύλαξ. ita enim, non οἰκοφύλαξ. sic ἴσορες θεοὶ accipiuntur in sacramento, quod præstabant Ephebi Athenis in templo Aglauri, cùm circitores mittebantur ad regionem custodiendam: ὁμύνω δὲ καὶ μόνος καὶ μετὰ πάντων καὶ ἅ πάτερα ἰσθὲ τιμήσω. ἴσορες θεοὶ Ἀγλαῦρος, Εὐνάλιος, Ἀρης, Ζεὺς. perperam apud Pollucem legitur: ἴσορες θεοὶ ἄγγραυλοι. Nam, ut dixi, in templo Aglauri, & per ejus nomen jurabant. Idem Pollux: καὶ ὤμνον ἐν Ἀγλαύρου. ita scribendum. ubi ridiculè interpres vertit: *sub dio jurabant.* Hesychius: Ἀγλαυρος θυγάτηρ Κέκροπος. περίπολοι δὲ αἰτληκῆς καὶ ὁμνύουσι κατ' αὐτῆς ἦν δὲ ἱέρεια τῆς Ἀθην-

Ἀ'θηνᾶς. sic enim legendum apud Hesychium: & Ἀγλαυρος ubique non Ἀγχαυλος. Sed hæc præter rem. ἵσως igitur hōc locō idem, quod μάρτυς. quis ille verò ἵσως & τιμάρορος? is, qui sequenti versu nominatur. Pluton scilicet, qui in hac inscriptione μάρτυς appellatur, ut in illa Farnesiana Hecate μάρτυς nominabatur. μάρτυς δαίμων ἐνοδία. sic hōc locō, μάρτυς χθόνιος βασιλεὺς. Sed ad sequentem versum pergamus. ex eo enim pendet hujus loci interpretatio.

ΠΕΡΙ ΟΙ ΧΘΟΝΙΟΝ ΒΑΣΙΛΗΑ ΝΗΩ ΕΓΚΑ-
ΤΕΘΗΚΕ] Hic est versus, cujus auctoritate regem fuisse hunc Herodem, qui Triopium dedicavit, affirmabant doctissimi viri. Nos huic regi sceptrum de manibus excussimus, & de rege rhetorem fecimus. Cujus facti rationes aliquot attulimus commentarioli hujus initiō. Nec enim nobis verisimile videbatur eō superbiz & arrogantiz progressum Herodem Tetrarcham, ut adeo celebri locō, in tanta vicinitate urbis, regem χθόνιον se palam inscriberet, qui regulus tantum esset, non admodum magnæ provinciæ, idque precariō, ac beneficiō Romani imperatoris. Præterea χθόνιον βασιλῆα, pro rege orbis terrarum, nemo Græcè peritus diceret. χθόνιον enim Græcis propriè dicitur, quod sub terra est. ut χθόνιοι θεοὶ sunt Dii inferi.

ut ἐπίγειοι terrestres, οὐράνιοι cœlestes. istis rationibus moti faciliè credidimus, hunc verum non esse de rege aliquo mortali accipiendum. Huc accedit, quòd non tantum regem, sed etiam Deum se faceret sic Herodes, si quidem de eo velimus istum locum interpretari. Deum enim planè se profiteretur his verbis:

Καὶ γὰρ Ἀθηναίη περὶ οἱ χθόνιον βασιλῆα

Νηΐ ἐγκατέθηκε σὺνέσιον ἔμμεναι ἱρῶν.

Sic paria feceret Herodes Minervæ. nam Minervæ ille quidem templum posuit. At Minerva rursus illum heic in eodem templo ponere dicitur eadem sacra participaturum, atque ὁμόημον omnino futurum. Atque ita Triopium sibi & Minervæ consecravisse videri posset hic Herodes: quòd quàm absurdum sit, nemo non videt. χθόνιος igitur βασιλεὺς in hoc versu est inferorum Deus vel Dis pater. Nam χθόνιοι θεοί, ut suprà diximus, sunt Dii inferi. ita χθόνιος βασιλεὺς est Pluto. Οὐδαῖον βασιλῆα & χθόνιον βασιλῆα Plutonem vocant Græci Poëtæ. Dionysius Afer:

—— ἐνθ' ἐνέπουσιν

Οὐδαίου Κρονίδαο μέγαν κύνα χαλκεόφανον.
Is est igitur χθόνιος βασιλεὺς, quem superiore versu τιμάρχον ἴσασθαι esse dixit, ut in alia inscriptione ejusdem auctoris & loci: μάργος
δαί

δαίμων ἡ Εὐοδία, καὶ κίονες Δόμητρος, καὶ Κόρης ἀνάθημα καὶ χθονίων θεῶν. ut χθόνιοι θεοὶ ibi μάρτυρες appellantur : sic χθόνιος βασιλεὺς heic μάρτυς & τιμωρὸς invocatur. Hæc adeo certa & indubitata sunt, ut pluribus verbis abuti ad ea confirmanda non existimem oportere.

ΚΑΙ ΟΥΚ ΕΠΙΠΕΙΣΕΤΑΙ ΑΥΤΟΝ.] ΑΥΤΟΝ, pro αὐτῶν. hoc jam viderunt docti. Sed qvōmodo ἐπιπείσεται cum illud αὐτῶν ferri poterit? Deinde qvi potest aliquis illis obtemperare, de qvibus nihil audiverit, & qvæ ignota habuerit? Sic enim sonant hæc verba: *si cui hæc inaudita fuerint, atque iis morem non gesserit.* Prius est, legem aliquam notam habere, deinde ei vel obsequi, vel non obsequi. at hic postulat, ut etiam ignorantæ & inauditæ legi pareatur. pusillum mendum vide qvas turbas dederit. Nam legendum erat:

— καὶ οὐκ ἐπιπέυεται αὐτῶν. Nunc omnia constant, & Hellenismi ratio, & sensus integritas. Si cui, inquit, hæc inaudita fuerint, neqve percontatus ea fuerit, sed neglexerit aut insuper habuerit, ne ille impunè auferat. ignorantiam prætendi non vult, qvæ negligentæ videri qveat affinis & contemptui religionis. cur enim nescivisti, cū scire posses percontando alios & sciscitando de loci religione? Vult igitur eos et-

iam teneri, q̄vi percontari superfederint. ἐπι-
πείζειν autem pro ἐπιπύζειν, ut suprā πο-
λυτάφρον pro πολυσάφρον. & contrā, ὄψυ-
γάνοιζι pro ὀψιγάνοιζι.

ΚΑΙ ΡΟΜΒΟΣ ΑΛΑΣΤΩ] Dubium non
est legi debere, ῥόμβος ἀλάστωρ. ¹ Alastor
enim Græcis est δαίμων hominum improbo-
rum ac sceleratorum malè facta animadver-
tenda suscipiens, atq̄ve huc illuc circumcur-
sans ad homines facinorosos, καὶ ἀλάστορας
exagitandos, & persequendos. Cujus idem
planè officium est, q̄vod Ερινύων. Pausanias
in Arcadicis ² de Alcmazone q̄vi matrem oc-
ciderat: ὡς δὲ οἰκοῦντι αὐτῶ παρὰ τοῖς Ἀρκάσι
οὐδὲν ἐγίνετο ῥάων ἡ νόσος, κατέφυγεν ἐπὶ τὸ μαν-
τεῖον τὸ ἐν Δελφοῖς, καὶ αὐτὸν ἡ Πυθίᾳ διδάσκει
τὸν Εριφύλης ἀλάστορας εἰς ταύτην οἱ χώρην οὐ
συνακολουθήσειν. Εριφύλης ἀλάστωρ Alcmazo-
nem persequēbatur, ut Κλυταιμνήστρας ἐρινύες
Orestem. Hesychius: ἀλάστωρ, πικρὸς δαί-
μων. Ζεύς. Juppiter enim etiam ἀλάστωρ di-
ctus, ab hominum peccatis puniendis. ῥόμ-
βος autem heic ἀλάστωρ ἐπιθετικῶς appellatur:
q̄vi agit & versat, atq̄ve in modum rhom-
bi rotat & torquet nocentes. Eurpolis: ὦ
ῥόμβοις

¹ Hoeschel. l. c. V. 34. pro ῥόμβος malim ῥέμβος.
Eriphanius in *Ανγκυ* (leg. *Ανκοράτο*) de *Κυκλῶ δεσποτῶ*;
ἄλλος δὲ ῥέμβος; (libri editi *τέρεμβος mendose*) ἢ ῥέμβας
Ἀῤῥεμιν προσιύπου καὶ μέθυτος Διονύσιον καὶ πολύμοχθος
ἔρακλῖα. ² p. m. 492. v. 34. edit. *Ἡφανικῆς*.
M. pexiii. in fol. in qua est ἡ γένεσις ῥάων

ρόμβοις μασίξαι ἐμέ· ρόμβος enim non tantum
περιδίνησιν, & vertiginem significat, sed &
eum, qui vertit & circumagit. sic πλάνος, &
errorem & erronem designat: μέμος histrio-
niam, & histrionem: φοῖτος, τὴν μανίαν καὶ
τὸν μανιώδη & θῦννος, & imperus, & qui im-
petum facit. & similia sexcenta. Ρόμβος et-
iam heic posset esse, qui semper in motu
est, dum hæc & illæ circumcursat ad perse-
quendos impios, & pœnis plectendos. sed
prior interpretatio melior. ῥέμβος quoque
Græcis planus & erro dicitur. quomodo
heic legendum esse quidam meus amicus,
vir doctus putabat, quem non audio,

ΤΡΙΟΠΕΩ ΜΕΝΟΣ ΑΙΟΛΙΑΕΩ] Nisi Αιολί-
δην addidisset, nesciremus de quo Triopa
nobis heic esset intelligendum. plures enim
Triopæ memorantur a veteribus. Sed epi-
theton Αιολίδης adiectum, dubium hoc
prorsus diffundit. Nam quod Triopam Αε-
lide patriâ suâ pulsum in Italiam venisse
autumant viri docti, penitus ἀνισόρητον est.
Deinde Αεolides hic Triopas non a patria
dicitur Αεlide, sed a patre vel avo Αεolo.
Qui enim ex patria Αεlide sunt, non Αιο-
λίδαι dicuntur Græcis, sed Αιολῆς. Αιολίδης
autem πατρωνυμικόν est. Hic ergo Triopas
Αεolides, non alius potest esse, quàm qui
Canaces & Neptuni filius fuit. Canace verò
Αεoli

Æoli filia, atque inde Æolides Triopas, Æoli nepos scilicet. Apollodorus, Bibliothecæ lib. 1. Κανάκη δὲ ἐποίησεν ἐκ Ποσειδῶνος Οπλέα καὶ Νήρεα καὶ Επωπέα καὶ Αλωέα καὶ Τερίopa. ita legenda sunt Apollodori verba, Callimachus quoque Κανάκην Αἰολίδα vocat, & ejus filium Τερίopaν facit ex Neptuno in Hymno Cereris. sic enim ibi Triopas patrem Neptunum orans inducitur pro filio Eryfichthone, v. 97.

καὶ δ' αὐτὸς Τερίopaς πολιαῖς ἐπὶ χεῖρας ἔ-
βαιλε,

τοῖα γὼν οὐκ αἶοντα Ποσειδάωνα καλίζεων,
Ψεύδοπάτωρ, ἴδε τόνδε τεοῦ τρίτον ἤπερ ἐγὼ
μὲν

Σεῦ τε καὶ Αἰολίδος Κανάκης γένος —

Jam nemo possit ambigere, quin hic Triopas Æolides sit ille, quem dixi, nepos Æoli, Canaces filius. Τερίopaς autem Callimacho, & Herodi, qui Τερίopῃ Apollodoro.

ΩΝΑΤΟΤΕ ΝΕΙΟΝ ΔΗΜΗΤΕΡΟΣ ΕΞΑΛΛΗ-
ΠΑΣΕΝ] Qværitur quid Triopas iste admi-
serit, & qua in re Cereris numen læserit, &
qvô genere poenæ affectus sit a Cerere? cùm
sciamus, quis hic fuerit Triopas, non ope-
rôsum est scire, quid ipse acciderit, aut
qvomodò Cererem offenderit. Sciendum
est, hunc Triopam patrem Eryfichthonis
fuisse, qui Eryfichthon nemus Cereri sacrum

1 in Ultrajectina est ποσειδάωνα.

ex-

exscidit, & βουλίμω a Cerere affectus est, ut notum ex fabulis. Narrat Callimachus in Hymno Cereris, & Ovidius in Metam. libris. Herodes autem Triopæ attribuit, quod alii omnes filio ejus Erychthoni: nisi quis fortè legendum existimet in superiore versu:

— Τελόπειω γένος Αιολιδάω.

pro Τελόπειω μένος. & sic Triopæ filium intelligemus. patet tamen ex hac inscriptione non uno locò, Herodem non Erychthoni sed Triopæ adscripsisse illam læsæ Cereris fabulam. Nam Δηῖων Τελόπαν suprà ob hanc causam nominavit, & Τελόπειον ἐγγινὺν ultimò hujus carminis versu. quod an dedità operâ fecerit, an memoriæ lapsu, non facile dixerim. videri sanè posset, cum ἐπωνυμίην Triopii sui a Triopa petierit, eidem quoque Triopæ de industria hanc fabulam adsignâsse, ut eam ad hujus Triopii consecrationem accommodaret. quò mōnerentur scilicet homines ab ejus loci violatione abstinere, qui Triopæ nomen haberet, auditò, quòd & Triopas olim ob simile factum, hoc est, violatum Cereris nemus, non impunitus exisset. idque postremis versibus præcipit, ut scirent homines vitandam loci ἐπωνυμίην καὶ ποινὴν.

ΕΠΗΤΑΙ ΕΠΙ ΤΡΙΟΠΕΙΟΣ
Η Σ ΕΡΙΝ-

322. CL. SALM. NOTÆ AD CONSECR. &c.

ΕΡΙΝΤΕΣ] ἔπηται ἐπὶ pro ἐφίπηται.
Sic Nicandro,

— ἐπὶ ζαμενὲς ποτίουζα. pro ζαμενὲς ἐπι-
ποτίουζα. &c ἐπὶ χλωρηίδα καὶ τῶ, pro χλωρηί-
δα ἐπὶ τῶ.

F I N I S.



B E D I.

II.

DEDICATIO STATUÆ
REGILLÆ HERODIS.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ.

Δ ΕΤΡΙΤΕ ΘΥΒΡΙΑΔΕΣ ΝΗΟΝ ΠΟΤΙ ΤΟΝ-
 ΔΕ ΓΓΝΑΙΚΕΣ
 ΡΗΓΙΛΛΗΣ ΕΔΟΣ ΑΜΦΙ ΘΥΟΣΚΟΛΙΡΑ ΦΕ-
 ΡΟΥΣΑΙ
 ΗΔΕ ΠΟΚΤΥΚΤΕΑΝΩΝ ΜΕΝ ΕΗΝ ΕΞ ΑΙΝΕ-
 ΑΔΑΩΝ
 ΑΓΧΙΣΕΩ ΚΑΤΤΟΝ ΑΙΜΑ ΚΑΙ ΙΔΑΙΗΣ Α-
 ΦΡΟΔΙΤΗΣ
 ΓΗΜΑΤΟ Δ ΕΣ ΜΑΡΑΘΩΝΑ· ΘΕΑΙ ΔΕ ΜΙΝ
 ΟΤΡΑΝΙΩΝΑΙ
 ΤΙΟΤΣΙΝ ΔΗΩΤΕ ΝΗΗ ΔΗΩΤΕ ΠΑΛΑΙΗ
 ΤΗΣΙ ΠΕΡ ΙΕΡΟΝ ΕΙΔΟΣ ΕΤΖΩΝΟΙΟ ΓΓΝΑΙ-
 ΚΟΣ
 ΑΓΚΕΙΤΑΙ ΑΥΤΗ ΔΕ ΜΕΘΗΡΩΝΗΣΙ ΝΕΝΑ-
 ΣΤΑΙ
 ΕΝ ΜΑΚΑΡΩΝ ΝΗΣΟΙΣΙΝ ΙΝΑ ΚΡΟΝΟΣ-ΕΜ-
 ΒΑΣΙΛΕΥΕΙ
 ΤΟΥΤΟ ΓΑΡ ΑΝΤΑΓΑΘΟΙΟ ΝΟΟΤ ΕΙΛΗΧΕΝ ΙΟ
 ΑΠΟΙΝΟΝ
 ΩΣ ΟΙ ΖΕΥΣ ΩΚΤΕΙΡΕΝ ΟΔΥΡΟΜΕΝΟΝ ΠΑ-
 ΡΑΚΟΙΤΗΝ
 ΓΗΡΑΙ ΕΝ ΑΖΑΔΕΩ ΧΗΡΗ ΠΕΡΙΧΕΙΜΕΝΟΝ
 ΕΥΤΗΗ
 ΟΥΝΕΚΑ ΟΙ ΠΑΙΔΑΣ ΜΕΝ ΑΜΙΤΜΟΝΟΣ ΕΚ
 ΜΕΓΑΡΟΙΟ

ΑΡΠΤΙΑΙ ΚΛΩΘΩ ΕΣΑΝΗΡΕΨΑΝΤΟ ΜΕΛΑΙ-
ΝΑΙ

15 ΗΜΙΣΕΑΣ ΠΛΕΟΝΩΝ ΔΟΙΩ ΔΕ ΤΙ ΠΑΙΔΕ
ΛΙΠΕΣΘΗΝ

ΝΗΠΙΑΧΩ ΑΓΝΩ ΤΕ ΚΑΚΩΝ ΕΤΙ ΠΑΜΠΙΑΝ
ΑΠΥΣΤΩ

ΟΙΗΝ ΣΦΙΝ ΝΗΔΗΣ ΚΑΤΑ ΜΗ ΤΕΡΑ ΠΟ-
ΤΜΟΣ ΕΜΑΡΨΕΝ

ΠΡΙΝ ΠΕΡ ΓΗΡΑΙΗΣΙ ΜΙΓΗΜΕΝΑΙ ΗΛΑΚΑΤΗ-
ΣΙ

ΤΩ ΔΕ ΖΕΥΣ ΕΠΗΡΟΝ ΟΔΤΡΟΜΕΝΩ Α-
ΚΟΡΗ ΤΟΝ

20 ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΔΙΗ ΠΑΤΡΙ ΦΥΗΝ ΚΑΙ ΜΗ-
ΤΙΝ ΟΜΟΙΟΣ

ΖΕΥΣ ΜΕΝ ΕΣ ΩΚΕΑΝΟΝ ΘΑΛΕΡΗΝ Ε-
ΣΤΕΙΛΕ ΓΥΝΑΙΚΑ

ΑΤΡΗΣΙ ΖΕΦΤΡΟΙΟ ΚΟΜΙΖΕΜΕΝ ΗΛΥΣΙΗ-
ΣΙΝ

ΑΥΤΑ Ο ΑΣΤΕΡΟΕΝΤΑ ΠΕΡΙΣΦΥΡΑ ΠΑΙΔΙ
ΠΕΔΙΔΑ

ΔΩΚΕΝ ΕΧΕΙΝ ΤΑ ΛΕΓΟΥΣΙ ΚΑΙ ΕΡΜΑΩΝΑ
ΦΟΡΗΝΑΙ

25 ΗΜΟΣ ΟΤ ΑΙΝΕΙΑΝ ΠΟΛΕΜΟΤ ΕΞΗΓΕΝ
ΑΧΑΙΩΝ

ΝΥΚΤΑ ΔΙΑ ΔΝΟΦΕΡΗΝ ΟΔΕ ΟΙ ΠΕΡΙ ΠΟΣ-
ΣΙ ΣΑΩΤΗΡ

ΠΑΜΦΑΝΟΩΝ ΕΝΕΚΕΙΤΟ ΣΕΑ ΣΚΥΚΛΟ ΡΟ-
ΤΟΝΔΕ ΚΑΙ ΑΙΝΕΑΔΑΙ ΠΑΡΕΝΕΡΡΑΨΑΝΤΟ
ΠΕΔΙΔΩ

ΑΤ

ΑΥ

Η ΓΕΝΕCΣΙ ΓΕΡΑΑ

ΟΥ ΟCCHITAI ΚΕΚΡΟΠΙΔΗΝ ΠΕΡ ΕΟΝΤΑ. 30

ΘΥΡCHNΩN ΑΡΧΑΙΟΝ ΕΠΙCΦΥΡΙΟΝ ΓΕΡΑC
ΑΝΔΡΩΝΕΡCHC ΕΡΓΕΙΔΟΤΑ ΚΑΙ ΕΡΜΕΩ ΕΙC ΕΤΕΟΝ
ΔΗ

ΚΗΡΥΞ ΗΡΩΔΕΩ ΠΡΟΓΟΝΟC ΘΗCΗΙΑΔΩ

ΤΟΥΝΕΚΑ ΤΙΜΗΕΙC ΚΑΙ ΕΠΩΝΥΜΟC Η ΜΕΝ
ΑΝΑCCΑΕΙC ΒΟΥΔΗΝ ΑΓΕΡΕCΘΑΙ ΙΝΑ ΠΡΩΤΟΘΡΟΝΕC 35
ΕΔΡΑΙΕΛΛΑΔΙ Δ ΟΥΤΕ ΓΕΝΟC ΒΑCΙΛΕΥΤΕΡΟC ΟΥ-
ΤΕΤΙ ΦΟΝΗΝΗΡΩΔΕΩ ΓΛΩCCΑΝ ΔΕ ΤΕ ΜΙΝ ΚΑΛΕΟΥCΙΝ
ΑΘΗΝΑΙΩΝ

ΗΔΕ ΚΑΙ ΑΥΤΗΠΕΡ ΚΑΛΛΙCΦΥΡΟC ΑΙΝΕΙΩΝΗ

ΚΑΙ ΓΑΝΥΜΗΔΕΙΝ ΚΑΙ ΔΑΡΔΑΝΙΟΝ ΓΕΝΟC
ΕΙΗΝΤΡΩΟC ΕΡΙΧΘΟΝΙΔΑΟ ΟΥ ΔΙ ΦΙΛΟΝ ΙΕΡΑ 40
ΡΕΖΑΙΚΑΙ ΘΥCΑΙ ΘΥΕΩΝ ΑΤΑΡ ΟΥΚ ΑΕΚΟΝΤΟC
ΑΝΑΓΚΗ

ΕΙΔΕΤΟΙ ΕΥCΕΒΕΕCΣΙ ΚΑΙ ΗΡΩΩΝ ΑΛΕΓΙΖΕΙΝ

ΟΥ ΜΕΓΑΡ ΘΗΗΤΗ ΑΤΑΡ ΟΥΔΕ ΘΕΑΙΝΑ ΤΕ-
ΤΥΚΤΑΙΤΟΥΝΕΚΕΝ ΟΥΔΕ ΝΕΩΝ ΙΕΡΟΝ ΛΑΧΕΝ ΟΥΤΕ
ΤΙ ΤΥΜΒΟΝΟΥΔΕ ΓΕΡΑ ΘΗΤΟΙC ΑΤΑΡ ΟΥΔΕ ΘΕΟΙCΙΝ Ο- 45
ΜΟΙΑ. ΣΗΜΑ-

ΣΗΜΑΜΕΝΟΙ ΝΗΩ ΙΧΕΛΟΝ ΔΗΜΩ ΕΝ ΑΘΗΝΗΣ
 ΨΥΧΗ ΔΕ ΣΚΗΨΤΡΟΝ ΡΑΔΑΜΑΝΘΥΟΣ ΑΜΦΙ-
 ΠΟΛΕΥΕΙ

ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΦΑΥΣΤΕΙΝΗ ΚΕΧΑΡΙΣΜΕΝΟΝ Η-
 ΣΤΑΙ ΑΓΑΛΜΑ

ΔΗΜΩ ΕΝΙ ΤΡΙΟΠΕΩ ΝΑΟΙ ΠΑΡΟΣ ΕΥΡΕΕΣ
 ΑΓΡΟΙ

50 ΚΑΙ ΧΟΡΟΣ ΗΜΕΡΙΔΩΝ ΚΑΙ ΕΛΛΗΝΕΝΤΕΣ Α-
 ΡΟΥΡΑΙ

ΟΥΜΕΝ ΑΤΙΜΗΣΕΙΕ ΘΕΑ ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΓΥΝΑΙ-
 ΚΩΝ

ΑΜΦΙΠΟΔΟΝ ΓΕΡΑΩΝ ΕΜΕΝΑΙ ΚΑΙ ΟΠΑΟΝΑ
 ΝΥΜΦΗΝ

ΟΥΔΕ ΓΑΡ ΙΦΙΓΕΝΕΙΑΝ ΕΥΘΡΟΝΟΣ ΙΟΧΕΑΙΡΑ
 ΟΥΔ ΕΡΣΗΝ ΓΟΡΓΩΠΙΣ ΑΠΗΤΙΜΑΣΕΝ ΑΘΗΝΗ

55 ΟΥΔΕ ΜΙΝ Η ΡΩΜΗΙΣΙ ΠΑΔΑΙΗΣΙ ΜΕΔΕΟΥΣΑ
 ΚΑΙ ΣΑΡΟΣ ΙΦΘΙΜΟΙΟ ΠΑΡΟΰΕΤΑΙ ΟΜΗΝΙΑ
 ΜΗΤΗΡ

ΕΣ ΧΟΡΟΝ ΕΡΧΟΜΕΝΗΝ ΠΡΟΤΕΡΑΩΝ Η-
 ΜΙΘΕΑΩΝ

Η ΛΑΧΕΝ ΗΛΥΣΙΗΣΙ ΧΟΡΟΤΑΣΙΗΣΙΝ Α-
 ΝΑCCEΙΝ

ΑΙΤΗΣ ΑΛΚΜΗΝΗ ΤΕ ΜΑΚΑΙΡΑΤΕ ΚΑ-
 ΔΜΕΙΩΝΗ.

II DEM VERSUS, UT EMENDARI ET SUPPLERI DEBENT.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ.

Δ ΕΤΡ' ἴτε Θυελαίδες νηὸν ποτὶ τόνδε γυναι-
κας,

Ρηγίλλης ἕδος αἶμφι θυοσκόον ἱερὰ φέρουσαι.

Ἡ δὲ πολυκτεάνων μὲν ἦν ἐξ Αἰνεαδάων,

Ἀλχίσεω κλυτὸν αἶμα καὶ Ἰδαίης Ἀφροδίτης.

Γήματα δ' ἐς Μαραθῶνα. Θεὰ δὲ μιν οὐρακιῶναι 5

Τίουςιν, Δηῶ τε νέη, Δηῶ τε παλαιή.

Ἡδὲ περ ἱερὸν εἶδος εὐζώνοιο γυναικὸς

Λυκεῖται· αὐτὴ δὲ μεθ' ἡρώνηςι νένασαι

Ἐν μακάρων νήσοισιν ἵνα Κρόνος ἐμβασιλεύει·

Τοῦτο γὰρ ἀντ' ἀγαθοῦ νόου εἴληχεν ἄποινον, 10

Ὡς οἱ Ζεὺς ὤκτειρεν ὀδυρόμενον παρκαίτην

Γῆρα ἐν ἀζαλέῳ χήρῃ περικείμενον εὐνή.

Οὐνεκα οἱ παῖδας μὲν ἀμύμονας ἐκ μεγάροιο

Ἀρπυιαὶ κλωθῶες ἀνηρεῖψαντο μέλαιναί,

Ἡμίσεας πλεόνων. Δοιῶ τ' ἔτι παῖδε λιπέσθην 15

Νηπιάχῳ, ἀγνώ τε κακῶν, ἔτι πάμπαν ἀπύσω,

Οἷν σφιν νηλὴς κατὰ μητέρας πότμος ἐμαρφε,

Περίν περ γηραιῇσι μιγήμεναι ἡλακάτησι.

Τῷδε Ζεὺς ἐπὶ ἥρον ὀδυρομένῳ ἀκόρητον,

Καὶ βασιλεὺς Διὶ πάτερ' Φυὴν καὶ μήτιν ὅμοιος 20

Ζεὺς μὲν ἐς Ωκεανὸς θαλερὴν ἔστειλε γυναικᾶ,

Αὔρησι Ζεφύροιο κομίζεμεν ἡλυσίῃσιν.

Αὐτὰρ

- Αὐτὰρ ὁ αἰσερόεντα περὶ σφυρὰ παιδὶ πέδιλα
 Δάκν' ἔχειν, τὰ λέγουσι καὶ Ερμῶνα Φορῆναι,
 25 Ἥμος δ' Ἰ. Αἰνεῖαν πολέμου ἐξῆγεν Ἀχαιῶν,
 Νύκτα διὰ δυοφερὴν ὁ δὲ οἱ περὶ πρῶσι σωτῆρ
 Παμφανῶν. ἐνέκειτο σεληναῖης κύκλος αἴγλης.
 Τόνδε καὶ Αἰνεάδαι παρενεῖράψαντο πεδίλων
 Σύμβολον. Αὐσονίοισιν εὐγενέεσσι γεραῖον.
 30 Ω μιν ἐκόσμησεν καὶ Κεκροπίδην περ ἐόντα
 Τυρσηνῶν ἀρχαῖον ἐπισφύρον γέρας ἀνδρῶν
 Ερσης ἐκγεγαῶτα καὶ Ερμέω εἰ ἐτεὸν δὴ
 Κήρυξ Ἡρωδέω πρόγονος Θησηϊαδῶ.
 Τούνεκα τιμῆεις καὶ ἐπώνυμος ἦ μὲν ἄνασσαν
 35 Εἰς βουλὴν ἀγέρεσθαι ἵνα πρωτόθρονος ἔδρα.
 Εἰσάδι δ' οὔτε γένος βασιλεύτερος, οὔτ' ἔτι Φω-
 νήν.
 Ἡρωδέω γλῶσσαν δέ τε μιν καλέουσιν Ἀθήναι.
 Ἦδε καὶ αὐτῆπερ κακίσφυρος Αἰνεῖάνη
 Καὶ Γανυμηδείη καὶ Δαρδάνιον γένος ἦεν
 40 Τρῶος Εὐρυπυλίδεω ᾧ δὴ Φίλον ἱερὰ ῥέξαι
 Καὶ θυῖαι· θυῖων αἵτ' οὐκ ἀέκοντος ἀνάγκη.
 Εἰ δέ τοι εὐσεβέεσσι καὶ ἡρώων ἀλεγίζεις,
 Οὐ μὲν γὰρ θνητῇ αἵτ' οὐδὲ θείαινα τέτυκται·
 Τούνεκεν οὔτε νεῶν ἱερὸν λάχεν οὔτε τι τύμβον,
 45 Οὐδὲ γέρας θνητοῖς, αἵτ' οὐδὲ θεοῖσιν ὅμοια.
 Σῆμα μὲν οἱ νηῶ ἱκελὸν δῆμα ἐν Ἀθήνῃς.
 Ψυχὴ δὲ σκῆπτρον Ραδαμανθύος ἀμφοιπολεύει.
 Τοῦτο δὲ Φαυσεῖνῃ κεχαρισμένον ἦσαι ἀγαλμα
 Δῆμα ἐν Τροίῳπείῳ ναοῦ πάρος εὐρέες ἀγροί,
 50 Καὶ χορὸς ἡμερίδων καὶ ἐλαιήεντες ἄρουραι·

Οὐ μὲν αἰτιμήσεται θεὰ βασίλεια γυναικῶν
 Ἀμφίπολον γεράων ἔμεναι, καὶ ὅπαιονα νύμφην.
 Οὐδὲ γὰρ Ἰφιγένειαν εὐθρονος ἰσχέαιρα,
 Οὐδ' Ἐρσην χοργῶπις ἀπητίμησεν Ἀθήνη.
 Οὐδέ μιν ἠρώνησι παλαιῇσιν μεδέουσα,
 Καίσαρος ἰφθίμοιο παρόψεται ὄμπνια μήτηρ.
 Ἐς χορὸν ἐρχομένην προτερῶν ἡμιθέων,
 Ἡ λῶχεν ἡλυσίησι χοροσασίησιν ἀνάσσειν,
 Αὐτὴ γ' Ἀλκμήνῃ τε, μάκαιρ' τε Καδμειῶνῃ.

55

V E R S I O.

ITE agite o Latia templum hoc celebrate
 puella
 Regilla circum effigiem sacra rite ferentes.
 Hac erat Aeneadum de sanguine creta poten-
 tum,
 Anchise Venerisque Idaea clara propago.
 Nupta tamen Marathone fuit. dilecta Deabus
 Calicolis, magna Cereri, Cererique minori,
 Sacra quibus stat faeminea sub imagine forma.
 Ipsa locum sed habet veteres Heroidas inter,
 Insule ubi florent, Saturno rege, beata.
 Hac illi morum, atque pia data premia men-
 tis,
 Conjugis & luctum sic Iuppiter ipse levavit
 Maerentis viduum extremam jam aetate cubile,
 Et sibi quod dulces, praestantia pignora, natas
 Lanifica Harpyae, nigra rapuere sorores,

I

Di-

15 *Dimidium numero ex omni. modò binà relicta
Parva, ignara malorum, & adhuc heu ne-
scia, qualem*

*Abstulerit matrem sibi inexorabilis orcus,
Ante, colus, sera explèssèt quàm fila senectæ.
Huic flenti sine fine, dedit solatia luctus*

20 *Juppiter, atque Jovi par mente & corpore
princeps.*

*Juppiter Oceano uxorem post funera misit,
Elysi Zephyri portandam mollibus auris.*

At princeps lunata pedum dat vincula nato:

Qualia Mercurius quondam gestasse putatur,

25 *Cum flammâ Æneam, belloque eduxit Achi-
vum*

*Per noctem: at multa cum luce salutifer illi
Circuitus hærebat, pedibus, luna emulus orbi.*

*Quem talo adfuturum mox nexuit Æneadum
gens,*

Nobilibus clarum Ausoniis insigne futurum.

30 *Cecropidem quemvis, Grajàque ab gente profe-
ctum*

*Hunc, talare decus Tuscorum exornat avorum
Mercuriò atque Herse genitum: si creditur
olim*

Ceryx Herodis Theside sanguinis auctor.

Sic & honoratus, sic nomine dignus habetur:

35 *Olli quippe datum domini partem esse Senatus:
Nec quemquam Hellas habet genere, eloquio-
ue priorem.*

Hinc

Hinc illam iugum vocitant Herodis Athene.
Atque hac pulcra quidem, quam conspicias
Encone,

Et Ganymedeo sata sanguine, Dardaniôque
Trois Erichthonide. cui sacrificare voluntas, 40
Sacrificet: nec enim invitum dare tura necesse
est:

Sed si cui heronum cura est non temnere cultum.
Nec mortalis enim, sed nec Den jure putanda est.
Nec templum illa quidem, sed nec sortita se-
pulcrum:

Non hominum, sed nec divum mereatur hono- 45
res.

Par templo moles haec surgit in urbe Minervae,
Aest anima in regno Rhadamanthi lata vaga-
tur.

In pago Triopa, Faustina hac grata locatur
Effigies. laeis templum praeexitur agris,
Ordine ubi posita vites, oleaeque feraces. 50
Nec dea feminea dux & regina ceterae
Abnuet hanc nympham sacris sibi adesse mini-
stram.

Spreta sagittifera nec enim Iphigenia Diane.
Cassia non Hersen est aspernata Minerva.
Nec quae inter priscas regnum tenet Heroinas 55
Caesaris hanc magni possit contemnere mater,
Mixta choris cupiet cum ludere semidearum:
Ipsa etenim Elysias moderatur diva choreas,
Cumque ipsa, Alcmenêque, beatâque Cadmeone.

CLAUDII SALMASII NOTÆ.



FFOSSA nuper est ad urbem hæc inscriptio, eodem locô, qvô ante decennium eruta fuit altera illa Herodis hujus Regillæ viri, Attici Rhetoris, ut nos olim docuimus, contra sententiam doctissimi Casauboni, qvi de Herode Judææ Tetrarcha, notis ad illam editis, accipiendum putavit. Sic qvôd olim conjecturâ ducti existimabamus, nunc certâ re docti possumus affirmare. Continet autem hæc inscriptio dedicationem statux Regillæ, in illo templo positæ, qvôd tertiô ab urbe milliari in villa sua Triopio ædificaverat Herodes : qvô loci monumentum sibi posterisqve suis exstruendum idem curaverat, ut ex ejus inscriptione patet, & nos ad ipsam multis ostendimus. Illustre sanè utrumqve vetustatis monumentum. Nec parum interfuit Reip. litterariæ utrumqve ad nos saluum pervenisse, cùm propter versuum elegantiam, tum multarum rerum notitiam, qvæ aliunde sciri non poterant. Debetur autem hæc ἐπιγραφή doctissimo viro I. Symundo, qvi eam Româ attulit, ad ipsum marmor a se descriptam.

MAP-

ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ] Qvis hic Marcellus fuerit, & ad quam rem positum ejus nomen in hujus inscriptionis fronte, ut ingenuè fatear, ignoro. Utrum enim ab ipso dedicata sit hæc Regillæ statua, an ut horum versuum auctor, nomen eis suum præposuerit, incertum habeo. In omnibus sanè veteribus inscriptionibus, quibus statuarum dedicationes continentur, semper eorum nomina posita leguntur, à quibus statuæ sunt dedicatæ. Nusquam autem in hoc toto carmine dicitur, a quo posita dedicatæque fuerit hæc Regillæ effigies. Ab ipso Herode non fuisse dedicatam, facilè intelliget, qui inscriptionem legerit. Oportet igitur hunc Marcellum fuisse aliquem ex consanguineis vel propinquis ipsius Regillæ, qui ponendam hanc ei statuam curavit, & dedicavit, vel amicum saltem Herodis, qui in ejus gratiam hoc fecerit, ipso Herode Athenis tunc commorante. Hæc omnia tamen incerta sunt. Marcellum autem per illa tempora invenio nullum, præter illum qui consul fuit cum Celso annò DCCCXXCI. sub Hadriano. Sic enim habent fasti Alexandrini: μαρκέλλου καὶ κέλζου. Alii tamen Marcellinum vocant. Plinius Neratii cujusdam Marcelli clarissimi civis meminit. iidem Fasti sub Commodo consules ponunt, annò

c. xxxvi. *Marcellum & Ælium*. sed vereor, ut ibi pro μαρκελλου legendum sit μαρκεύλου: ita enim par illud Consulum nominatur in antiquis marmoribus, MARULLO ET ÆLIANO COS. Mentio etiam cujusdam Marcelli, hominis ut videtur Græci, in vetere nummo: ΟΤΤΙΑΙΟC. ΜΑΡΚΕΛΛΟC. Ο ΙΡΕΥC. ΤΟΥ. ΑΝΤΙΝΟΟΥ. ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ. Hic per illa tempora, nisi fallor, vixit, & sacerdos Antinoi fuit, quem Græci volente Hadrianô consecraverunt, ut refert Spartianus, c. xiv. Plures denique possunt proferri Marcelli qui illâ tempestate vixerint. Ulpius etiam Marcellus, illâ tempestate Jurisconsultus notissimus, & celeberrimus, qui coævus fuit Volusio Mæciano. Marcellum quemdam ad mortem voluntariam coëgisse dicitur Adrianus apud Spartianum, c. xv. sed parum refert scire, qui & quot Marcelli fuerint illis temporibus, cum vix ac ne vix quidem sciri possit, quis ex illis omnibus auctor hujus inscriptionis fuerit.

ΔΕΤΡΙΤΕ ΘΥΒΡΙΑΔΕΣ] Usitatus erat, Θύμβριαδες. Θύμβριν enim Græci, & ποῦτα præsertim, vocant Tiberim. Θύμβρις δὲ ποταμοῦ. Hesych. Dionysius:

— ἢ διὰ μέσσης

Θύμβρις ἐλισσόμενος καθαρὸν ῥόον εἰς ἄλλα βάλ-
λει

Θύμβρις

Θύμβρις εὐρρεΐτης — &c.

Stephanus περὶ ἐθνικῶν: Θύμβρις πατριὰς Ρώμης, ὡς καὶ τίθειαι τὸ ἐθνικόν. Θύμβριος καὶ Θυμβρίας. atque hinc debuit esse Θυμβριάδες, hōc locō. Sed familiare Græcis poëtis literam μ multis vocabulis exterere. sic Θιβρὸν & Θιμβρὸν dicunt. Sic εὐκαμπὲς ἄγκιστρον pro εὐκαμπῆς apud Leonidem in Epigrammate. Et ἀφορεὺς pro ἀμφορεὺς apud Simonidem: ἐξήκοντ' ἀφορεῖς ἐλαίου, ita postulante versu. Sed & eam scripturam in veteribus Pollucis codicibus reperi, ἀφορεῖς pro ἀμφορεῖς.

ΡΗΓΙΛΛΗΣ ΕΔΩΚ ΑΜΦΙ] Hæc Regilla uxor fuit Herodis Attici, ut scribit Philostratus in ejus vita. Nobilissimam hanc facit inscriptionis auctor, & ad Æneam & Archisen generis originem refert: Sequitur enim:

Ἡ δὲ πολυτεάνων μὲν ἦν ἐξ Αἰνεαδῶν,

Ἀγχιέω κλυτὸν αἶμα καὶ Ἰδαίης Ἀφροδίτης.

Et infra Αἰνειῶνην appellat, & Γανυμηδείην, & Δαρδάνιον γένος. Ex qua autem familia fuerit, nisi conjecturâ assequi speremus, frustra aliâ ratione id expiscari tentabimus. Fratrem ejus Braduam vocat Philostratus in vita Herodis: γράφεται αὐτὸν φόνου Βραδύας ὁ τῆς Ρηγίλης ἀδελφὸς ἐνδοκιμώτατος ὡς ἐν ὑπάτασ. Ita enim legendum, non Βραδείας, ut vulgo. Duo autem hōc cognomine consu-

les leguntur in Fastis, quorum alter, *Ap-
pius Annius Braduas* vocatur, & consul fuit
cum Varo Hadriani temporibus; alter verò
M. Atilius Metilius Bradua, sub Commo-
do consul fuit cum Materno. Hos diversa
nomina & prænomena diversæ etiam gentis
fuisse ostendunt. Uter horum fuerit Re-
gillæ frater, quæstionis est. Regillæ no-
men facilè mihi persvaserit, Atilii Braduæ
sororem eam fuisse. Atiliæ enim familiæ
cognomen fuit Regulus. Nam ille Regu-
lus qui a Carthaginensibus captus est, M.
Atilius Regulus dicebatur, ut notum est.
Fœminæ autem illis temporibus ex paren-
tum cognominibus appellationes sumebant:
ut Regilla a Regulo: Drusilla a Druso: O-
restilla ab Oreste: Metella a Metello: A-
grippina ab Agrippa: Messalina a Messala.
non dubium est igitur hanc Regillam ex
Atilia familia fuisse, cui cognomen Regu-
lus. Regillæ etiam meminit auctor vitæ
Demonactis his verbis: *περὶ μὲν τοι Ηρώδου*
ἔλεγεν ἀληθεύειν τὸν Πλάτωνα φάμενον οὐ μίαν
ἡμᾶς ψυχὴν ἔχειν, οὐ γὰρ εἶναι τῆς αὐτῆς ψυχῆς
ῤῆγιαν, καὶ Πολυδεύκη, ὡς ζῶντας ἐσῆλθον καὶ
τὰ τοιαῦτα μελετᾶν. Vulgo *ῤῆγίαν* ibi
scribitur manifestò mendò.

ΓΗΜΑΤΟ ΔΕC ΜΑΡΑΘΩΝΑ] Hoc est,
nupsit Herodi Attico qui Marathonius erat.

Mara-

Marathon, ut omnes sciunt, pagus Atticæ. inde fuit Herodes, atque ibi plurimum morabatur: ibique decessit, & sepeliri ibidem voluerat. Vide Philostratum: apud quem legere est hoc ipsius sepulcro inscriptum epigramma:

Ἀττικοῦ Ἡρώδης Μαραθώνιος, οὗ τάδε πάντα

Κεῖται τῷδε τάφῳ, πάνλοθεν εὐδόκιμος.

ut autem obiter hoc admoneam, Herodes cujus heic mentio, Attici filius fuit, & habuit filium nomine avi appellatum Atticum, ut infra dicturi sumus. ipse verò Attici dicebatur, non Atticus, ut in hoc epigrammate, Ἀττικοῦ Ἡρώδης. Græci, quibus familiare genus hoc loquendi, non aliter hunc Herodem appellare consueverunt, quàm Ἡρώδην Ἀττικοῦ, nunquàm verò Ἡρώδην Ἀττικὸν dicerent. Romani verò quibus alia fuit consuetudo, Herodem Atticum, non Attici, hunc semper appellârunt, patris sui nomine scilicet. Hinc cùm in veteribus legis, TORQUATO & ATTICO cæs. de hoc Herode accipiendum est. Apud Græcos enim rarò admodùm filius patris nomine appellabatur. hinc moris erat, positò alicujus nomine, ut sciretur, quò patre natus esset, patris etiam nomen adponere: ut Ἡρώδης Ἀττικοῦ, subintellige υἱός· Μιλιάδης Κίμωνος Ἀππίων Πλειστονίκου. Romani verò apud quos ferè

filii patrum quoque nomina & cognomina usurpabant, nusquam hoc loquendi genere usi sunt, ut dicerent, Heroden Attici, Miltiaden Cimonis, Appionem Plistonici; sed suo modo moreque loquentes dixerunt potius Heroden Atticum, Appionem Plistonice, & similia. Hinc Svetonius in Jul. c. iv. ¹ Apollonium qui Molonis erat filius, ut ab aliis ejusdem nominis distingueret, vocat Apollonium Molonem, quamvis non diceretur Molon, sed Molonis tantum esset filius: *Apollonio Moloni clarissimo tunc dicendi magistro operam dedit.* ubi doctissimi viri falluntur, qui legendum contendunt, *Apolonio Molonis.* Græca enim hæc locutio, non Latina, *Ἀπολλωνίου τῷ Μόλωνος.* Omnes autem veteres libri *Apollonio Moloni*, illò locò agnoscunt, nec aliter eum Cicero cum Quinctiliano vocavit. Sic Appionem Grammaticum, quem Tiberius Cæsar Cymbalum mundi vocabat, Gellius in manuscriptis membranis Appionem Plistonice vocat, ² ubi vulgò excusum est, Appion Polyhistor. atqui Appion ille Plistonice filius fuit. Ita hunc Herodem de quo nunc sermo est, Attici filium, nusquam aliter nominaverunt Latini, quam Heroden Atticum. de quo nos alibi pluribus. hæc enim in transitu tetigisse sufficiat.

E Δ Ο C

¹ Vide ibi Casaubon. in notis, p. m. 7. ² lib. v. c. xiv. & lib. vi. c. viii.

ΕΔΟΣ ΑΜΦΙ ΘΥΟΣΚΟΛΙΡΑ] Hæc sunt corruptissima. legendum:

— ἔδος ἀμφὶ θυοσκόον ἱερὰ φέρανται.

vel, θυοσκόοι sed illud melius. θυοσκόοι vulgò sunt Aruspices. Hinc enim dictos fuisse Thuscōs scribit Festus; a sacrificanda studiose, ex Græco θυοσκόοι sic enim legendum apud Festum. Hoc verò θυοσκόον ἔδος, sacra effigies, cui sacra fiunt, aut fieri debent, & solent. Vide Grammaticos. Hinc θυοσκοεῖν, ἱερὰ παρέχεσθαι θεοῖς. Sic legi debet apud Hesychium.

ΘΕΑΙ ΔΕ ΜΙΝ ΟΥΡΑΝΙΩΝΑΙ ΤΙΟΥΤΙΝ ΔΗΩΤΕ] In eo templo, in quo hæc statua Regillæ, dedicaverat etiam simulacra Nemesis & Minervæ, easque συμβώμους fecerat Herodes. Illæ nempe sunt, quas οὐρανίαντας θεὰς vocat. nam Ceres quæ sequitur, & ejus filia Proserpina, non inter οὐρανιάντας, sed inter χθονίαντας habitæ, ut ad inscriptionem Herodis, p. 24. docuimus. putet tamen aliquis per οὐρανιάντας θεὰς intelligi heic tantum Cererem & Proserpinam, & iis solis dedicari statuam Regillæ. οὐρανιάνται sunt Cæli filiæ. sic θεοὶ οὐρανιάντες, Cæli filii, hoc est οὐρανοῦ. Sic Αἰνειώνη infra & Καδμειώνη, Æneæ & Cadmi nepotes. Sic Αἰτοεῖωνες Αἰτοῦ filii apud Poëtam, & Αἰολίωνες, ἀντι τῶν Αἰολέων, Æoli nepotes apud Hesychium:

chium: Αἰολῖωνες Αἰολεῖς ἀπὸ τοῦ Αἰόλου. ita legendum apud optimum Grammaticum. Sed hæc nota sunt.

ΔΗΩ ΤΕ ΝΗΗ ΔΗΩ ΤΕ ΠΑΛΑΙΗ] Duæ Cereres heic nobis proponuntur, novæ & antiquæ. Pronum est intelligere Cererem & ejus filiam Proserpinam, hoc est, ut vertimus, Cererem majorem & minorem. Græci Δήμητρα καὶ Κόρην appellant, Latini Cererem & Liberam. quæ Libera non ab eo dicta est, quòd esset Liberi soror, ut existimavit Lipsius: sed Ceres & Libera, ad verbum est quod Græcis dicitur Δημήτηρ καὶ Κόρη. veteres enim Latini liberum pro filio dicebant. Hinc liberi pro filiis. Sed & liberum pro filio dixit Justinianus in Institutis, plurimique Latinorum eâ voce ita usi sunt, ut Aurelius Victor Schotti, in Epit. c. xii. 9. aliique, ut nos alibi observamus. Inde etiam Liberipatris nomen, quòd Cereris nempe filius esset. nam Iacchus Cereris filius, & frater Proserpinæ. Unde *mammosa Ceres ab Iaccho* Lucretio dicitur. quem versum 1161. lib. iv. optimi & vetusti poëtæ nemo hactenus intellexit, ut nec illum veteris poëtæ Græci Orphei apud Clementem Alexandrinum:

—— παῖς δ' ἦεν Ιακχος,

Χεῖρ' τε μιν ῥίπιασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις.

qvo-

quorum verborum mentem non vidit Arnobius, cum versus illos Latinè redderet, idque pluribus docuimus in nostris ad Tertulliani Pallium¹ commentariis. *Liber* igitur & *Libera* sunt filii Cereris, quos Græci κοῦρον & κόρην dixerunt. Sic enim alicubi legi: Δημήτηρ καὶ Κοῦρος καὶ Κόρη. Frequentiùs tamen occurrit: Δημήτηρ καὶ Κόρη καὶ Ιακχος. sed & Ιακχος & Βάκχος idem planè quod κόρος significat. Κόρος enim præter illam significationem, quâ pro puero sumitur, designat etiam tenerum ramum, ex quo corona plectitur, aut πλέγμα μυρσίνης καὶ πᾶν νέον βλάστημα. Idem planè significat vox βάκχου & ιάκχου apud Græcos. Hesychius: βάκχος κλάδος ὁ ἐν ταῖς τελεταῖς & βακχᾶν ἐσεφανῶσθαι κιασῶ. Auctor magni Etymologici βάκχον τὸν ἐν ταῖς τελεταῖς σέφανον. exponit: apud eum autem corrigendum, καὶ κλάδος ὁ ἐν ταῖς τελεταῖς ἢ σέφανος. vulgò κλαύδιος excusum est perperam. sic ἱακχὸν σεφάνωμα apud Sicyonios significare notat Hesychius. Ut igitur a voce κόρος, quæ pro tenello ramo accipitur, κόρον etiam pro puero usurpârunt: sic Ιακχος puer Cereris dictus est, quem & κόρον dicebant, ut alibi ostendemus, sicut & ejus sororem Κόρην. Hi enim tres sæpe conjunctim ponuntur, Δημήτηρ καὶ Κόρη καὶ Ιακχος. Vide Artemi-

¹ Nos locum invenire, non potuimus nec nihil dubitamus de veritate adlegati.

midorum, lib. II. c. XXXV. & XLIV. Apud Tacitum, lib. II. Annal. c. XLIX. 2. *Ædes Liberæ Liberaque & Cereri juxta Circum Maximum, quas Aulus Postumius dictator voverat. & in vetusto lapide, DEO BACCHO, CERERI ET CORÆ.* Sciendum verò est, quam alii Κόρην appellant, cùm dicunt, Δημήτηρ καὶ Κόρη, Pausaniam eam παῖδα appellare, non uno locò, Δημήτηρ καὶ ἡ παῖς: quod ad verbum est, *Ceres & Libera.* in Atticis, p. m. 70. ἐστὶ δὲ ἱερὸν ἐν ᾧ κεῖται Δήμητρος καὶ τῆς παιδὸς ἀγάλματα & alibi passim. ¹

ΤΗΣΙ ΠΕΡ ΙΕΡΟΝ ΕΙΔΟΣ, &C. ΑΓΚΕΙΤΑΙ] Cereri & Liberæ statua Regillæ dedicatur. Mos enim hic apud antiquos, cùm statuam alicui ponendam curarent, eam alicui numini dedicare: & hunc morem jampridem observârunt viri docti. Mithridates Persa cùm statuam Platonis dedicaret, hanc inscriptionem posuit, Μιθριδάτης ὁ Ροδοδάτου Πέρσης Μούσαις εἰκόνα ἀνέθηκε Πλάτωνος ἣν Σιλανίων ἐποίησε. Noti etiam illi versus Theocriti:

Αἴθε μοι ἦσαν ὄζα Κροῖσον πόκα Φαντὶ πεπαύσθαι,

Χρῦσοι ἀμφοτέρω κ' ἀνακείμεθα τᾷ Αφροδίτᾳ.
Videndus Lipsius ad Taciti Annales.

ΑΤΤΗ ΔΕ ΜΕΘΗΡΩΝΗΣΙ ΝΕΝΑΚΤΑΙ]
Distingve & lege:

— μεθ'

¹ Vide vel p. m. 4. edit. opt. Hanovienf. M. DCXIII. in fol.

— μεθ' ἡρώνησι νέεσθαι.

ἡρώνηαι pro ἡρώνηαι Atticum est, sic infrà:

Οὐδὲ μιν ἡρώνησι παλαιῇσιν μεδέουσα.

quod similiter ibi corruptum est. Aristophanes in Nubibus:

Αἱ φθελγόμεναι τοῦτο τὸ σεμνὸν μῶν ἡρώνηαι
τίνες εἰσίν;

ubi interpres: Ἀπλὴ ἡ σύνταξις τὸ ἡρώνηαι, ὡς ἡῖθεοι, ἡθεοι. κατὰ δὲ τὸ ἀρχαῖον καὶ σύνηθεσ αὐτῷ ἐνθάδε τρισυλλάβως προήνευκε τὸ ἡρώνηαι.

ΔΗΩ ΤΕ ΝΗΗ ΔΗΩ ΤΕ ΠΑΛΑΙΗ] *Vetus Scholiastes Euripidis in Phoenissis ad illud, Διώνυμοι θεαὶ Διώνυμοι δὲ πάροσον ἢ μὲν κόρη καὶ Περσεφόνη, ἢ δὲ Δημήτηρ καὶ γῆ καλεῖται ἢ μὲν πρεσβυτέρα, ἢ δὲ νεωτέρα. qvæ nostram interpretationem confirmant. Miratur autem doctissimus enarrator Taciti, filiam matri præponi locô à nobis suprâ, p. 142. citatô, *Libero & Libera & Cereri*: & ordinem hunc irreligiosum vocat. Sed scriptores hoc non observant. Euripides Phoenissis priorem nominat Proserpinam: αἱ διώνυμοι θεαί, Περσέφασσα καὶ φίλα Δαμάτηρ, &c. & quamvis frequentius dicant, Δημήτηρ καὶ κόρη, sæpe tamen etiam dicunt, κόρη τε καὶ Δημήτηρ. Pausanias Atticis, p. m. 59. προσπαλτίοις δὲ ἐτε καὶ τούτοις κόρης καὶ Δήμητρος ἱερόν. ² EN*

1 Lipsius in h. l. p. m. 56. n. 138. edit. Paris. M DC. VII. in fol. 2 Vide eundem Pausaniam ibidem, p. m. 70. dicentem: Λέγονται δὲ οἱ Γ' εἰκοτὶ Κόρης ἱεροὶ καὶ Δήμητρος εἶναι.

ΕΝ ΜΑΚΑΡΩΝ ΝΗΟΙCΙΝ ΙΝΑ ΚΡΟΝΟC
ΕΜΒΑCΙΑΕΤΕΙ] Saturnum in beatis insulis
regnare heic facit : qvòd nescio an alibi te-
mere reperiās. Veteres Saturnum ἐν τοῖς
χθονίοις θεοῖς ponebant. Plutarchus in qvæ-
stionibus Romanis : ἡ ὅτι τοῖς οὐρανίοις ἐπικαι-
λύπτονται, τόνδε Κρόνον ἡγοῦνται θεὸν ὑπουδαῖον
καὶ χθόνιον. Idem alio locô : ἡ Κρόνῳ μὲν οὐ-
τος ὁ μὴν ὑπὸ Ρωμαίων καθιέρωται, Κρόνον δὲ τῶν
κάτω θεῶν οὐ τῶν ἄνω νομίζουσι; Elysi autem
campi sunt κάτω, sed hic auctor beatas in-
sulas in Oceano collocat, ut & alii multi
scriptores. Saturnum etiam multi non ἐν τοῖς
χθονίοις & inferis Diis recensent, sed ἐν τοῖς
πέριξ. Artemidorus, lib. II. c. XLIV. περὶ
χθονίων θεῶν καὶ τῶν πέριξ, Saturnum & Ocea-
num & Tethyn ἐν τοῖς πέριξ non ἐν τοῖς χθονίοις
numerat. & c. xxxv. ejusdem lib. αὐτὸν δὲ
τὸν Ἀρη, πῇ μὲν ἐν τοῖς ἐπιγείοις, πῇ δὲ ἐν τοῖς
χθονίοις, κατατακτέον· οἱ δὲ πέριξ τούτων Ωκεα-
νὸς καὶ Τηθύς καὶ Κρόνος καὶ ὅλων φύσις, &c.
Nec dubium hâc ratione Saturnum ἐν τοῖς πέ-
ριξ ab Artemidoro poni, qvòd beatis insu-
lis, qvæ in Oceano sunt, præesse credere-
tur. Nam Græcis ὁ πέριξ Ωκεανὸς dicitur
qvòd terram ambiat. Non mirum autem
eum Beatorum insulis præfici, qvi, cū apud
superos regnaret, aurei seculi conditor, καὶ
πάσης εὐδαιμονίας προσάτης fuisse creditus est.

ΧΗΡΗ ΠΕΡΙΧΕΙΜΕΝΟΝ ΕΤΝΗ] Lege,
χέρη περιχέμενον ἐννῇ.

ΑΡΠΥΙΑΙ ΚΛΩΘΩ ΕΣΑΝΗΡΕΪΨΑΝΤΟ ΜΕ-
ΛΑΙΝΑΙ] Vel cæco apparet scribendum esse:

Ἀρπυιαὶ κλωθῶες ἀνερείψαντο μέλαιναί.

per ἄρπυϊας κλωθῶας intelligit Parcas. Nam apud veteres qui subitâ morte extincti essent, ac inter homines apparere desissent, ab Harpyis rapti credebantur. Homerus, Odyss. α. v. 241.

Νῦν δέ μιν ἀκλειῶς ἄρπυιαι ἀνερείψαντο.

Ὡχέτ' αἴσος ἄπυσος· ἱποὶ δ' ὀδύνας τε γόους τε
Καλλιπεν.

Hic verò ἄρπυϊας κλωθῶας Parcas vocat. Κλω-
θῶ una ex Parcis. Sed & sic omnes dictæ.
Hesychius: κλωθῶες αἱ μοῖραι. vulgò κλωθες
excusum est, perperam. Fortasse tamen ni-
hil mutandum. nam κατακλωθες Parcæ Ho-
mero dicuntur. κλωθες igitur & κατακλωθες
eædem. Odyss. η. v. 197.

Πάσεται ἄσος οἱ αἴζα κατακλωθές τε βαρεῖαι.

Γεινομένῳ νῆζαντο λίνῳ.

Et fortasse κατὰ κλωθες βαρεῖαι scriptum apud
Homerum pro κλωθες κατὰ βαρεῖαι. sic ἐπιχλω-
ρήϊδα νώτῳ· ἐπιζαμενὲς κοτέουζα, & similia.
Gram-

1 Malè in opt. indice Homérico V Volsfg. Seberi edit.
Commelin. c10 r0c 1v. p. m. 58. in 4to est ἀνερείψαντο.
quod miror nec à Jos. Scaligero, nec à Ger. Jo Vossio,
meò codice usis olim, emendatum. Porro in sequen-
te versu non solum isto indice sed & in omnibus meis
Homeri exemplaribus est Ὀΐχι' pro quo hic Salma-
sius habet Ὠχεί'.

2 Αἱ: κατακλώθησι καοῖῃα

Grammatici ad illum versum: τὸ δὲ κλωθες ἡ κατακλωθες μεταπλάσμων ἔπαθεν ἐκ τοῦ αἰκλῶ-
θου, οὗ εὐθεῖα ἡ κλωθὴ δηλοῖ δὲ τὰς μοῖρας πα-
ρονομασθείσας ἀπὸ μιᾶς αὐτῶν τῆς κλωθοῦς.

HMICEAC ΠΑΕΟΝΩΝ] Sensus est, ex plu-
ribus liberis, quos habebat Herodes, dimi-
diam partem ipsi rapuisse Parcas, ac duos
tantum relictos: sic quattuor liberos habuis-
se videtur Herodes. Philostratus tamen tres
tantum nominat, duas filias & natum uni-
cum: & filias quidem ambas amisisse, filium
autem superstitem reliquisse scribit. Sed cui
potius credemus? Marcelle tibi, vel quis-
quis alius hujus inscriptionis auctor. Ex na-
tis duabus priorem Panathenaidem decessisse
memorat idem Philostratus: quam & in ur-
be sepeliêrunt Athenienses, & diem, in qua
obiit, ex numero dierum decreto sustule-
runt, ad patris luctum levandum. Sic igitur
hanc litem componemus. Certum est Re-
gillam prægnantem & partui vicinam deces-
sisse. Fœtum igitur, quem in utero gerebat,
quique cum ipsa periit, inter liberos, qui
Herodi erepti sunt, recenset hic auctor. O-
portet nondum mortuâ Elpinice alterâ ex
Herodis filiabus, positam & dedicatam hanc
statuam fuisse. atque ita duos Herodi reli-
ctos liberos intelligit, Elpinicen illam &
Atticum filium. Philostratus de morte Re-
gil-

gille sic scriptum reliquit: κύειν μὲν ἀντὶ τὴν
 γυναῖκα Ρηγίλλαν ὄγδοον πού μῆνα. τὸν δὲ Ἡρό-
 δην οὐχ ὑπὲρ μεγάλων Αλκιμέδοντι τῷ οἰκέτῃ προ-
 σταῖσαι τυπτῆσαι αὐτήν. πληγείσαν δὲ εἰς τὴν χα-
 σάσθαι τὴν γυναῖκα ἀποθανεῖν ἐν ὧρῳ τῷ τόκῳ. ita
 scriptum legi in Epitome manu exarata: vul-
 gò editum est: Αλκιμέδοντι τῷ ἀπολευθέρῳ.
 Certum tamen est hunc Alcimedontem fuisse
 Herodis libertum: sed fortasse servus adhuc
 erat, cùm obiit Regilla.

ΔΟΙΩ ΔΕ ΤΙ ΠΑΙΔΕ ΛΙΠΕΣΘΗΝ] Scri-
 bendum:

— δαὶ δὲ ἔτι παῖδα λιπέσθην.

ΝΗΠΙΑΧΩ ΑΓΝΩ ΤΕ ΚΑΚΩΝ] Scribe, &
 distinge.

Νηπιάχῳ, ἀγνώτε κακῶν, ἔτε μάλιστα ἀπύσω.

ΟἴΗΝ ΣΦΙΝ ΝΗΛΗΣ] Non dubium mihi
 est, lapidem scriptum habere, νηλής.

Οἴην σφιν νηλής κατὰ μητέρας πότμος ἔμαρψε.
 νηλεῖ πότμῳ, νηλεῖ δασμῷ, sæpius apud poë-
 tas occurrit. at νηδὴς nihil est.

ΠΡΙΝΤΙΕΡ ΓΗΡΑΙΗCΙ ΜΙΓΗΜΕΝΑΙ ΗΛΑΚΑ-
 ΤΗCΙ] Eleganter γηραιαῖς ἡλακᾶταις μυγῆται
 de iis, qui ad senectutem perveniunt. Simi-
 li plane locutione Martialis breves ætates di-
 xit, de vita brevi ac non diuturna, lib. ix.
 Epigr. xviii. f.

*Latona venerande nepas, qui mitibus herbis
 Parcarum exoras pensa, brevésque colas.*

Animadversione autem dignum, ἡλακώτας
 heic ab auctore dici non ἡλακώτην, quamvis
 de unius vita fatóque agatur, ut a Martiale
 colos, non colum, lib. vii. Epigr. xlvii. 7.

*Non tulit invidiam nigri regnator Averni,
 Et raptas fatis reddidit ipse solos.*

Licet enim plerique veterum uni ex Parcís
 quæ Clotho dicebatur, hoc nendi officium,
 & fatalia fila ducendi tribuerint, alios ta-
 men non paucos, singulis Parcís suam co-
 lum adsignasse, iisque tribus simul vitam
 uniuscujusque volvendam dedisse, certum
 est. Hinc κλωθῶας Græcis dictas Parcas suprà,
 p. 145. notabamus, quas Latini poëtæ² *lanificas*
sorores appellant. Ovidius duas nominat
 Clotho & Lachesis, lib. vi. Fastor. v. 757.

*At Clotho Lachesisque dolent sua fila re-
 neri,*

Et fieri regni jura minora sui.
 quos versus ideò attulimus, ut insigni men-
 dō eos liberaremus. nam vulgò legitur, *sua*
fila teneri. *Reneri*, ἀνακλώθεσθαι dolent
 enim reneri quod semel neverunt. Idem
 mendum irrepsit in Epistolam Albinovani
 ad Liviam, v. 443.

*Sed rigidum jus est, & inevitabile mortis:
 Stant rata, non ullà fila tenenda manu.*
 Omnino legendum, *fila renenda*. Sic Græci

ἀνα-
 1 Al. taciti. 2 Martial. lib. iv. Epigr. lxxx. 5. *La-*
nificas nulli tres exorare puellas Contigit.

ἀνακλωσθῆναι. Justinus Martyr : ἐπὶ δὲ εἰ καθὼς φασὶν Ἕλληνες καὶ ὑπὸ τῶν μοιρῶν ἐπικλωθόμενα, ἀδύνατόν εἶναι ἀνακλωσθῆναι· *qua a Percis neta sunt, non posse teneri.* Sic Pernere apud Martialem, lib. i. Epigr. LXXXIX. οὐ

Cum mihi supremos Lachesis perneuerit annos.

sed hæc obiter dicta sint.

ΟΔΥΡΟΜΕΝΩ ΑΚΟΡΗΤΩΝ] Incon-
solabilem, insatiabilemque luctum, quod mor-
tem Regillæ prosequutus est Herodes, mul-
tis describit Philostratus in ejus vita. non
defuere tamen, qui fictum illum luctum esse
contenderent, & ad elevandam suspicionem
criminis, quod ei objiciebatur, occisæ ab
ipso Regillæ, vel ipsius jussu, cum levi de
caussa ab ejus liberto Alcimedonte pulsata
esset, & ex eo ictu abortum fecisset, inter-
iissetque, prægnas enim tunc erat. Et hoc
nomine reus actus est Herodes a Brada Reg-
illæ fratre, & absolutus. Falsum crimen
fuisse conatur adstruere Philostratus hujus
ἀκορήτε luctus argumentō, & aliis multis
prætereà, quæ ipsius verbis afferre non pige-
bit, ut ea locis aliquot emendem : *ξυνήγατο δὲ
αὐτῷ τῆς ἀπολογίας τὸ μηδὲν προσάξει τοιοῦτον
ἐπὶ τὴν Ρηγίλλαν· ἔπειτα τὸ ὑπερπενθῆσαι ἀποθα-
νούσαν· δεῖβάλλεται μὲν γὰρ καὶ ταῦτα ὡς πλά-
σμα· ἀλλ' ὅμως τὰληθὲς ἴσχυεν· οὐ γὰρ ποτε οὐ-*
K 3 τε

τε αὐτὸ θεάτρον ἀναθεῖναι αὐτῇ τιούτον, οὐτ' αὖ
 δευτέρην κλήρῳ τῆς ὑπάρχοντος ἀρχῆς ἐν αὐτῇ ἀ-
 ναθεῖσθαι μὴ καθαρῶς ἔχοντα τῆς αἰτίας, οὐτ'
 αὖ τὸν κόσμον αὐτῆς εἰς τὸ ἐν Ἐλευσίῃ ἱερὸν ἀνα-
 θεῖναι φέρονται, φόνω μεμιασμένον· προ ἐν αὐτῇ
 ἀναθεῖσθαι, *docti viri respondent*, ἐπ' αὐτῇ,
sed frustra sunt. ἐν τοῖς ἐς Græci dicunt, *pro*
in te est, per te stat, ex te pender. Dicit
 igitur Herodem ἐν Πηγίδῃ ἀναθεῖσθαι τὴν
 ὑπάρχον ἀρχήν, qui ejus causâ consulatum re-
 jecit. Cum enim secundum consul fieri
 posset, noluit, & hoc conjugis manibus
 tribuit, quod eam scilicet lugeret. Sequi-
 tur & illud memorabile apud eundem Phi-
 lostratum de hoc Herodis luctu. Totam
 nempe domus faciem mutavisse, & picturas
 parietum velis nigris induxisse: quod nunc
 quidem maxime in usu est, an usitatum olim
 fuerit, nescio, immò non fuisse, puto vel ex
 hoc Philostrati loco, qui tamquam rem no-
 ναν in Herode hoc miratur τὸ δὲ καὶ τὸ σχή-
 μα τῆς οἰκίας ἐπ' αὐτῇ ὑπῆλθε, μελαίνων τὰ
 τῶν οἰκῶν ἀνθ' ὑπερπετάσεσσι καὶ χρώμασι,
 καὶ λθὼ λευκῶ· κατηφῆς δὲ ὁ λίθος καὶ μέλας.
 ubi perperam interpretes τὸ τῶν οἰκῶν ἀνθ',
 ædium florem vertit: debuit enim, *æcorum*
picturas. οἰκοὶ sunt membra ædium; οἰκοὶ enim
 plures ἐν οἰκῳ. Viceruvius, lib. vi. c. vi. & x.
 veros Latine reddidit.

ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ] Marcus Antoninus
Philosophus.

ΖΕΥΣ ΜΕΝ ΕΣ ΩΚΕΑΝΟΝ] Ad insulas
fortunatas, quæ in Oceano a veteribus po-
sitz. Horatius, Epod. Od. xvi. v. 14.

*Nos manet Oceanus circumvagus : arva ,
beata*

Petamus arva , divites & insulas.

Philostratus: φασὶ δὲ καὶ τὰς μακάρεων νήζους
εὐρίσθαι τῷ Διὶ οὐκῶ τέρματι πρὸς τὸ ἀόικητον
ἀνελχούσας ἀκρωτήριον. Nihil notius.

ΤΩ ΔΕ ΖΕΥΣ ΕΠΙΗΡΟΝ] Apud Homerum
& antiquiores poetas, nusquam reperitur ἐπι-
ήρην ἡὸς sensu, sed ἐπῆρα, ut, IL. ε. v. 573. καὶ
τεὶ φίλῃ ἐπῆρα φέρων. quam vocem veteres
Grammatici συγκεκόφθαι volunt ἀπὸ τοῦ ἐπιή-
ρανον. Sed nugari solemne est Grammaticis.
ἡρ ἡρὸς vetus verbum est, quod gratiam si-
gnificat & auxilium, vel beneficium. unde
ἡρα φέρειν, ἡρα τίνειν, gratiam reddere, &
ἡρα ἀρδίων, gratia sagittarum apud Dosiadam
in ara. Illud autem ἡρα, unde συγκεκόφθαι
dicent belli Grammatici? ἡρα φέρειν igitur,
& ἡρα ἐπιφέρειν est gratificari. Pro quo Ho-
merus ἐπῆρα φέρειν versu exigente sæpe po-
suit. Nam ἐπῆρα φέρειν positum pro ἡρα
ἐπιφέρειν. ut ἐπιχλωρηῖδα νῶτω apud Nican-
drum, pro ἐπὶ νῶτω χλωρηῖδα & ἐπιζαμενὲς
κοτέουσα, pro ζαμενὲς ἐπικοτέουσα, & alia

sexcenta, de quibus nos alibi. Idem Homerus in Odyss. π. v. 376. cū dicit,

καὶ ἐφ' ὑμῖν ἦρα φέρουσα, 'satis ostendit ἐπὶ ἦρα φέρειν, esse ἦρα ἐπιφέρειν. Ex illo autem ἐπὶ ἦρα recentiores ἐπὶ ἦρον fecerunt: ut hōc locō, τῷ δὲ Ζεὺς ἐπὶ ἦρον, ubi fortasse subintelligendum, διδοὺς aut φέρων. nisi quis malit legere, τῷ δὲ Ζεὺς ἐπὶ ἦρος. ἐπὶ ἦρον Grammatici exponunt βοηθὸν καὶ ἐπιχάριτον. sed nihil necesse. Sensus autem hujus loci hic est: In gratiam & solatium Herodis, nec modum nec finem lugendi facientis, Iuppiter uxorem ejus ad Oceanum misit & insulas fortunatas: imperator verò M. Antoninus ejus filium Senatorem fecit.

ΑΤΤΑ Ο ΑΣΤΕΡΟΕΝΤΑ ΠΕΡΙΦΥΡΑ]
Scribendum ac distingvendum puto:

Αὐτὰρ ὁ ἄστερόεντα περὶ σφυρῶν παῖδι πέδιλα
Δῶκεν ἔχειν —

ἄστερόεντα πέδιλα vocat calceos lunatos, quibus adfuta erat lunula: quod patriciorum erat insigne. σεληνίδας Græci vocant, de quibus videndus Plutarchus in quæstionibus Romanicis: Philostratus in vita Herodis, ἐπισφύρεα μηναιοδῆ. Sic auctor ἄστερόεντα πέδιλα vocat. Johannes Gazensis in libro περὶ ἀρχαιολογίας nondum edito, κατὰ πάντα calceos

1 In meis Codicibus est: Λαοὶ δ' οὐκ ἔτι πάντων ἐφ' ὑμῖν ἦρα φέρουσιν

ceos Senatorum Romanorum fuisse appella-
tos scribit, quòd formam litteræ Κάππα ad-
sutam haberent. Sed κάππα Ρωμαϊκὸν vo-
cat, & C intelligit, quæ Lunæ figuram ex-
hibet. Verba ejus hæc sunt: Νομᾶς βασι-
λεὺς ἐν τοῖς ὑποδήμασι Ρωμαίων τῶν πατερκίω-
τυποῦσθαι τὸ Ρωμαϊκὸν κάππα, ὃ παρὰ τοῖς Ελ-
λησιν ἐστὶ ρω, οἱ διὰ τὸ τῶν κοινῶν ἐπιμελεῖσθαι
πατέρων ἔσχον ἐπωνυμίαν· ἐφόρουσι οὖν πατερίκιοι
τὰ καμπάγια, ὡς οὐκ ἐξὸν ἄλλως βεβῆσθαι τῷ βᾶ-
σιλεῖ. Quæ omnia falsa sunt & inepta. non
enim καμπάγια dicta, quòd κάππα adsuturi
haberent, nec κάππα Ρωμαϊκὸν, est C. καμ-
πάγια autem vocat, quæ alii καμπάγια, Latini
campagos. de quibus nos multa in nostris ad
Historiam Augustam Commentariis, Tom. II.
p. 235. edit. Lugdun. Batav. cciϞcclxxi. in 8r.
Deinde, quid illud est, quod idem dicit, τὸ
Ρωμαϊκὸν κάππα ὅπερ ἐστὶ παρὰ τοῖς Ἑλλησιν
ρω? Qvis enim C vel cappa Romanum, ut
vocat, dixit esse Græcum ρω? aut quænam
fingi potest utriusque litteræ affinitas & si-
militudo? Sed videor intelligere quid velit:
Capud Romanos centenarii numeri nota est,
ut ρω apud Græcos. Fuere autem qvī puta-
rent, semicirculum illum, qvī assuebatur cal-
ceis Patriciorum, non lunulam referre, sed
notam centenarii numeri, quòd initio. τῶν
Senatores fuerint. Isidorus: *Patricios cal-*

ceos Romulus reperit quattuor corrigiarum, as-
sutæque Luna. Hæ soli patricii utebantur.
Luna autem in eis non sideris formam, sed no-
tam centenarii numeri significabat, quod initiò
patricii Senatores centum fuerint. Ἀσερόντες
πέδιλα hæc vocantur, quibus sideris forma,
ut loquitur Isidorus, hoc est Lunæ, erat ad-
nexa. Sed hæc pluribus ad Spartianum.

ΤΑ ΔΕΥΟΤΕΙ ΚΑΙ ΕΡΜΑΩΝΑ ΦΟΡΗΝΑΙ]
Docet, unde mos ille apud Romanos origi-
nem cepit, Lunam adfigendi patriciorum
calceis. Sed historia, quæ hæc narratur, &
ratio, quam hujus consuetudinis reddit, apud
nullum alium auctorem, eorum, qui hodie
extant, occurrit. Nam Plutarchus alias caus-
sas adfert, in capitulis Romanicis. Unde
fabulam hanc hauserit auctor, nescio. appa-
ret tamen ex iis eam habere, qui αἴτια scrip-
serunt: quorum præcipui memorantur, in-
ter Græcos Callimachus, inter Latinos Var-
ro. Verum, ut scias, doctissimum poetarum
non prorsus ignoravisse historiam, quæ hæc
tangitur, 11. Æneid. refert stellam cælò
delapsam, viasque signantem præluxisse Æ-
neæ, & Idææ sylvæ se condidisse, eaque du-
ce Æneam & socios salvos ad eum locum
pervenisse, ubi se condiderat. Sic autem
ille, v. 693. ——— de
— forte ad Trebell. Pollion. in Gallienis, c. 371.
p. 234. f.

— *de caelo lapsa per umbras*
Stella facem ducens multa caeco luse, aucturit,
Idam, summam super labentem oculamina sacri,
Cernimus Idam claram se condere sylva, &c.
 Sanctum sidus paulo post vocat, v. 699.

Heic verò videtur genitor se tollit ad annas,
Affaturque Deos, & sanctum sidus adorat.
 Heic verò non stellâ, sed Mercuriô duce,
 qui stellam in modum Lunæ talaribus in-
 fixam habebat, Æneam Idam petisse, &
 in tutum se recepisse scribit: & in ejus rei
 memoriam Æneadas stellæ illius vel Lunæ
 figuram calceis suis adfuisse: quod postea
 nobilitatis insigne fuit Romanis. Quintus
 autem Smyrneus, non stellam nec Mercu-
 rium stelligera habentem talaria, sed Vene-
 rem ipsam ducem Æneæ fuisse tradit, cum
 Trojæ incendium fugeret. lib. xvi.

— Κύπρις δ' ὁδὸν ἡγεμόνευεν,
 Τριωνὸν καὶ παῖδα καὶ ἀνέρα πῆματος αἰνοῦ
 Πρόφρων ῥυομένη. —

ΑΙΝΕΙΑΝ ΠΟΛΕΜΟΥ ΉΞΗΤΕΝ ΑΧΑΙΩΝ]
 Sic Quintus Smyrneus:

— οὐλομένην δὲ φοβούμενον ἔργα μάλοιο
 ΉΞΗΤΕΝ ΠΟΛΕΜΟΙΣ ΔΙΩΝΟΧΩΡΕΣ, ΤΟΥΤΗΣ
 [ΟΕΑ ... ΚΥΚΛΟ ...] Lucaniam hanc fa-
 cili, sed velâ conjecturâ sic replemus:

— σεληνάτης κόκλος αὐγῆς.

vel

vel αἴγλης, quod magis probo. Apollonius, lib. 111. Argon.

Ὡς δὲ σεληναίην διχομήνιδα παρθένος αἴγλην.
Hunc circulum vel lunulam calceis Romanorum adnecti solitam ~~uncinam~~ etiam vocari paullo post dicimus: unde *uncinati calcei* Catoni, qui aliis lunati. Sic aprorum ora lunata vocavit Statius, ab illo dente adunco vel uncinato, qui in ipsorum rostro prominet, lib. xi. v. 530.

*Fulmineos veluti præceps cùm comminus egit
Ira sues, strictisque erexit pectora setis,
Igne tremunt oculi, lunataque dentibus un-*
cis

Ora sonant.

Sic dentem apri *lunulam* vocat Calpurnius, Eclogâ vi.

— *ubi pendulus apri*

Dens sedet, & nivea distinguit pectora luna.
Martialis, lib. i. Epigr. l. v. 31. vitam rusticam eò nomine maximè commendat, quòd eam agitantibus,

Lunata nusquam pellis, & nusquam toga.
Sic Tertullianus in Pallio inter maximà urbanæ ac forensis vitæ impedimenta, togam posuit & uncas calceos. illos tamen uncas calceos, ut & uncinatos Catonis, olim pro repandis accipiebamus. cuius sententiæ me nondum poenitet, tales autem fuisse veterum

rum calceos; in fronte prima scilicet acuminatos, & quasi uncinatos multis docuimus ad illum Tertulliani locum, p. 391. f. ubi hæc diligenter excussimus, & de lunatis etiam accipi posse demonstravimus.

ΤΟΝΔΕ ΚΑΙ ΑΙΝΕΑΔΑΙ] τόνδε, scilicet κύκλον, hunc circulum calceo adfui curaverunt Æneadæ. Diximus suprâ, p. 156. & omnes sciunt hunc circulum Græcis σεληνίδα, Latinis Lunam aut lunulam appellari: sed pauci nôrunt, uncinum etiam appellatum, atque inde uncinatos calceos Catoni dictos apud Festum: *Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos, alii uncinatos, ceteri perones.* Ita enim legendum. nam in illis verbis quæ explicandis, quæ corrigendis variè laborârunt viri dicti, & omnes quidem frustra. Qui magistratum curulem ceperant, aut qui triumphabant, mulleis, id est rubris aut puniceis calceis utebantur, quos postea usurpârunt soli Imperatores cum reliquis triumphantium insignibus. patricii autem & senatores, qui magistratum curulem non cepissent, nigris, sed uncinatis, hoc est lunatis. Nam calcei senatorum nigri. Juvenalis, Sat. VII. v. 192.

— ni-

1 Voce *Mulleos*, p. m. 248. edit. Amstelod. m. dc xcix. in 4to. Andr. Dacerium fugit hic Salmasii locus in notis. Obiter observo, nullum Salmasii scriptum eruditius minùs lectum hâc

— *nigra Lunam sabatæ alute.*

Horatius, lib. I. Serm. Sat. VI. V. 27.

— *nigris modicum impediit cras*

Pellibus —

Ucinus autem recurvus, & ad semicirculi figuram factus. hinc hamus, & uncinus, & circulus, pro eodem. Nam hamatz lorice sunt ex ferreis circulis succulæ. & *uncinata corpuscula* Ciceroni, ¹ quæ Lucretio, ² *hamata*, & Epicuro *ἀγκυροειδῆ*. sed hæc pluribus in Tertulliani Pallio, p. 191. f. ad illum locum: *quæ enim non expediat in algore rigere nudipedem, quæ in calceis uncipodem?* nam qui ad clavos, quibus confixi erant calcei, referunt, vehementer errare ibidem docemus.

ΠΑΡΕΠΡΑΨΑΝΤΟ ΠΕΔΙΑΩ] *παρεπρίψασθαι* vel *παρεπρίψασθαι* proprium ad hanc rem verbum. Latinis *adsuere*, sed & panni qui adsuuntur vestibus, Græcè *παρεπρίψματα* dicuntur. Herodotus, lib. IV. c. CVIII. ἐν δὲ ταύτῃ ἐνίδρυες ἀλίσκονται τὰ καύσους, καὶ ἄλλα θηρία τετραγωνοπέσσωπα, τῶν τὰ δέρματα περὶ τοὺς σινοὺς παρεπρίπτεται. Pessimè ibi interpret, *quorum pelles ad thecones faciendos confuuntur*. nec animadversum Stephano. Sic enim debuit: *quorum pelles sisuris & vestibus ad-*

¹ Lib. IV. Academic. QQ. c. XXXVIII. apud Nonium; p. m. 90. b. edit. Paris. M. D. XXCIII. in 8t. At in omnibus meis Tullii cedicib. reperio, *uncinati* quæ corporibus. 2 lib. II. v. 468.

adsumuntur. ad ornatum enim vestis, extimæ tantum oræ per circuitum adsuebantur ejusmodi pelles: non autem ex his totæ vestes conficiebantur. Id Græci *παρεσφύισθαι*, & *παρεσφύματα* limbi & fasciæ, quæ adtexuntur caudis vestium. Hesychius: *παραιρήματα*, *παρεσφύματα* ἱμαθίων quod verbum Thucydidis est. sic autem explicat Pollux: *Θουκυδίδης δὲ ἐκ τῶν ἐσθήτων παραιρήματα τὰ πρὸς ταῖς ὥαις αἷς παραιρεῖσθαι φησὶν ὡς ἰσχυρὰς εἰς ἀγχόνην.* Hinc liquet, quid sint *παρεσφύματα* in vestibus.

..... ΑΥ ΗΓΕΝΕCЦИ ΓΕΡΑΑ] Huic versui restituendo, supplendoque non magnam dabimus operam, sed bonam: quod illis solis, ut negent, permitto, qui aliter restitui potuisse ostendent, quam hōc μοῦ, δό:

Τόνδε καὶ Λινεάδα παρενεργάσαντο πεδίλῳ
 Σύμβολον Λύγονίοισιν εὐγενέεσσι γεραίον.
pediculos & apices litterarum, qui volet, rimetur. & si poterit, labem & vitium lapidis melius refarciat. nos contenti sumus hōc Catone. Philostratus in vita Herodis, σύμβολον εὐγενείας, hanc calceorum Lunam vocat. γράφεται αὐτὸν φόνου Βρεδύας ὁ τῆς Ρηγίλλης ἀδελφὸς ἐνδοκιμώτατος ὢν ἐν τοῖς ὑπάτοις καὶ τὸ σύμβολον τῆς εὐγενείας περληρημένος τῷ ὑποδήματι. qui locus unice confirmat conjecturam nostram. ΟΥ-

ΟΤ ΟCCHTAI ΚΕΚΡΟΠΙΔΗΝ ΠΕΡ
ΕΟΝΤΑ] Verba ipsa auctoris non tam facile
possumus hōc locō restituere, qvām in supe-
riore versu : sententiam tamen æqvè bene-
fic enim legimus :

Ως μιν ἐκόσμησεν καὶ Κεκροπίδην περ ἰόντα
Τυρσηνῶν ἀρχαῖον ἐπισφύριον γέρας ἀνδρῶν.

Verba hæc non ausim præstare ipsissima esse
poëtæ, de sententia minùs dubitamus. Vult
enim dicere, vetus hoc ornamentum & in-
signe nobilium Romanorum tributum fuisse
Attico Herodis filio, qvamvis non ex aliqua
nobili & antiqua familia Romana originem
duxisset, sed merus esset Cecropides. Et
hoc quidem verum, quod ad patrem ipsius
attinet : nam de matre Romanum fuisse, at-
que etiam nobilissimum constat.

ΟΤΡΧΗΝΩΝ ΑΡΧΑΙΟΝ ΕΠΙΣΦΥΡΙΟΝ ΤΕ-
ΡΑΣ ΑΝΔΡΩΝ] Corrige, Τυρσηνῶν pro Θυρ-
σηνῶν, & γέρας pro τέρας. nam τέρας heic
locum non habet. Τυρρηνούς autem heic pro
Romanis vocat, qvos supra Αὔσονίους dixit.
Eorum enim hoc ἐπισφύριον γέρας. aut cer-
tè alludit ad genus calceamenti, quod Tu-
scum dicebatur, qvō genere utebantur Ro-
mani Senatores. Virgilius de Euandro, lib.
VIII. v. 458.

Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plan-
tas.

Ser-

Servius ad locum: *Tusca calciamenta*, & dicit *Crepidas*, quas primò habuêre Senatores, post equites, deinde milites. Alii calceos Senatorios intelligi volunt, quia hoc genus calciamenti a Tuscis sumptum est. Pollux: Τυρρήνικα, τὸ κάλυμα ξύλινον, τετραδάκτυλον. οἱ δὲ ἱμάντες ἐπίχρυσοι. σανδάλιον γὰρ ἦν. ὑπέδησε δὲ αὐτὸ Φειδίας τῇ Ἀθηνᾷ· ἐκάλουν δὲ αὐτὰ Τυρρήνουργῇ. quod facit cum Servio, qui *Tusca calciamenta*, *crepidas* fuisse vult. Hesychius idem sentit: Τυρρήνικα σανδάλια, κάλυμά τι ὑφίλον οὕτω καλεῖται. De his accuratè tractamus ad *Historiam Augustam* ², & accuratissimè in nostro de re vestiaria *Commentario*.

ΕΠΙΣΦΥΡΙΟΝ ΓΕΡΑΣ] ἐπισφύριον quoque dicitur *Philostrato*: τὸ ξύμβολον τῆς εὐγενείας περιηρημένος τῷ ὑποδήματι· τοῦτο δὲ ἐστὶν ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηννοειδές. ex quo id etiam discimus, eboreas fuisse istas lunulas. aliquando etiam & ossæ & æneæ fiebant, ut alibi ostendimus. Svaviter autem nugatur bonus *Isidorus*, qui cùm legisset apud Græcum scriptorem mulleos calceos habere ἐπισφύρια ῥετῖνὰ ἢ χαλκᾶ, ad quæ corrigiis religabantur,

¹ In *Servio*, quem *Commelinus* *Amstelod.* c. xix. p. m. 388. a. edidit in 4to, est: post equites *Romani*, nunc milites. Alii calceos senatorios volunt.

² *Flav. Vopisci Aurelian.* c. xlix. p. m. 388. a. *Tom. 11. Historiæ Augustæ Scriptor.*

tur, dixit eos habere in superiori parte malleolos & osseos, vel æneos. imposuit illi vox σφύριον quæ malleolum significat. Hinc putavit ἐπισφύριον esse malleolum in superiori parte mullei calcei. Mullei autem calcei non differebant formâ a calceis senatoriis, sed colore tantum. Nam hi erant nigri, illi autem mullei coloris, hoc est rubri, quos soli triumphantes gerebant, vel qui magistratum curulem cepissent. hisque sua etiam erant ἐπισφύρια non minus, quam nigris. quæ ἐπισφύρια jucundò errore malleolos vertit Isidorus. ἐπισφύριον apud Poëtam est pars ocreæ.

Κνημῖδ' ἀργυρέοισιν ἐπισφύριοις ἀραρυῖαν.

Vide Grammaticos. περισφύριον ornamentum etiam muliebre, ut periscelis.

ΕΡΧΗ ΕΡΓΕΙΔΟΤΑ] Pessimè descriptus hic locus. quod vitio lapidis imputare licet, vetustate, ut videtur, hac in parte exesi, nec integras literas exhibentis. Sic autem in eo fuisse scriptum liquidò jurare possim :

Ερσης ἐκγεγαῶτα καὶ Ερμέω —

Atticum Herse & Mercuriô prognatum ideò dicit, quòd Herodes ejus pater, generis sui originem ad Cerycem referret, quem Mercurii & Herse filium fuisse vult hic auctor, ut ad sequentem versum dicturi sumus. Non Cerycem, sed Cepalum facit Mercurii & Her-

Herses filium Apollodorus, lib. III. βιβλίου.
quem vide.

ΕΙΣ ΕΤΕΟΝ ΔΗ] Unâ litterâ extritâ lege,

— εἰ ἐτεὸν δὴ

Κήρυξ Ἡρώδεω πρόγονος Θησηϊάδα.

Sic apud Apollonium, Argon. lib. IV.

— εἰ ἐτεὸν δὴ

Τμετίρης γαίης Αχελώϊος ἐξανήσι.

& lib. II.

Κλῦτε πανελλήνων προφερέσαιο, εἰ ἐτεὸν δὴ
οἶδ' ὑμεῖς.

Nec dubium est ita in lapide fuisse incisum,
& etiam nunc esse.

ΚΗΡΤΞ ΗΡΩΔΕΩ ΠΡΟΓΟΝΟΣ] Κήρυκα
heic accipiebam Mercurium; nam Κήρυξ Θεῶν
poëtis dicitur, ut in ovo Simmiae: ἐριβόας
Θεῶν ἔκτεξε Κήρυξ. unde & Κηρύκειον virgaeus.
cùm autem Atticum Herodis filium Mercu-
riô, & Herse progenitum superiore versu
dixerit, Mercurium πρόγονον Herodis fuisse
necesse est, qui Attico pater. Sed Κήρυξ
Mercurius absolutè non dicitur, sed Κήρυξ
Θεῶν. Κήρυξ igitur heic nomen proprium.
unde Κήρυκες familia Athenis. Cerycem au-
tem illum quidam Eumolpi filium, alii A-
glauri & Mercurii esse volunt: Auctor vero
hujus inscriptionis, Mercurii & Herses, quod
probabilius est. Nam Mercurium cùm Her-

se concubuisse fabulæ ferunt, multum invidente Aglaurô, & ut Mercurium excluderet satagente, & ob hoc in lapidem ab eodem mutata. Cephalum tamen non Cerycem Mercurii & Herfes ex illo concubitu filium tradit Apollodorus, ut suprâ, p. 162. notavimus, illum qvî ab Aurora adamatus & raptus est, qvem diversum facit a Cephalo Procridis marito, Deionei filio. Potest tamen & fieri ut Cerycem & Cephalum ex Mercurio genuerit Herse. sed quodcumque fuerit, verum in fabulis qvî qværun, frustra qværun. De hoc Ceryce ita Pausanias in Atticis, p. m.

71. τελευτήσαντος δὲ Εὐμόλπου Κήρυξ νεώτερος λέγεται τῶν παίδων· ὃν αὐτοὶ Κήρυκες θυγατρὸς Κέκροπος Ἀγλαύρου καὶ Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι λέγουσιν, αἱ δ' οὐκ Εὐμόλπου. Hunc Cerycem Pollux quoque cum Pausania Pandrosô & Mercurio genitum tradit, non Herse & Mercuriô. Κήρυξ ὁ μὲν τις τῶν μυθικῶν ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος. Non igitur dubium Cerycem heic intelligi debere illum Mercurii & Herfes, sive, ut alii, Aglauri filium, Hinc Κήρυκες, Athenis nobilissima & antiquissima familia. incertus auctor apud Suidam: ἐπηγάσαντο δὲ αὐτῷ Εὐμολπίδαι καὶ Κήρυκες· &, παρ' οὐδὲν θέμενος τὰ σεμνὰ Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων καὶ τῶν ἄλλων γενῶν ἱερῶν τε ὄντων καὶ θεοφιλῶν, ἐπίρρητον δὲ καὶ θήλην

σοφίαν προελόμενος. Ex illis Cerycibus ortum se ferebat Herodes, ut ex hoc loco constat.

ΗΡΩΔΕΩ ΠΡΟΓΟΝΟΣ ΘΗΧΙΑΔΑΟ] Mirum est Philostratum Herodi dare generis auctores Æacidas, cum & Cecropiden & Thesiden eum faciat hinc auctor. nulla autem, quod sciam, affinitas vel cognatio Thesidis cum Æacidis. Thesides autem ideò Herodes, quòd, ut Theseus ad Erechtheum & Cecropem genus suum referret, inde etiam originem duceret Herodes, de se si creditur ipsi. Plutarchus de Theseo : Θησέως τὸ μὲν πατρῶον γένος εἰς Ερεχθέα καὶ τοὺς πρώτους αὐτάρχθονας ἀνήκει. Nam Cecrops Erechthei filius : Cecropis Pandion : Pandionis Ægeus : Ægei Theseus. Ex filia autem Cecropis Herse & Mercurio Ceryx : a quo Ceryce Herodem originem traxisse vult auctor iste, Sic Thesides Herodes. De Æacidis nullum in hac inscriptione verbum, cui fidem haberi tutius est, quàm Philostrato.

ΤΟΥΝΕΚΑ ΤΙΜΗΕΙΣ ΚΑΙ ΕΠΩΝΥΜΟΣ] Τιμήεις ad Senatoriam Attici dignitatem pertinet, quâ ab imperatore donatus est : ἐπώνυμος autem ad ipsius nomen pertinet. ἐπώνυμοι enim, ut mediocriter eruditi sciunt, Græcis dicuntur, qui nomine suò digni sunt, quos Latini eleganter vocant, *nominis sui vi-*

ros. ut apud Spartianum¹: *Severus, vir sui nominis.* & apud Vopiscum²: *Probus sui nominis vir.* Græcè ἐπώνυμος & φερώνυμος. Sophocles:

Πενθεὺς ἐςομένης συμφορᾶς ἐπώνυμος.
Huic autem Herodis filio, Attico nomen fuit. hinc ἐπώνυμον eum dicit, quod linguam ἀττικῶς Ἀττικίζουσαν haberet, & suō nomine dignus videretur, eaque de causa Ἡρώδου γλῶττα vulgò vocabatur Athenis, qui Herodes inter Atticos Atticissimus fuit. Philostratus in vita Aristoclis: ἡ δὲ ἰδέα τοῦ λόγου, διαφυγῆς μὲν καὶ Ἀττικίζουσα, διαλεγέσθαι δὲ ἐπιτηδεῖα μᾶλλον ἢ ἀγωνίζεσθαι· χρὴ γὰρ ἀπεσι τοῦ λόγου, καὶ ὁρμαὶ πρὸς βραχυὺν αὐτῇ δὲ ἡ Ἀττικίσις εἰ παρὰ τὴν Ἡρώδου γλῶτταν βασιανίζοιτο, λεπτολογεῖσθαι μᾶλλον δοῖται, ἢ κρότου τε καὶ ἡχοῦς συγχεῖσθαι.

H M E N A N A C C A E I C B O T A H N
A Γ E P E C Θ A I] Putabam omnino verum desiderari, post hunc, ἡ μὲν ἀνασσα, cuius hic esset sensus, reginam Faustinam imperat-
trās-

¹ Verba Spartiani, c. xiv. extr. hæc sunt: Ut esset Imperator verè nominis sui, verè Pertinax, verè Severus.

² c. xv. Potuisset & adderre c. xxi. extr. Hic Probus Imperator, & verè Probus situs est. Item Trebell. Pollion. in Claudio, c. v. Venimus ad Imperatorem nominis sui; h. e. aureolum. aurei enim & aureoli homines pro præstantibus & auro contra æstimandis, ut exponit hunc locum ibi in notis Salmasius. Magna ejus, pergit Historius, videlicet virtus, ab auro nomen accipere.

râsse huic Attico Senatoriam dignitatem a Marco imperatore. Nam ἀνασσα isto locô non aliud mihi svadebat: sed re diligentius consideratâ, nihil deesse comperi. Unâ tantum litterâ additâ legendum, ἡ μὲν ἀνασσαν εἰς βουλὴν ἀγέρεσθαι. quæ indubitata lectio est. Sic igitur totus locus est concinnandus.

Τοῦνεκα τιμῆεις καὶ ἐπάνυμος, ἡ μὲν ἀνασσαν εἰς βουλὴν ἀγέρεσθαι ἵνα πρωτόθρονος ἔδραι.

Εἰλάδι δὲ οὔτε γένος προφερέστερος, οὔτ' ὅτε Φωνήν.

Sententia autem hōc ordine ita procedit:

τοῦνεκα τιμῆεις ἡ μὲν εἰς ἀνασσαν βουλὴν ἀγέρεσθαι. ἐπάνυμος δὲ ὅτι βασιλεύτερος τὴν γλῶσσαν οὐκ ἄλλός τις ἐν Εἰλάδι. Similem sententiæ ordinem nuper observabam apud elegantissimum auctorem, Florum, lib. 11. c. xii. 3.

Multô vehementius sub hoc Macedones, quam sub patre consurgunt. Quippe Thracas in vires suas traxerant, atque ita industriâ Macedonum, viribus Thracum, ferociam Thracum, disciplinam Macedonicam temperaverunt. ita scriptum exhibent optimæ D. Nazarii membranæ. quod sic procedit: atque ita industriâ Macedonum ferociam Thracum, viribus Thracum disciplinam Macedonicam temperaverunt.

Ter-

1. At in notis in cit. Flori loc. & quidem in edir. Amstelod. Elzevir. anni 1660. in 8t. nam in Commenc-

Tertium autem colum primo respondet, quartum secundo. Ad eundem planè modum hujus loci sententia ordinata est: nam εἰς βουλὴν ἀγέρεσθαι respondet voci τιμήεις: ἐλλάδι δ' οὔτε γένος προφερέσερος, ad verbum ἐπώνυμος, refertur.

H MEN ANACCA] Luce clarius litteram N deesse hujus vocis fini, quam fragmine lapidis decisō periisse suspicor, vel vetustate abolitam & exesam. E contrario quartus ab isto versus duabus litteris habet amplius, quàm sat est, in fine: nam Ἀθηναίων pro Ἀθῆναι perperam scribitur. Ἀνασσαν autem βουλὴν vocat, Senatum Romanum. Martialis eodem sensu dominum Senatum appellat, lib. xiv. Epigr. i. i.

*Synthesibus dum gaudet eques, dominusque
Senatus.*

Probus apud Vopiscum, c. xi. Senatores mundi principes vocat in oratione ad Senatum his verbis: *Rectè atque ordine P. C. proximò superiore annò factum est, ut vestra clementia orbi terrarum principem daret, & quidem de vobis, qui & estis mundi principes, & semper fuistis, & in vestris posteris, eritis.* Ex his igitur clarum est, per ἀνασαν βουλὴν heic Senatum intelligi.

EIC

liniana cixcix. nihil invenio, ad hæc verba ita scribit Salmasius: *Naxarianus liber, disciplinam Macedonicam, lege disciplinā Macedonicā temperarunt.*

EIC ΒΟΥΛΗΝ ΑΓΕΡΕΘΑΙ] Sic εἰς βουλὴν ἀγέροντο apud Apollonium in Argon. pro quo alibi idem dixit, εἰς βουλὴν ἐδριόωντο.

INA ΠΡΩΤΟΘΡΟΝΕΣ ΕΔΡΑΙ] Metaplasmus, πρωτόθρονες ἀντὶ τοῦ πρωτόθρονοι. sic ἐρυσάρματες ἵπποι apud Homerum, ἰλ. π. ν. 370. & Hesiodum, in Scuto, ν. 369. simili metaplasmo pro ἐρυσάρματοι, ut observant Grammatici¹. Sic πηλαγόνες pro πηλαγόνοι. Etymologicum magnum : Πηλαγόνες, οἱ γίγαντες. Καλλίμαχος, Πηλαγόνων ἐλατῆρα² εἶρηνται παρὰ τὸ ἐκ πηλοῦ γεγονέναι, τούτέσιν ἐκ γῆς. Vulgò apud Callimachum, Hymnò in Jovem ν. 3. legitur Πηλογόνων. Nec in compositis tantum vocibus, sed & in simplicibus frequentes hujusmodi metaplasmi apud Poëtas, ut ἰῶκα δακρυόεσσαν apud Homerum, ἰλ. λ. ν. 600. pro ἰωκὴν ἄλκι πεποιθώς, ἰλ. ε. ν. 299. ν. ν. 471. ρ. ν. 61. pro ἄλκῃ. ποδὴν κρόκα μηρύσασθαι Hesiodo, in Εργ. ν. 536. pro κρόκην. sic in veteri Scholio κλάδι pro κλάδω.

Εν μύετου κλάδι τὸ ξίφος φορήσω

Ὡσπερ Αἰμώδιος κ' Δεισογείτων.

at passim legitur κλάδω, repugnante versu. Hesychius : κλάδα, κλάδον, ῥάβδον malè κλάδαν excusum est.

ΕΛΛΑΔΙ Δ ΟΥΤΕ ΓΕΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΤΕΡΟΣ ΟΥΤΕΤΙ ΦΟΝΗΝ] Φονὴν pro φωνήν: nam sic le-

¹ Vide Eustathium in adductum Homeri locum.

legendum est. Hujus autem versus sententiâ referri debet ad vocem ἐπώνυμος, ut jam, p. 167. diximus. Attici reliquos omnes populos & elegantiam sermonis, & originis vetustate antistabant: nam αὐλόχθονες esse gloriabantur. at huic Herodis filio Atticus nomen fuit. ἐπώνυμον eum igitur esse dicit, & verè Atticum, quod & generis nobilitate, & facultate dicendi omnes superaret. βασιλεύτερος eleganter hec præstantiorem & excellentiorem designat. Græci enim βασιλεῖς vocant in sua arte homines, qui in ea excellunt & ceteris præstant. Adrianus Sophista apud Philostratum in ejus vita, Herodem vocabat βασιλέα τῶν λόγων. Ηρώδην δὲ τὸν βασιλέα τῶν λόγων ἀγαπητὸν, ἣν αἰνός τε καὶ νήφων ὑποκρίνωμα. Sic Telestes apud Athenæum, φρύγα καλσιπνίων αὐλῶν βασιλῆα. appellat. Sic & apud Eunapium Proxerius in inscriptione statuae, βασιλεύων λόγων dicitur. πολλὰ δὲ ἐπὶ πολλοῖς ἀγασθέντος καὶ τυχόντος ἐπαίνων, ἀνδριάντα κατασκευαζόμενοι χαλκοῦν ἰσομέτρητον ἀνέθηκαν ἐπιγράψαντες, Η ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΑ ΦΩΜΗ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΑ ΔΟΥΛΩΝ. ¹

ΒΑΣΙΛΕΥΤΕΡΟΣ ΟΤΤΕ ΤΙ ΦΩΝΗΝ]
Sic regnum loqvendi dixit Manilius, lib. IV. v. 194. *Ille*

¹ In meo Eunapio edito ab Hieron. Commelinio εἰς τοῦτον. in 8t. p. 157. est ἀγασθέντες, καὶ τυχόντες.

AD DEDICAT. STAT. REG. HER. 171
Ille² decus lingua faciet, regnūqve lo-
quendi.

ΗΡΩΔΕΩ ΓΛΩΣΣΑΝ ΔΕ ΤΕ ΜΙΝ
 ΚΑΛΕΟΥΣΙΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ] Ejiciendæ
 hæ duæ litteræ ex fine, quæ & sensum tur-
 bant & versum. Scribendum,

Ἡρώδῳ γλῶσσαν δέ τε μιν καλέουσιν Ἀθηναί.
 Unde verò illud ΩΝ irrepsit, nescio. nam
 in lapide esse ita scriptum, vix est, ut credam.
 Sed & magis mirum mihi videtur ista de
 Herodis filio, hōc locō dici, cū tam di-
 versa de eo prodat Philostratus in Herodis
 vita. Marcellus iste, vel si quis alius in-
 scriptionis auctor, eloquentiorem neminem
 in tota Græcia fuisse, quàm hunc Herodis
 filium scribit, adeò, ut vulgò Athenis co-
 gnominaretur *Herodis lingua*, quòd dicendi
 virtute scilicet, maximè similis esset patri,
 ut, qui cū audirent loquentem, patrem He-
 rodem audire se putarent. At quàm longè
 aliter de eo sentit & narrat Philostratus!
 qui tam inertis ac hebetis ingenii hunc fuisse
 refert, adeòqve fugacis & fluidæ memoriæ,
 ut vix primas litteras ediscere potuerit, quas
 nunquàm tamen didicisset, nisi patri venisset
 in mentem, eas illi hujusmodi lepidō com-
 mentō inculcare. Pueros viginti quatuor,
 ατα-

2 In meo Mabilio, qui prædit Argentr. m. DC LV.
 in 4to, lego, *illa*, firmatqve Jos. Scaliger in notis, p.
 m. 286. f.

ætate æquales cum illo educare & alere instituit, litterarum nominibus vocatos, ut eos crebrius appellando, sic tandem litterarum nomina pronuntiare adſveſceret, addiſcerétque. Sed & ſtultum eum & potato-rem & inſanis amoribus deditum fuiſſe, ibidem memorat, patrémque, quoties de illo incideret mentio, hunc in ore ſemper habuiſſe verſum:

Εἰς δέ τι που μὲν καταλείπεται ἐν ἐρί οἴκῳ.

Quibus omnibus permotus Herodes exheredem eum fecit, maternis tantum bonis ei relictis, vel reſtitutis. Hæc Philoſtratus, quæ quis non miretur, cum videat hanc inſcriptione eum ut eloquentiſſimum laudari, & Senatoriâ dignitate ornatum ab Imperatore? Nec verò poſt mortem Herodis Senatorem eum factum poſſit aliquis exiſtimare, cum diſertis verbis ſuprà, p. 149. 152. dicatur in ſolatium Herodis uxorem & liberos amiſſos lugentis, in Senatorum numerum cooptatum ab Antonino ejus filium Atticum. nec porro de alio Herodis filio, quàm de hoc Attico loqui Marcellum, dicendum eſt: nullum enim alium habuit, præter hunc Atticum. iterum dicam, mirari hoc ſatis non poſſum. Non in hac re tamen tantum diſſentientem ab hoc auctore Philoſtratum deprehendi, ſed & in numero liberorum Herodis, cum hic tres, ille

ille quattuor ponat: & Herodem ab Æacidis originem ducere velit ille, hic autem ab Erechtheidis. In quibus omnibus hujus inscriptionis auctori, quàm centum Philostratis, magis credere res ipsa nos cogit.

ΚΑΙ ΔΑΡΔΑΝΙΟΝ ΓΕΝΟC ΕΙΗΝ] Scribe, ἦεν, vel ne longiùs recedamus, ἦην, quod Attici dicunt pro ἔην. Sed & εἶην pro ἔην potest esse, ut εἶν pro ἐν, Ionicè, &c.

ΤΡΩΟC ΕΡΙΧΘΟΝΙΔΑΟ] Meliùs, τρῶος Ερίχθονίδεω. atque ita lege.

ΟΥΔΙ ΦΙΑΟΝ ΙΕΡΑ ΡΕΞΑΙ] Certum est legi debere:

— ᾧ δὴ φίλον ἱερὰ ρέξαι

καὶ θυῶσαι, θυέων ἀτάρ οὐκ ἀέκοντος ἀνάγκη.

Si quis volet rem divinam Regillæ facere, faciat. nemo enim invitus ad hoc cogitur. Non peccabit, qui faciet, eamque istòc honore dignabitur: non enim mortalis est. Non tamen hoc officium ab invitis etiam exigitur, cum de Dearum numero minimè censenda sit, quibus necessario sacra faciunda sunt, quæque in sui numinis contemptores severi vindicant; sed Heroinarum tantum, quarum cultum minimè sibi negligendum putant, qui magnâ pietate & religionum amore sunt præditi. Regillam igitur
ut

1 Vide Angeli Caninii Hellenismum, p. 48. extr. nostræ edition. Lugdun. Batav. M. DC. III 81.

ut Heroïnam vult coli, eiq̃ue hac de caussa non templum ut *Dea*, non tumulum ut feminæ mortali, sed *ἡρώων* ædificatum esse scribit.

ΟΤ ΜΕ ΓΑΡ ΘΝΗΤΗ] Vel puer viderit legendum:

Οὐ μὲν γὰρ θνητὴ, ἀτὰρ οὐδὲ θεάιναι τέτυκται.

ΟΥΤΕ ΝΕΩΝ ΙΕΡΟΝ ΑΛΛΕΝ ΟΥΤΕΤΙ ΤΥΜΒΟΝ] Non templum, nec tumulum sortita est. quid igitur? *ἡρώων*, quod illi ab Heroe Athenis extructum est.

ΟΥΔΕ ΓΕΡΑΘΗΤΟΙΣ] Etiam hoc corruptissimum, ut alia multa in hac inscriptione, sed facilis emendandi ratio: Scribendum enim:

Οὐδὲ γέρεθ θνητοῖς, ἀτὰρ οὐδὲ θεοῖσιν ὁμοία. Hoc est, honores quidem eam majores postulare, quàm qui homini debentur, sed minores, quàm quos diis reddere consuevimus, hoc est quales Heroibus tribui solent.

CHMAMENO ΙΝΗΩ ΙΚΕΛΟΝ ΔΗΜΩ ΕΝ ΑΘΗΝΗC] Scribe: Σῆμα μὲν οἱ νηῶ ἱκελον. Sic περιφραστικῶς *ἡρώων* appellat. ubi autem hoc *ἡρώων* fuerit, utrum in urbe ipsa, an in Marathone pago, incertum facere posset hujus vocis *δῆμος* notio, quæ aliquando pagum, quales erant Attici, designat, aliquando populum ipsum, & multitudinem in urbe

be collectam, ut cum Δήμῳ ἐνὶ Τρωάων Homerus dicit, οδ. ν. ν. 266. pro populo Trojano, vel etiam urbe ipsa. Ut pro pago acciperem, inducebat me, qvòd in pagis, & secundum vias publicas ut plurimùm exstruere consueverant Athenienses tumulos, ἡρώα, templa: qvòd testatur Pausanias in Atticis, p. m. 53. extr. Ἀθηναίοις δὲ καὶ ἔξω πόλεως ἐν τοῖς δήμοις, καὶ κατὰ τὰς ὁδοὺς θεῶν ἐσιν ἱερεῖα καὶ ἡρώων καὶ ἀνδρῶν τάφοι. pagum autem non alium, qvàm Marathonem accipiebam, unde fuit Herodes, & in qvò se-
 peliendum se mandaverat suis libertis. Sed qvare Δήμον Ἀθῆνης hunc pagum potiùs, qvàm alium, qvemvis vocaret, non inveniebam: nec enim peculiari cultu Minervam colebant Marathonii, nec templum ejus in eo pago fuisse conditum meminerunt scriptores; cùm & in aliis compluribus Atticæ terræ pagis, & aras Minervæ consecratas & cultum ejus celebratum sciamus. Δήμον igitur Ἀθῆνης heic nobis interpretari placet ipsam urbem, hoc est ἄστυ. Sic αἰτρέα Δήμον Ἀθηναίων vocabat Athenienses Euphorion: Homerus, Δήμον ἑρεχθέως. In urbe autem sepultam fuisse Regillam probabile est. nam & Παναθήνηαιδαν ejus filiam in urbe sepultam tradit Philostratus: τὸ ἐπὶ Παναθηναίῃδι τῇ θυγατρὶ πένθος Ἀθηναῖοι ἐπράυνον, ἐν ἄστει ἰεὺς αὐτὴν θάψαντες, &c.

1 Il. β. ν. 547. ubi tamen in meis ἑρεχθέως est.

&c. Ipse etiam Herodes in urbe sepultus est, eodem auctore Philostratō, quem vide. Mirari tamen mihi subit, eum auctorem, qui tam accuratē vitam Herodis in litteras misisse profitetur, ut multa etiam de eo multis ignorata memoriæ mandāsse dicat, mentionem nullam facere hujus ἡρώου Regillæ. Atqui non omittere debuit, illo præsertim locō, quō de Regillæ morte & Herodis luctu tam multa dixit. Quid? si quod ille theatrum ab Herode ædificatum in honorem Regillæ scribit, hoc ἡρώον fuisse interpretabimur? Theatrum illud construxisse videtur Herodes eō locō, in quo sepulta fuit Regilla, eiqve dedicavisse, ut ejus ἡρώον esset. Philostratus, τὸ ἐπὶ Ρηγίλλῃ θέατρον vocat. & aliō locō ἀναθεῖναι αὐτῇ scribit hoc theatrum Herodem. Sanè ipse etiam Herodes in Parnathenaico stadio sepultus est, quod suā impensā faciendum curavit ad exercitium Atticæ juventutis: de quo stadio Philostratus sic ait, ἔργον ξυνθεῖς ὑπὲρ πάντα τὰ θανμάσια. οὐδὲν γὰρ θέατρον αὐτῷ ἀμιλλᾶται. Hujus stadii meminit etiam Pausanias in Atticis. Non jam igitur dubito, quin σῆμα νεῶ ἵκελον, quod heic habemus, sit Theatrum ἐπὶ Ρηγίλλῃ Philostrati. Stadius, epicediō in patrem, scribit, si sibi fortuna permitteret, magnificum se & templis parem tumulum patri extructurum, thea-

theatrumque ibidem ei dedicaturum, in quo
ludi musici celebrarentur in honorem ejus.
Locum ipsum non gravabor ascribere è lib. v.
Sylv. III. 47. f. non parum enim hanc inscrip-
tionem illustrat.

*Atque utinam fortuna dares mihi, Mani-
bus aras,*

*Par templis opus, aëriamque educere molem,
Cyclopi scopulos ultra, atque audacia saxa
Pyramidum, & magno tumulum pratexere
lucò!*

*Illic & Siculi superâssem dona sepulcri,
Et Nemees lucum, & Pelopis solemnia
trunci.*

*Illic Oebalio non finderet aëra discò
Grajorum vis ulla virum. non arva rigares
Sudor equam, aut putri sonitum daret un-
gula fossa:*

*Sed Phœbè simplex chorus. heic frondentia
vatum*

Premia, laudato genitor tibi ritè dicarem.

Illud, par templis opus, idem planè cum
hoc nostro, σῆμα μὲν οἱ νῆψ ἱκελον. quibus
verbis & sepulcrum pariter & theatrum ibi-
dem conditum uterque intelligit.

ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΦΑΤΤΕΙΝΗ ΚΕΧΑΡΙCΜΕΝΟΝ]
Hæc Faustina Marci Antonini Philosophi
uxor, quæ jam in vivis esse desiêrat, cum
Regillæ statua dedicata est. Utra autem

M

prior

prior decesserit, Faustina an Regilla, quamvis non certum habeam, Regillam tamen priorem satis concessisse non paucis nec dubiis conjecturis colligo: quas heic aperirem si quid ad hujus loci illustrationem facerent. Videtur autem Faustina in eodem hoc templo consecrata in quo Regillæ statua erat posita. Hinc est, quod gratam & acceptam Divæ Faustinae hanc Regillæ effigiem dicit, Regillamque ipsam quasi nympham pedisequam & sacrorum ministram Faustinae non spernendam fore scribit paullò post.

ΦΑΥΤΕΙΝΗ] Φαυσείνη, pro Φαυσίνη. Sic enim Grammatici: τὰ διὰ τοῦ ἰνα Ἰταλικά πρό μιᾶς τὸν τόνον ἔχοντα διὰ τοῦ ι γράφεται Φαυσίνα, Μαρίνα, πλὴν τοῦ σεῖνα. Sed Φαυσείνη heic ut Αντανεῖνος passim in veteribus monumentis scribitur, & Παυλεῖνος.

ΔΗΜΩ ΕΝΙ ΤΡΙΟΠΕΩ] De hoc Triopio satis multa diximus ad inscriptionem Herodis, p. 33. 37. Sive autem ab illa, quam ibi notavimus, causa, sive ab alia hoc Triopium denominatum esset, harum inscriptionum auctores sonò nominis invitante, τοῦ Τριόπα ἐπώνυμιον fixerunt, eique adfinxerant, quæ de antiquo Triopa apud veteres fabularum scriptores legerant, ad majorem, ut par est, loco conciliandam religionis auctoritatem. Hinc ποῖτικὲ τὸ Τριόπιον δῆμον Τριόπα dixerunt. nam
omnia

omnia quæ in Græcia terra *τελόπια* usquàm extant, ab aliquo Triopa appellata sunt; non item illud in via Appia Triopium, ubi villa Herodis fuit.

ΝΑΟΙ ΠΑΡΟΣ ΕΥΡΕΕΣ ΑΓΡΟΙ] Immò, ναοῦ πάρος. atque ita omnino emendandum. Nam ante templa & ædes sacras & monumenta fere semper haud parvus agri modus vacabat, vineis aut oleis & aliis arboribus consitus. Hinc illæ inscriptiones obviæ passim in veterum monumentis, *tot pedes in fronte, tot in agrum*. Statius, loc. cit. v. 50.

— & magno tumulum pratexere ludo.

Sed hoc pluribus firmari non est opus.

ΚΑΙ ΧΟΡΟΣ ΗΜΕΡΙΔΩΝ] Sic vitium choreas Mânilius dixit, lib. v. v. 238.

Et te, Bacche, tuas nubentem junget adulmos,

Disponétque jugis imitatus¹ fronde choreas.

Eleganter χορὸν ἡμερίδων, vinearum ordines vocat. nam in vinea *σίχοι* sunt, ut & in choro. ὀρχοὺς enim *σίχους ἀμπέλων* Græci exponunt. Chorus autem κατὰ *σίχον καὶ ζυγὸν* ordinabatur. Immò ὀρχὸς & χορὸς idem est. nam ὀρχῆσθαι ab ὀρχὸς idem significat quod χορεύειν & χορός. ὀρχὸς καθ' ὑπερθεσιν pro χορός. sic ὄλχος pro λόχος, apud Hesychium. κόρτος pro κρότος. ἀλχίης ὕπνος pro λαχίης. sic ὀρφέω, pro ροφέω. unde Latinum sorbeo!

M 2

Q

¹ Imitatus legi debere docet Joseph. Scalig. in b. l. p. m. 369. edit. Argentor. 1713. clv. in 4^{to}.

φ in b : ut ἄλφος albus , ὀφθός orbus , ut pluribus dicam in libro de Dialectis.

ΕΛΑΙΗΕΝΤΕΣ ΑΡΟΥΤΡΑΙ] pro ἐλαιήεσσα. sic ὑλήεντα Ζάκυνθον apud poetam pro ὑλήεσαν & κλυτός Ἰπποδάμεια ἐλαιάεσαν νηδὺν apud Sophoclem variè olim interpretati sunt Grammatici. Hesychius , ἐλαιάεσσα νηδὺς , Σοφοκλῆς Οδυσεὶ ἀκανθοπλῆγι· ἦτοι ἐλαιάεσσα ἀντὶ τοῦ σκαιά , ἀγρία· ἢ ἀπὸ τοῦ λήϊζεσθαι , πάντα λήϊζομένη καὶ κατεσθίουσα· ἢ ἀπὸ ἐλαίου λιπαρά. ita legendum apud Hesychium. nam malè in editionibus ἐλαιάδεσσα. ἐλαιάεσσα autem pro ἐλαιήεσσα ad ἐλαιήεις. qvæ interpretatio sola vera est.

ΘΕΑ ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΓΥΝΑΙΚΩΝ] Divam Faustinam ita appellat.

ΚΑΙ ΟΠΛΟΝΑ ΝΥΜΦΑΝ] Manifestum est legi debere : καὶ ὁπάονα νύμφην.

ΟΥΔΕ ΓΑΡ ΙΦΙΓΕΝΕΙΑΝ ΕΥΘΡΟΝΟΣ ΙΟΧΕΑΙΡΑ] Ideò Dianæ & Minervæ heic meminit, qvòd his Deabus fundum suum consecraverat Herodes, & templum ibidem eis posuerat, in qvò & statua Regillæ posita fuit & dedicata, & nisi fallor, etiam Divæ Faustinae. qvam autem Ραμνονούσιαν Οὔπην vocavit in priore inscriptione, heic Dianam apertè appellat, ut inde manifestum sit Dianam & Nemesim pro eadem accepisse: nam Οὔπης cognomentum Dianæ. Veteres autem ple-

plerique Dianam Adraſteam cognominatam putârunt, ab Adraſte qvodam qvi primus ei ſtatuum collocavit. Harpocraton : Δημήτριος δὲ ὁ Σκήψιος Ἀρτεμίν φησιν εἶναι τὴν Ἀδράσειαν ἀπὸ Ἀδράσου τινὸς ἰδρυμένην. qvod me-
mini mē animadvertere ad inſcriptionem He-
rodis, p. 27. f.

ΟΥΤΔΕ ΜΙΝ Η ΡΩΜΗCΙ] Nihil corruptius ſcribe, ut ſuprà emendavimus :

Οὐδέ μιν ἡρώνησι παλαιῇσιν μεδέουσα.

ἡρώνηαι Atticè pro ἡρώτῃναι, ut in ſuperioribus, p. 143. nobis obſervatum. ſic ἡρώσσαι pro ἡρώτῃσσαι apud Apollonium, lib. iv.

Ἠρώσσαι Λιβύης τιμήσοι —

ad qvem locum doctiſſimus interpres ſic ſcribit : ἡρώσσαι πρᾶπερλιſπωμένως Ἡρωδιανὸς ἐν δεκάτῳ φησὶν ἐκ συναλοιφῆς τοῦ ἡρώτῃσσαι. τοῦ ἡρώς δὲ τὸ θηλυκὸν γίνεται ἡρώτῃσσαι ἢ ἀντὶ τοῦ ἡρώτῃναι. ita enim emendamus. vulgò πρῶναις, ineptè.

ΚΑΙCΑΡΟC ΙΦΘΙΜΟΙΟ] Per Cæſarem, Commodum intelligit. nam vivente M. Antoninò Auguſtò Commodi patre hæc ſcripta ſunt. Servat autem differentiam, qvæ tunc temporis obſervabatur inter Cæſares & Auguſtos. Cæſares enim vocabantur, qvi designati erant imperii ſucceſſores. itaqve βασιλεὺς ſuprà eſt Auguſtus. heic καῖCαρ, Auguſti

182 CE. SALM. NOTÆ AD DEDICAT. &c.

gusti filius. Mater verò Cæsaris hōc locō
est Faustina.

Η ΛΑΧΕΝ ΗΑΥΕΙΗΕΙΝ] De Faustina ac-
cipiendum.

ΜΑΚΑΙΡΑΤΕ ΚΑΔΜΕΙΩΝΗ] καδμειώνη,
Cadmi neptis; ut Αἰγείωνη supra, & οὐρανιόνη.
Semelem autem heic καδμειώνην appellat.

F I N I S.



III.

ΙΗ.

Δ Ω Σ Ι Α Δ Α Β Ω Μ Ο Σ Α.

Ολός οὐ με λιβρός ἰσῶν
 Λιβάδεσσιν οἷα κάχλην
 Ἰπὸ Φοινίῃσι τέγγει
 Μαύλιν δ' ὑπερθε πετρῶν Νωξίαν θοούμεναι
 Παρρησίαν φείδονται Πανός, οὐ σροβίλα λιγυῖ
 Ἰξός ἐνύδης μελαίνει τρεχέων με Νυσίων
 Ἔς γὰρ βωρὸν ὄρης με μήτε ταυχούρου
 Πλίνθοις, μὴ' ἀλύβης παγέντας βάλτοις
 Οὐδ' ὃν κυνδογενὴς ἔτευξε φύτλη
 Λαβάν τὰ μηλιάδων πῶρε
 Λίσσαϊζιν ἀμφι δεσφάζιν
 Οσσαι νέρονται Κυνθίας
 Ἰσόρροπος πέλοιστό μοι
 Σὺν οὐρανοῦ γὰρ ἐκ γάλακτος
 Εἰνάς μ' ἔτευξε γηγενὴς
 Τάων δ' αἰείζων τέχνη
 Βνεύξε πάλμους ἀφθίτων
 Σὺ δ' ὦ πῖων κρήνηθεν ἦν
 Ἰνις κόλαψε Γοργόνος
 Θύοις τ' ἐπιζπένδοις τέ μοι
 Τμητίκιδαν πολὺ λαρότερην
 Σπανδὴν ἄδην ἴθι δὴ θαρσέων
 Ἔς ἐμὴν τεύξιν καθαρὸς γὰρ ἐγὼ
 Ἰὼν ἰέντων τεράων οἷα κέκευθ' ἐπεινός
 Κροφι νέαις Θρηϊκίαις ὃν σχεδύθεν Μυρίνης
 Σοὶ Τριπάρτῳ πορφυρέου φῶς ἀνέθηκε κρείου.

M 4

CLAU-

CLAUDII SALMASII NOTÆ.



ANTE hos decem plus minùs annos, in Germania cùm essem, & Heidelbergæ agerem, hunc Βασιλικον in veteri epigrammatum Codice, qui servatur in Bibliotheca illustrissimi Palatini Principis, mihi repertum, necdum editum, ad Josephum Scaligerum τὸν μακαρίτην misi. remisit ille mihi suam de illa sententiam & expositionem. quam videre licet, in ea, quam tum ad me dedit epistola, quæ nunc inter postuma ejusdem opuscula¹ & alias ad diversos epistolas habetur excusa.
² Dosiadæ autem hanc aram tribuimus ex
au-

¹ p. m. 326. f. edit. Francof. cui falsò annum M. DC. LXIV. in meo quidem exemplo, præposuerunt. Est sanè longè vetustior editio, quippe quam jam tum Salmasius vidit, nec mea tamen secunda vocatur in Titulo editio, ita ut tantùm Bibliopola quibusdam non venditis exemplaribus latentibus adhuc apud se, novum Titulum, more Bibliopolis solemnem, præposuerit, quò librum redderet vendibiliorem.

² p. CCXLVIII. p. m. 534. edit. Lugdun. Batav. CIIOCCXXVII. in 8t. Etsi verò prædictis in Scaligeri Opusculis nulla mihi obvenit Epistola, quam in hoc Epistolarum Operè non invenerim: utile tamen erit utrumque conjungere exemplum, quoniam in altero sæpè aliquod verbum, multum ad intelligendam con-

auctoritate vetusti Codicis, licet ille nomen
Dosiadæ ad istud poematium non præfer-

ret,

ferens epistolam offendi, quod in altero, sæpe datâ
fortè operâ, omissum fuit, ut de vitiis typographi-
cis in utroque nec paucis, nec parvis sileam. Ipsa Jos. Sea-
ligeri Epistola hæc est: Nunquàm ab epistolis tuis disce-
do, nisi doctior. vel in hac, quam proximis nundinis ac-
cepi, quàm me beâsti tùm ex alieno, tùm ex tuo! Nam
quid dicam *περὶ βωμίσκου*, quem in illa posuisti? De cuius
vetustate dubitare non possunt, nisi qui veteres poë-
tas accuratè non legerunt, neque verò menda porten-
tosa, quibus deformatus est, impediunt, quominus
spectata sit ejus venustas, quam meliùs perciperemus,
si integriore & emendatiore frui liceret. Sed hæc ul-
cera non tangere melius fuerit. Illudunt nobis conje-
cturæ nostræ, quarum nos pudet, postea quàm in me-
liores codices incidimus. Quædam blandiuntur mihi,
quæ tamen totius poematii intellectum non præstabunt.
Ejusmodi ludicra duorum generum sunt, ut scis, *γρή-
φοι*, καὶ *αἰνίγματα*. Priorum obscuritas est in verbis,
posteriorum in sententia, quæ facile deprehenditur, si
ansam aliquam habueris, hoc est, si aliquid occurrat,
quod non ignoretur, ut apud Gellium, lib. xii. c. vi.
ex Varone de Termino, non ignoratur, quis *ῥοῖ* ipse
μαγνὸν noluit concedere. At aliter in Gryphis occurrit,
in quibus quot verba, & tot *αἰνιγματώδη* sunt, præser-
tim in hoc & Theocriteo *βωμίσκῳ*, & in Fistula. Vi-
deor tamen (& si quæ mutavero, vera omnia præsta-
re non ausim) sententiam planè adsequutus esse. Ara hæc
est Corinthi, in qua nulla victima immolabatur, de qua
nihil memini me legere. Perspicua tamen sententia est,
*ὁ λῶς οὐ με λάβεῖ· ἱερὴν λιβάδαον, οἷα χαλκὴν ὑπὸ φοι-
νῆσι τίθει.* Non largus tractus aut fusio (sanguinis) me
tingit, victimarum adspersionibus (cruore) qualiter purpu-
ram puniceam. Imò secespice Naxiâ cote subacta parvula

M 5

pecu-

ret, sed alterius aræ, quæ seqvebatur, basi subscriptum haberet, hōc modō: ΔΩΣΙΑΔΑ

BΩ-

πευλο Παιος. Id est, nulla victima hīc cæditur. παμά-
ταν, non παμμάτων. aliter πάμα ab eadem origine. οὐ
πρωτόλου (non προμήλου) ἱεὺς ἐν αὐτῇ καλαίῃ τρεχίαν με-
νύειαν. Strobilus, fructus pro ipsa arbore. Non vi-
scus, id est, liquor, pinum, resina scilicet, me inficior
fuligine stipitum Nisiorum, hoc est, pinum Nysi, aut
Nysiæ insulæ. nullum lignum hīc crematur, quia nul-
læ adolentur victimæ. τρέχιον est εἰλεχον. Inspicis e-
nim me anam neque i finitima terra lateribus, neque Aby-
be compactam glebis. μήτε εἰ ἀγλόμεον, supple γῆς τῇ ἀγ-
χοῦρου. ἀντὶ τῆς ἀγχοῦρου. ut τῇ ἀγαμέμνονα pro τὸν ἀγα-
μέμνονα τῇ αὐτοῖς, τοῖς αὐτοῖς. Vbi sit ea ἀγχοῦρε 2
καὶ ἀγχιτέμνον 3 γὰρ, non dubium est, quoniam in agro
Corinthio, ubi ipsa Ara; Alybe est in Thracia. Sunt
& alia ejusdem nominis. neque ἰσόρπον καὶ esse pot-
est ἡ χερσίνος ille βαμὸς Deli. Simul enim cum Diis i-
psis, id est, eodem tempore, quō Dii nati, novenarius
numerus Terrigenarum me fabricavit. Qui sunt illi Terri-
genæ novem, quæritur. τῶν, ἀντὶ τοῦ τῶν, ut Callima-
cho, Hymn. in Delum, v. 66. 275. ἡσάων, quamquam
pessimè & sine exemplo. quorum Terrigenarum attem πάλ-
μους ἀφθίτων, rex immortalium Deorum Juppiter ἑυκτοῖς, juba-
vit, laudavit. Σὺ δὲ αὖ πῶν. Tu autem hauriā aqva de Pirene
fonte, quem Gergonis filius Equus eruit, δύοις, id est, θυμια-
σας, 4 tilius incende, odores adole. Nam & alibi memini
δυοῖν ἀντὶ τοῦ θυμιατῶν a veteribus usurpatum. Thus igitur
hīc

1 hæc particula ipsis in Epistolis addita, malè o-
missa est in Opusculis

2 malè in Opusculis est ἀγχοῦρος

3 malè in Epistolis est ἀγχιτέμνον quæ adscribo,
ut probem dicta, quàm non inutile sit, utrumque ha-
bere & conferre exemplar.

4 Pessimè in Opusculis est δύοις, id est, θυμιασας

ΒΩΜΟΣ ΟΝ ΜΟΥΣΑΙΣ ΕΣΤΗΣΕΝ ΕΝ ΓΑ.
 Qvam subscriptionem ad hanc aram pertine-
 re iudicavimus, cū alterum illum βωμὸν
 ον, & alterius authoris esse, nec ad Mu-
 sas

*hic creta & libamenta invorge. Audacter ad me accede-
 re potes, utpote quæ sum pura à serpentibus, quales occu-
 rat illa Ara in arvis Thraciæ. Νῆαις ὃν νεῖς quam
 tibi ἀνέθην, ὃ τρίπατος (quisquis ille sit) dedicavit fur
 purpurei arietis. Arietem purpureum, vel aureum, in
 quo erat satum καὶ τοιχείον Mycenarum Atreum sur-
 ripuisse, notius est, quàm ut demonstratione egeat.
 Sed an hic de eo intelligendum, non magis mihi con-
 stat, quàm quis sit ille τρίπατος, cui fur Aram po-
 fuerit prope Myrinem in Lemno. Vides manifestam
 sententiam, neque dubitandum. Omnino est Ara, in
 qua sanguine non libatur, ut illa γυνίτας in Delo.
 Quemadmodum verum sensum præstare possumus, ita
 de emendationibus cur dubitemus, facit, quòd inter
 scribendum sub acumen calamitatis sint. Tu, cui ab
 huiusmodi studiis recens memoria est, non solum no-
 stra boni consules, sed etiam quæ minùs rectè à nobis
 animadversa, emendabis. Crinagoræ versus totus est
 in Cimмериis tenebris, χρίανται νεφελῆς πῖναι ἀπὸ νεφελῶν.
 Quid monstri hoc est? Ait, in alpinos Ligures furatu-
 ros, sese munire ungvine, ut canes fallant. Hodie non
 curant canes, sed apertâ vi grassantur. Sed quis expe-
 diet illum versum? An legendum πῖναι ἀπὸ νεφελῶν. Sed
 hoc est. nugari. οὐ πῖναι πῖναι. 6 in σύγγραφῃ valde mihi
 placuit. nihil verius. dignum pianè ingenio tuo. Opra-
 rem illum, Gazensum legisse, sed quòd commodo tuo
 fiat. Nolim enim tuas bonas horas morari. Vale Lu-
 gduni Batavorum prid. Eid. Julii Juliani c10. 10. cviii.*

5. In Opusculis malè est: Νεῖς non νεῖς, inclusaque
 leguntur hæc tria verba parenthesi.

6 malè in Opusculis editum est οὐ πῖναι πῖναι.

fas quidquam attinere certò sciremus, ut
 latius in nostris ad eum notis ostendemus.
 Dosiadan etià hujus ludicri auctorem Lu-
 cianus agnoscit in Lexiphane: ἡμεῖς δὲ οὐδὲ
 ποιητὰς ἐπαινοῦμεν, τοὺς κατὰ γλῶττιαν γράφον-
 τας ποιήματα· τὰ δὲ σὰ ὡς περὶ μέτροις παρα-
 βάλλειν, καθάπερ ὁ Δωσιάδα βωμὸς ἂν εἴη καὶ
 ἡ τοῦ Δυκόφρονος Αλεξάνδρα, καὶ εἴτις ἐτι τούτων
 τὴν φωνὴν κακοδαίμονέσερος. Sed quis hìc fue-
 rit Dosiadas, aut quò tempore vixerit, quæ-
 ro, qui me doceat. Athenæus non semel Δω-
 σιάδα ἐν Κρητικοῖς laudat. Diogenes Laërtius
 patrem Epimenidis Cretensis ex quorundam
 sententia Dosiadan appellat. An idem hic
 sit nescio. Cretenses illi fuisse videntur. Hic
 Rhodius dicitur in veteri Scholio ad Ovum
 Simmiæ. Aræ autem istius forma non qua-
 drata & cubica, ut aræ vulgò fiebant, sed
 ἀνιδόπλευρος πανταχῇ· quæ forma fuit vetu-
 stiorum ararum, & ut plurimùm Ionicarum.
 Nicomachus Gerasinus, lib. 11. ἀεθμητικῆς·
 ἑτέροι δὲ τοὺς αὐτοὺς βωμίσκους προαγορεύουσιν, ἀ-
 πό οἰκείας εἰκότος· οἱ γὰρ παλαιότεροι βωμοί, μάλι-
 στα δὲ Ἰωνικοί, οὔτε τὸ πλάτος τῷ βάθει, οὔτε
 συναμφοτέρω τῷ μήκει ἴσα ἔχουσιν, οὔτε τὴν βά-
 ρειν τῇ κορυφῇ, ἀλλὰ πάντα εἰσὶν ἐξηλλαγμένοι
 ταῖς διαστάσεσιν. non poterat melius hujus aræ
 figura describi. Hujusmodi verò numeri
 ἄνιστοι non tantùm βωμίσκῃ dicebantur & for-
 ma

μα τῶν Ἰωνικῶν βωμίσκων sed & σφηκίσκοι & σφηνίσκοι. tales enim (σφῆνες secundum eundem Nicomachum, τεκτονικοί τε καὶ οἰκοδομικοί, καὶ χαλκευτικοί, καὶ οἱ τῶν ἄλλων τεχνῶν πλάσσονται, ἀπὸ ὁξυτέρου ἄκρου διαδύνειν ἀρχόμενοι καὶ αἰὲ μᾶλλον πλατυνόμενοι ἀνομοίως κατὰ πάντα τὰ διαστήματα. σφηκίσκει etiam hi numeri ἀνιζόπλευροι sunt appellati, a forma σφηκῶν, id est vesparum, quæ ventrem substrictum habent & in medio sunt graciles. sic (σφηκίσκους appellabant homines, *mediâ*, ut dicebat Ennius, *regione cracentes*: quos cingulos vocabant Latini. Festus: *Cingulos appellabant homines, qui in his locis ubi cingi solet, satis sunt tennes*. Græci (σφηκούς & (σφηκίσκους appellant, τοὺς λαγαροὺς τοῖς (ώμα-
 ριν ἀνθρώπους καὶ οὐ προκοιλίους. ita enim scribendum apud Hesychium, (σφηκοὶ ad verbum sunt cinguli. nam (σφηκοῦν est cingere, & (σφήκωμα δεσμός. Nicomachus: τοιοῦτος γὰρ καὶ ὁ τῶν σφηκῶν ὄγκος ἀπο(σφιγγόμενος κατὰ μέ-
 ρον, καὶ τὴν λεχθεῖσαν ὁμοιότητα ἐμφαίνων. παρὰ τοῦτο εἰκὸς καὶ τὸ (σφήκωμα ὀνομά(σθαι ἐνθα γὰρ ἂν ἀποσφίγῃ τὴν τοῦ (σφηκὸς ἐντομὴν μιμνῆ-
 ται. cùm enim fasciâ aut cingulô constringimur, eâ parte graciliores & exiliores reddimur. Talis igitur ararum Ionicarum facies, pressis & extenuatis lateribus, nec fronti nec basi æqualibus, ut nec frons, nec basis invicem
 sibi

sibi latitudine respondeant, ut planè videre est in hoc & sequenti *Βαυλον*. Sed & cunei fabriles lignei ferreisque ad hanc effigiem fiunt. in acumen enim desinentes eâ parte quâ in materiam immittuntur, in latitudinem progrediuntur, mox in medio strictiores ex parte, quâ tenentur, ad summum in latius crassiusque caput exeunt, ut ex Nicomacho suprâ, p. 188. tetigimus. Sed hæc de figura satis: nunc ad expositionem veniamus, quam non adeò facilem, non verbis tantùm suis declaravit vir ille, quem dixi, doctissimus¹, verùm re ipsâ clariùs ostendit. Sententiam hujus poëmati nullo modò assequutus est. Sed nec ejus obscuritatem dissimulat Lucianus, qui locò suprâ, p. 188. nobis adductò, Alexandræ Lycophronis, poëmati omnium tenebrosissimo illud comparare non dubitavit. Ara igitur hæc Musarum est, quæ sic loquitur: *Non me victimarum niger sanguis imbnit, ut purpurâ vel sanguineo purpure liquore vestis tingitur. Secespita verò Naxiâ cote terse samiatæque abstinent pseudibus*: quas vocat *πᾶμα Πανός*. hoc est, nulla victima in hac ara caduntur, nec veriginosò fumò, viscus manans ex arboribus Arabicis, fuscet me atque atram reddit. hoc est, nulla mihi tura imponuntur, aut odores Sabæi heic adolentur. *Μουσάων γὰρ ἀκαπτεν αἰεὶ θύος,*

¹ Scaliger.

ὄντος, ut ait ille. *Aram me vides, nec aurī
 lateribus, nec argenti glebis compactam. nec
 verò mihi comparanda sit ara illa, quam ex ca-
 prarum cornibus struxit Cynthius Apollo. Nam
 cum Gratiis fabricavit me novenarius Musarum
 numerus, quibus dedit Juppiter artem
 nunquā interituram. Tu autem, qui bibis ex
 fonte, quem fecit Pegasus, istic sacrifices &
 libamenta fundas, Hymettiō melle longē mihi
 gratiora dulciorāque. Audenter verò ad me
 accede: sum enim pura ab venenatis monstris,
 qualia occultantur in illa ara: quæ circa Neas
 Thracias, prope Myrinam urbem extat, quam
 tibi o Minerva dedicavit, aurei arietis vel po-
 tius velleris raptor. Hic totius aræ sensus,
 quem mox per partes explicabimus. at quā
 longe abierit vir ille incomparabilis, dici non
 potest, quā emendando, quā exponendo.
 Aram quidem Musarum Athenis in Acade-
 mia fuisse refert Pausanias in Atticis, p. m. 58.
 ἔστι δὲ Μουσῶν τε βωμὸς καὶ ἕτερος ἑρμοῦ. sed de ea
 minimē heic loqui vult Dosiadas, immō
 omnia, quæ heic de ara Musarum dicuntur,
 non ad aliam aram referri debent, quā ad
 hoc ipsum poëmatium in formam aræ fa-
 ctum, quod Musis & Gratiis adjuvantibus
 composuisse & ipsis dedicasse testatur. Nunc
 singula videamus.*

Ὅλος οὐ με λιβερὸς ἰσῶν] Emendabat Scali-
 ger :

ger : ὀλκὸς οὐ με λαβρὸς ἰερῶν. sed versus hanc emendationem respuit. ὀλκός propriè est atramentum sepix, qvi & θολός dicitur, heïc verò μεταφορικῶς pro victimarum sanguine ponitur. λιβρὸς autem nigrum significat. Hesychius, λιβρὸν, σκοτεινόν, μέλαν. Sed & λίβυς idem apud vetustiores Græcos significasse videtur. Hinc λίβυες enim vocati, qvòd nigri essent, sic & μαύρους eos populos vocârunt Græci ab eadem ratione. nam μαῦρον & αἰμαυρὸν nigrum est, καὶ σκοτεινόν. a voce autem λίβυς qvæ nigrum denotat, λιβύαι dictæ sunt, situlæ quædam nigræ qvæ in sepulcris collocabantur. Hesychius : λιβύας τὰς μελαίναις ὑδρίας τὰς ἐπὶ τοῖς τάφοις τιθεμένας. Svaviter nugabatur nescio qvis Græculus, qvi Glossas aliquot ad hanc aram adscripserat. nam μελιβρὸς heïc junctim legebat, exponebátqve, μελιβρὸς ὁ τὰ μέλη βιβρώσκων.

Λιβάδεσσιν οἷα κάλχην] κάλχην purpuram vel herbæ genus interpretantur Grammatici, qvæ

1 In Opusculis Scaligeri habetur λάβρος ἰερῶν. At in Epistolis, p. 534. ἰερῶν qvòd vir doctus manu suâ, suo olim in exemplari, secundæ à se editioni destinato, nunc meo, in margine emendavit ἰερῶν falsò, uti hic è Salmasio perspicuum est; ut adpareat non semper eâ, qvâ par est, curâ ac diligentîâ conferri Miscra cum edendis. Malè statim in Opusculis pro ὑπὸ φοινησι qvòd in Epistolis, p. m. 534. rectè est, legitur ὑποφαικίον nullò sensu & typographicò vitio.

quæ purpureo colore vestes inficit. Hesychius, κάλχη πορφύρεα καὶ βοτάνιον ἀνθόφορον. Etymologicum magnum in voce Κάλχας: ἡ παρὰ τὸ κάλχη ὃ σημαίνει τὴν βοτάνην δι' ἧς ἡ πορφύρεα βάπτεται. & hæc quidem nota sunt; illud non item, herbam illam, quam Græci κάλχην, Latinos caltham vocare. nam caltha ex Græco κάλχη, quod Siculis erat κάλθη. nam θ in χ. & contrà illi mutabant. ut ὄρνιθες pro ὄρνιθες. & similia. κάλχην autem caltham esse ex Dioscoride vincam. Is, lib. III. c. CLVI. βούφθαλμον, οἱ δὲ κάλχαν καλοῦσι. sic enim legendum est, non ut vulgò κάχλαν. Veteres autem Grammatici uno ore caltham βούφθαλμον esse interpretati sunt. Auctor antiquarum glossarum: *caltha*, βούφθαλμον. &, βούφθαλμον ἀνθους εἶδος, *caltha*. Dioscorides, lib. IV. de Chrysanthemo, quod cum Buphthalmo quidam confundunt: χρυσάνθεμον ἢ χάλκα· οἱ δὲ βούφθαλμον. χάλκα transpositum pro κάλχα. nam & χάλκην quoque dicebant. Hesychius, χάλκη, πορφύρεα. Sic certò certius κάλχην esse caltham. quod alibi probabimus: non enim hæc sunt huius operis aut loci. κάλχην autem non pro purpura, sed pro veste, quæ purpurâ inficitur, accipio. *Non me*, inquit, *sanguis victimarum tingit, quemadmodum sanguineis liquoribus imbuatur vestis.* κάλχην enim,

N

enim,

enim, non tantum πορφύρεα exponunt Grammatici, sed etiam διφθέρεα. Hesychius: κάλχη πορφύρεα, διφθέρεα, βοτάνιον ἀνθόφορον. & ita hōc locō placet accipi. Si de purpura intelligeremus, legendum esset, οἷα κάλχη. nam purpura tingit, non tingitur. atqve hoc fortasse verum est.

Μαύλιες δὲ ὑπερθε] Μαύλιας heic ἀντὶ τῶν κοπίδων posuit, quibus victimæ mactantur. μαυλὶς μάχαιρα καὶ ἡ μισθῶ τι ποιοῦσα. ita legendum apud Hesychium.

Παμμάτων] Melius παμμάτων. sic πολυπάμων, & πέπαμαι. in vulgatis tamen editionibus fere semper πολυπάμων & πέπαμμα scriptum habetur, vitiose.

Παμάτων φείδονται Πανός] In vetusto libro, φείδοντο scribitur, & suprā repositum, φείδονται. quod ad sensum quidem melius videtur, sed illud φείδοντο versus modulo magis congruit. Nam in Trochaicorum tertia sede raro pedem alium, quàm trochæum collocant. itaqve legendum putārim φείδοντο pro ἐφείδοντο, id est, abstinerunt: vel φίδουιντο. quod verum esse puto. φείδονται tamen retineo. nam τέγσει præcessit, & μελαίνει sequitur. sæpe autem Græci poëtæ τὴν διφθογῶν αἰ solent in carmine brevīare. Homerus, Iliad. α. v. 139.

Εἰ δὲ κεν οἶκασθ' ἵκωμα φίλην ἐν πατρίδα
γαῖαν.

Empedocles:

Τῇ δὲ διαλλάσσονται διαμπαρεῖς, οὐδ' ἄμα
λήγει.

Aratus:

Ημῖσι μὲν κεν ἴδῃσι μετῆροσιν, ἡμῖσιν δ' ἤδη.
Plura collegit exempla Casaubonus in lectionibus Theocriti. quem vide.

Οὐ σρόβιλον λίγνυι.] Ita reposuimus pro eo, quod erat in veteri codice, σρόβιλον λίγνυι. Cave sis autem *strobilum pinem* heic accipias cum magno viro, & *fructum pro ipsa arbore*. Fumum enim intelligit, quem tus exhalat, cum in ara incenditur: qui quod voriginosis flexibus, & quibusdam quasi spiribus & convolutionibus contritus in auras eat, σρόβιλον eum ἐπιθεικῶς appellat. καπνῶ σρόφάλιγας ποῖται vocant. σρόβιλον verò συσροφὴν αἰετώδη interpretantur Grammatici. hinc σρόβιλουσιν contorquere, & convolvere. σρόβιλον λίγνυα dixit, ut Ion poeta Erinaceum σρόβιλον, qui in orbem se convolvit:

σρόβιλος ἀμφάκανθον εἰλίξας δέμας.

Ita legendum. vulgò ἀμφ' ἀκάνθαν. ἀμφάκανθον δέμας, spinis undique oblitum. σρόβιλον λίγνυα Plinius explicat, lib. XIII. c. I. ubi de unguentis loquitur: Iliacis temporibus non erant, nec tunc supplicabatur. Cedri

tantum & citri suorum fruticum in sacris fumo convolutum nidorem veriùs, quàm odorem noverant. *fumo convolutum nidorem*, ex illo Homérico est,

—— τὴν κνίαν ἐλίσσόμενην περὶ καπνῷ.
 σρόβιλον λίγνυα convolutum illum odorem, qui in ara accendebantur, fumum heic vocavit Dosiadas.

Ἰξὸς ἐνώδης μελαίνει τρεχνέων με Νυσίων] Nemo non intelligit per ἰξὸν ἐνώδη τρεχνέων Νυσίων, *ens* designari. Viscosum enim illum, & lentum humorem, qui ex arbore manat, ἰξὸν heic vocari, certissimum est. *spuma pinguis* Plinio dicitur, eap. *de iure & arboribus turis*. tus autem in Arabia nasci, non nisi pueri docendi sunt, hinc Νυσίων τρεχνέων ἰξὸς heic vocatur, a Nyfa Arabiæ monte. τέρχνος verò & τρέχνος, nam utrumque dicitur, φυτὸν, βλάστημα, κλάδον, σέλεχος interpretantur Lexicographi.

Εἰς γὰρ βαμὸν ὀρεῖς με μήτε ταρχούρου] Versus hic debet esse phalæcius cum sequentibus aliis duobus. non dubium est igitur extra legem tendi. Vitium hæret in voce ταρχούρου. vocem esse Persicam heic vetus Scholiastes annotabat, & aurum significare. an verum dicat nescio, non enim Persicè didici. versus nihilominus laborat. esset aliquid, si legeretur τάρχου aut τάρχρον. tunc enim
 legi

legi metricæ ratio constaret: τάγχος autem, vel τάγχος aurum Persicè significaret. Sed tutóne credi potest illi Græculo? ἀγχοῦρος apud Hesychium legitur pro Aurora vel Lucifero, & verbum Cypriorum esse tradit: Ἀγχοῦρος ὄρερος, οἱ Κύπριοι ἢ Φωσφόρος. ita enim scribendum. quid si ἀγχοῦρος etiam aurum significavit? sic enim Auroram ab auro videntur Latini deduxisse. ἄγχαυρον pro eodem legitur apud Apollonium, lib. iv. ubi doctus interpres, ἀπὸ τῆς αὐραὶς derivat: pro quo ἀγχοῦρον Hesychius, absque dubio legit in illo poetæ loco. Quid multis opus est? versum istum sic ego legendum, ac constituendum censeo.

Eis γὰρ βωμὸν ὄρεῖς με μήτε γ' αὐροῦ

Πλίνθοις, μηλ' ἀλύβης παγέντα βώλοισ.

αὐρὸς vox prisca, quæ Græcis idem, quod χρυσός. inde Latinis aurum suum. Hypsicrates apud Festum, αὐρὸν Græcè ab inventoris nomine dictum esse prodixit. Hinc θησαυρὸς ubi aurum reponitur. Utut est, aurum heic intelligi debere satis constat. Massas autem auri apud antiquos in lateres redigi solitas notum est. hinc αὐροῦ πλίνθους Dosidas heic vocat, & χρυσοῦ πλίνθοι apud Herodotum de Cræso. Varro apud Nonium:

Luden fluens sub Sardibus flumen tulit

N 3

Au-

Aurum, later quod conghuadravit regiui.
Idem de vita Pop. Romani, lib. III. *πασα*
lateres aurei & argentei priuimus conflati & in
araticum conditi.

Ματ' Αλύβης παργύτα βάλαι.] Hoc est
argenti glebis structum & compositum. Notus
Homeri versiculus, *Ιλ. β. v. 857.*

— εἰς Αλύβης εἶεν ἀργύρεον ἐστὶ γενέθλη.
hinc *αλυβήδα* καλέβην *Euphonia* vocat ar-
genteum phoculum apud *Stephanum*, πτελ
ἐθνικῶν.

Οὗ μιν τὴν καλέβην αλυβήδα μανὲς ἀκούει.
τούτους τὴν ἀργυρεῖν. Vade *Strabonem* & *Ho-*
meri interpretes.

Λαβὼν τὰ μυκάδων κέρα.] Ita scriptum est,
cū in libro esset, λαβὼν τὰ σχήματα autem
πρὸς τὸ σημαίνοντο, cū præcedat, *Κυνθό-*
γενὴς φύτλη. nam dicendum fuerat λαβὼν τὰ,
sed refertur πρὸς τὸν Κύνθιον *Απόλλωνα.* De
era cornes *Deli* omnia jam vulgata. *Glossæ*
ad hunc locum: *κύνθες* [δὲ ἄρος *Δήλου* ἵππον. κατ'
ἐθλινὰς *βωμὸς*. λέγεται δὲ ἐκ *δεξῶν* κερμάτων περ
πλέχθαι τὸ βωμῶν μέσον, ἐκ δὲ *αἰεταῶν* καὶ *δαίμων*.]

Ὅσα γάρβηκει *Κυνθίας*.] Scribendum *Κυνθ-*
θίαις. αἰμφὶ *Κυνθίαις* ἀνεγείσιν. ex capite *Cynthiarum*
cornibus structam in *Delo* aram
ab *Apolline* scribit etiam *Gallistachus*, *Hymn.*
in *Apollin.* v. 60.

Ἀρταῖς ἀφροδιστοῖς παρ' ἡμῶν συνεχθεῖς αἰγῶν
Κυντ

Κυρθιάδων φορέεσκεν, ὃ δ' ἐπλεκε βωμόν Α-
πόλων.

sed Κυρθίας non muto.

Σὺν οὐρανῷ γὰρ ἐκγόνοις] Οὐρανῷ ἐκγόνους
Gratias interpretatur heic vetus Scholiastes,
& ego cum illo. Gratias Cæli filias heic fin-
git, quas alii Joyis & Eurynomes esse dixe-
runt. Sed & sic οὐρανῷ ἐκγονοὶ fuerint, si-
quidem Juppiter Saturnô, Saturnus Cælô
natus, secundum veteres Theogoniæ auô-
res. Magis tamen est, ut aliam Theogo-
niam sequatur, quæ Gratias Cælo filias alle-
rat, ut de Amore, & Musis, quarum non
una γενεαλογία refertur apud priscos Theo-
logos.

Εἰκὸς μ' ἐτευξε γηγενῆς] Hæc γηγενῆς εἰκὸς,
sunt novem Musæ, quas γηγενῆς inde dictas
credere possumus, quod earum mater Mne-
mosyne, Cæli & Terræ filia fuisse dicatur
apud Hesiodum in Theogonia. Sed verius
ex eo γηγενῆς interpretari, quod secundum
Musæum duplex fuerit Musarum γενεαίς,
una vetustiorum, & Saturno cœqualium,
Cælô & Terrâ genitarum; altera recentio-
rum, & Joyis ac Mnemosynæ filiarum.
Hoc me docuit doctus Apollonii Scholiastes,
initio lib. III. ἐν δὲ τοῖς εἰς Μουσῶν ἀναφε-
ρομένοις δύο ἰσορροῦνται γενεαίς Μουσῶν πρεσβυ-
τέρων μὲν μετὰ τοῦ Κρόνου γενομένων νεωτέρων

δὲ τῶν ἐκ Διὸς καὶ Μνημοσύνης. idem de Amore,
ac de Gratiis quoque dicendum.

Τάων δ' αἰίζων τέχνην] Τάων, nempe
Μουσῶν. πρὸς τὸ σημαίνόμενον. non enim ad
εἰνὰς refertur, sed ad Μοῦσαι.

Εὐεῦσε πάλμυς ἀφθίτων] Hoc est Juppiter,
Deorum immortalium rex & pater. πάλμυς
eâdem notione apud Lycophronem, nisi fal-
lor, ' usurpatur. Hesychius: παλμὸς βασι-
λεὺς, πατὴρ, οἱ δὲ πάλμυς. sequitur apud
eundem: Παλμύτης Αἰγύπτιος θεός, sed per-
peram pro Πααμύλης, ut alibi dicemus.

Σὺ δ' αὖ πιδὼν κρήνηθεν ἣν ἴνις κόλαψε Γοργό-
νος] Nōr de fonte Pirene dictum accipere,
sed de fonte Heliconis, quem percussit un-
gulâ saxo Pegasus aperuisse, tam notum
est, ut nihil notius possit esse: ut & notissi-
mum, Gorgonis filium equum Pegasus a-
pud poetas jactari.

Ἐς ἐμὴν τεῦξιν] Ita vetus liber. sed legen-
dum: ἐς ἐμὴν τεῦξιν. sunt enim anapæstici.

Οἷα κέκευθ' ἐξέινος ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις] De
ara Chryses intelligit, juxta quam a serpen-
te percussus est Philoctetes. Dicit igitur
hæc ara Musarum, puram se esse a serpenti-
bus, & tutò ad ipsam quemvis accedere pos-
se: nullum enim a serpentibus esse pericu-
lum, ut in ara Chryses, in qua serpens deli-
tescebat, qui Philocteten percussit, cùm pro-
piùs

1 Locus est v. 621. in ᾧ πιδέκται πάλμυς ἀφθίτων γείεας.

pius ad eam accessisset. Rectum igitur νέαις, nec corrigendum νέοις. Νέαι insula juxta Lemnon, in qua fuisse aram illam, & Philocteten ictum a serpente quidam volunt. Stephanus περὶ ἐθνικῶν. Νέαι νῆσος πλησίον Δήμνου ἐν ἣ Φιλοκτήτης κατὰ τινὰς ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου.

Ον σχεδόθεν Μυρίνης] Μυρίνη urbs in Lemno insula, de qua heic accipiendum. est enim & alia τῆς Αἰολίδος.

Σοι τριπάτῳ πορφυρέου φῶρ ἀνέθηκε κριοῦ] Aram illam Chryses ab Iasone fuisse conditam præter auctorem βωμίσκου, quem mox explicabimus, etiam testatur Philostratus in Philoctete, his verbis: ἀναπλέοντες εἰς Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ καὶ προσχόντες ταῖς νήσοις, ἐμασεύοντο τὸν τῆς Χρύσης βωμόν, ὃν Ἰάσων ποτὲ ἰδρύσατο ὅτε εἰς Κόλχους ἔπλει. Φιλοκτήτης τε ἐκ τῆς ξυν Ἡρακλεῖ μνήμης τὸν βωμόν τρίς ζητοῦσι δεικνύς, ἐγχείψαντος αὐτῷ τοῦ ὕδρου τὰν ἰὸν εἰς θάτερον τοῖν ποδοῖν, οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ εἰβλόνται, ὁ δὲ ἐν Δήμῳ ταύτῃ κατὰ διαβόρῳ, φησὶ Σοφοκλῆς, κατασάζων νόσῳ τὸν πόδα. Jam intelligimus, quis iste sit purpurei fur arietis, & quis ille purpureus aries. Nam de Iasone capiendum, qui vellus aureum furatus est, nemo jam non videt. Purpureum autem arietem heic vocat, non illum aureum, in quo fatum Mycenarum erat, quem Atreum
N 5 sur-

furrivisse volunt poëtae, sed arietem, quò Phryxus in Colchos delatus est, seu potius ejus vellus. quod aureum quidem plurimè esse dixerunt, quidam verò purpureum, alii etiam album. Scholiastes Apollonii ad lib.

IV. πολλοὶ δὲ χρυσαῖν τὸ δέρμα εἰρήκασιν οἷς Ἀπολλωνίως ἠκολούθησεν, ὁ δὲ Σιμωνίδης ποτὲ μὲν λευκόν, ποτὲ δὲ πορφυροῦν. quod valde velim notari: Simonidem modò album, modò purpureum in suis poëmatis hoc vellus appellitavisse. Qua de re sic ego sentio; non novam quidem & aliam a vulgata de hoc ariete fuisse Simonidi opinionem, nec quæ aureum uno fere ore omnes prædicassent, ipsum aut album aut purpureum existimasse, sed λευκὸν καὶ πορφυροῦν sic usurpasse, ut poëtis mos est, cùm aliquid eximie pulcrum designare volunt, ut quæ auream Venerem vocant, eandem enim & purpuream appellitarunt. Marius Victorinus in libro de metris citat hunc Pæonicum versum:

*Ver agere purpurea te Venus amaribus diva
pollens jubes.*

Apud eundem etiam hic purus anapæsticus citatur:

*Nitt aurea purpurea Veneris coma, roscida
lactea cervix.*

Et πορφυρῇ Ἀφροδίτῃ Anacreonti apud Ælianum,

num, lib. iv. de animal. c. ii. ὥσπερ οὖν τὴν
 Αφροδίτην ὁ Τηϊός ἡμῖν Ἀνακρέων ἄδει, πορφυρῇ
 τε λέγων, καὶ χρυσεῷ δὲ εἰκασμένα φανείη αὖ.
 καὶ τοῦτό γε κατὰ τὴν Ομήρου θεὸν τὴν αὐτὴν
 ἦν ἐκάλεσεν ἀνιμέλπει χρυσῇ. ita πορφυρῇ Α-
 φροδίτῃ apud Anacreontem qvæ apud Ho-
 merum χρυσῇ. Sic etiam purpureum Amo-
 rem dixere. Ovidius:

In me purpureus tela resumpsit Amor.

sic & χρυσοῦν σῶμα & πορφυροῦν σῶμα, pro ore
 pulcro. Simonides: πορφυρέαν ἀπὸ στόματος
 ἰεῖσα φωνὰν παρθένης. nec aliter *purpureum* vs
 Horatio, lib. iii. Carm. Od. iii. v. 12. Sic
 πορφυρέα ἔρην Pindaro, Nem. Od. xi. v. 36.
 ἀντὶ ἀγλαῶν ἀνδρῶν τὴν κόμαν ἐμπορφυ-
 ρέοις ἔρνεσιν. sed & *purpureum* & *album* de
 eodem ita videtur dixisse Simonides, ut Ho-
 ratius *purpureas olores* dixit, lib. iv. Carm.
 Od. i. v. 10. pro candidis: & Albinova-
 nus, *purpuream nivem*. Purpureus igitur
 huic Dosiadæ & Simonidi est, qvæ auctors
 ab aliis passim vocatur, qvem & λευκὸν idem
 Simonides vocavit. Scholiastes tamen Eu-
 ripidis refert Simonidem in hymno Neptūni
 dixisse, pellem Phryxæi arietis reverâ pur-
 purei fuisse coloris, & purpurarum matuti-
 narum

1 In Lexico Fabri adducitur Elegia ad Liviam. At
 ego istam 1. Tomo Operum Ovidii edit, Amstelod. 44.
 pc LXXXIII. in 8t. subjunctam evolvi frustra.

narum sanguine infectam. ejus verba hæc sunt: τοῦτο οἱ μὲν ὀλόχευσον εἶναι φασιν, οἱ δὲ πορφυροῦν. καὶ Σιμωνίδης δὲ ἐν τῷ Ποσειδῶνος ὕμνῳ ἀπὸ τῶν ἐν τῇ θαλάσῃ πορφυρῶν κεχερωσθαι αὐτὸ λέγει. idem porro Simonides etiam aureum illum Atrei arietem, in quo fatum regni Mycenarum situm erat, purpureum fuisse dixit. Tzetzes in Chiliad.

Ἀτρείως δ' ἐν τοῖς Θρέμμασιν ἦν τι χρυσοῦν ἀργίον.

Ο Σιμωνίδης πορφυροῦν εἶναι δὲ τοῦτο λέγει.

sic πορφύρεος κριὸς in hac Ara dicitur, qui aliis χρύσεος. Utut sit, πορφύρεος κριὸς, heic ἀντὶ χρυσεῦν positus. Sed hæc plus satis de purpureo, sive aureo vellere: nunc restat querendum, quis sit hic τριπάτωρ, cui aram dedicasse fertur Iason. Τριπάτωρ Minervam appellari opinor, non ob aliam rationem, quàm quòd Τριτογένεια aliis poëtis passim dicitur, de cujus appellationis causa consulendi veteres Grammatici. obiter tantum admonere velim corrigendum, & supplendum in hac voce Etymologici magni auctorem. ubi enim sic vulgò habetur, Τριτογένεια ἡ Ἀθηναῖα, ἥτοι ὅτι ἐκ τῆς μήτρας καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διὸς ἐξῆλθεν, ἢ ὅτι παρὰ τῷ Τετίωνι ποταμῷ γέγονεν, ἢ ὅτι τρίτῃ μετὰ τὴν Ἀρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα ἐγένετο. duo illa, ὅτι ἐκ τῆς μήτρας καὶ

καὶ τῆς κεφαλῆς, non possunt sola constitue-
re rationem nominis τελογένεια. tertium
igitur deest, quod plenum habet Suidas
hōc modō, ὅτι ἐκ τῆς νηδύος καὶ ἐκ τῆς μή-
τρας καὶ τῆς κεφαλῆς. Sed quod sequitur
apud eundem Suidam, τριτὴ γὰρ κεφαλὴ
κατὰ διάλεκτον, expungendum est, aliò enim
pertinet. Sed hæc Grammaticalia planè sunt,
id est inepta. Unde verò τριτογενὴς no-
men habeat, τριπάτῳ eadem notione cen-
seri hōc locō existimo, & Minervam eò
nomine significari. Non ignoro τριτοπάτο-
ρος Glossographis exponi, ἀνέμους ἐξ οὐ-
ρανοῦ καὶ γῆς γενομένους καὶ τῆς γενέσεως ἀρ-
χηγούς, quos & τριτοπάτρες & τριπάτρες
nominabant. sed huc non pertinere item
scio. Nam nihil tam certum est, quàm
τριπάτορος hōc locō Minervam intelligi
debere, cui ara in Chryse Lemni promon-
torio ab Iasone dicata est. Auctor argu-
menti ad Philoctetem Sophoclis:

Χρῦσης Αθηνᾶς βωμὸν ἐπικεχωσμένον,
Εφ' ᾧ περ Ἀχαιοῖς χρησθὲν ἦν θύσαι, μόνος
Ποίανλος ἤδ' οἱ πᾶσι ποθ' Ἡρακλεῖ σὺνών.

ubi perperam quidam legunt χρυσεῖς Αθηνᾶς,
& auream Minervam interpretantur. Χρύ-
ση Αθηνᾶ τοπικῶς dicta a promontorio Le-
mni in quo aram habebat, ab Iasone, cū
ad

206 CL. SALM. NOTÆ AD ARAM PRIM.

ad Colchos iret , positam & consecratam.
 Philostratus Χρύσης βωμὸν simpliciter vocat ,
 ἀναπλέοντες εἰς Τροίην Ἀχαιοὶ καὶ προσχόντες ταῖς
 νήσοις ἐμασεύοντο τὸν τῇ Χρύσης βωμὸν ὃν Ἰάσιον πο-
 τὲ ἰδρύζατο ὅτε εἰς Κόλχους ἔπλει. per Χρύ-
 σην intelligit Χρύσιν Ἀθηνᾶν. in illis tamen
 Græcis versibus Sophoclis Philoctetæ argu-
 menti vicem præfixis edendum curavit Gu-
 lielmus ,

Εν Χρύσῃ Ἀθήνης βωμὸν ἐπικεχωσμένον.

F I N I S.



IV.

IV.

ΒΩΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ημάρσενός με σήτας
 Πόσις μέροψ δίζατος
 Τεῦξ' οὐ σποδεύνας ἴνις ἔμπούσας μόρος
 Τεύκροιο βούτα καὶ κυνὸς τεκνώματος
 Χρύσας αἵτας ἄμος ἔψανδρα
 Τὸν γυιόχαλκον θῦνον ἔρραισεν
 Ον ὠπάταρ δίσευνος
 Μόρησε μητρόρριπτος
 Ἐμὸν δὲ τεῦγμ' ἀδρήσας
 Θεοκρίτοιο κταντας
 Τελιοπέροιο καύτας
 Θωῦξεν ἀνιόξας
 Χάλεψε γὰρ νιν ἰῶ
 Σύργαστος ἐκδύγησας
 Τόνδ' εἰλινεῦντ' ἐν ἀμφικλύσῃ
 Πανὸς τε ματρὸς εὐνέτας Φωρ
 Αἰζωὸς, ἴνις δὲ ἀνδροβρεῶτος ἰνοραΐσαν
 Ἡρ' ἀρδίων εἰς Τευκρίδ' ἀγαγον πείπορθον.

CLAUDII SALMASII NOTÆ.

HÆc ara non minus habet obscuritatis, & in exponendo difficultatis, quàm superior, immò etiam aliquantò plus. quod satis hætenus testificati sunt doctissimi viri, qui operam ad eruendum ejus sensum contulerunt, & hoc tantum adepti sunt, ut frustra laborasse, & operam omnem luisse meritò dici queant.

An

Isaac. Vossius, Observat. ad Melæ II.

VII. 80. p. m. 213. edit. Hagens.

M. DC LVIII. in 4to.

Dosiadas in Ara secunda vocat γυιόχαλκον οὐραν. Miror hoc non vidisse viros magnos, qui frustra in poematiis istis exponendis laborarunt. Ultimus, qui manum admovit, est Salmasius, qui omnia ista Dosiadæ poematia, unà cum Inscriptione Herodis Attici, cum proluxa expositione in lucem dedit. Sed profectò in omnibus istis explicationibus nihil omnino est, quod alicujus sit momenti, quod non hauserit ex Scholiis Holoboli Rhetoris, quem totum descripsit, nullà tamen ullibi factà ejus mentione. Geminum istorum scholiorum nactus sum exemplar, alterum Silburgii, alterum Commelini manu descriptum. Sed & tertium communicavit Lucas Langermannus Hamburgensis: juvenis imprimis eruditus, & de nobis optimè meritus, depromptum ex eodem illo codice, quò usus est Salmasius, quò & Anthologia Græcorum epigrammatum continebatur. Verùm nihil ipsi hinc profuit Holob-

lolo-

An non hoc magnum obscuritatis ejus argumentum, quòd nihil in ea videre potuerint

Iobolus, quoniam cum non intellexit. Ipsam hinc subjiciam aram, unde hoc manifestum fiat.

εἰμάρσινⓈ με τήτας
 πόσις, μέροψ, δίσαβⓈ
 τεύξ', οὐ σποδιύντας, ἱίσις ἱμπούστας, μέρⓈ
 Τευκροῖο βούτα καὶ κυτὸς ἱεκράματⓈ,
 Χρύσας αἴτας· αἶμⓈ ἱψαυδρα
 τὸν γυιόχαλκον οὐρεὶ ἔρραισιν,
 ὅν ὠπάτωρ δίσινⓈ
 μόρησι μετρήρηπιⓈ.
 ἱμοὶ δὲ τεύξμ' ἀθρησας
 Θιοκρίτοις κλάντας,
 Τρισπείροις κλάντας,
 αἶξιν αἰν' ἰύξας,
 Χαλεψὲ γὰρ νιν ἰῶ
 σέβλαστρος ἐκδύς γῆρας.
 Τὸν δ' εἰλινευσ' ἐν ἀμφικλύτῳ
 Παιὸς ἴε μαλρὸς ἰνύτας, φῶρ
 δίξωⓈ, ἱίσις ἀνδροβερῶ ἴ', ἱιορραίσας
 ἔρ' ἀρδίαν εἰς Τευκρίδ' ἀΐσαι τρέπορθον.

In ipso codice erat εἰμ' ἄρσινⓈ. Unde faciebat Salma-
 sius Η' μάρσινⓈ. Sed quid virile in Medea? An quòd
 venefica fuerit? Nos rectius εἰμάρσινⓈ. Medea enim
 veneficiò detestò Theseum fugiens, virilem induit sto-
 lam, & sic in Mediam fugit, unde Medicæ stolæ ori-
 ginem arcessunt Grammatici. Πόσις μέροψ, hic est ma-
 ritus Thessalus: nam Meropes Thessali. ΔίσαβⓈ est
 ὁ δὲ ἱβήσας, nempe Iason, cui Medea juventam co-
 quendo reddidit, ut senserunt multi, licet alii id Æ-
 soni factum contendunt. Οὐ σποδιύντας, rectè se ha-
 ber. Sensus est; Me aram posuit Medæ maritus
 Thessalus, Iason nempe, non Achilles. Duos nam-
 que maritos habuit Medea, Iasonem in Thessalia, &
 Achil-

rint principes in his literis viri? Johannes
 Auratus ætatis suæ vir Græcè eruditissimus,
 huic

Achillem in insulis beatorum. Achillem enim, post-
 quàm ad Elysium pervenisset campum, Medeam con-
 jugem duxisse, ex Ibyco & Simonide testantur Apol-
 lonii Scholiastes, Helythius, Conon apud Photium
 & alii. Malè hæc corrigit Salmasius, & pejùs inter-
 pretatur. *Σποδυίας* verò hîc dicitur Achilles, quia
 cinere illum texit mater, uti docent Lycophron, &
 alii. Ipsa verò Thetis quare hîc *Ἐμποιον* vocetur,
 notum ex omnibus. Quod autem Achillem vocet
 mortem Paridis, cum ipse à Paride occisus sit, id
 tralativum. De reciprocis istiusmodi vocabulis vide
 Gellium, lib. ix. c. xii, & quæ nos paullo antè mo-
 nuimus. Chryse autem amator hîc dicitur Achilles
 propter Chryseidem, quæ Chrysenfis erat. Sequitur
 nunc tempus quò Iason aram hanc exstruxit. Quan-
 do nempe viricoqua, id est, Medea; custodem æ-
 reum, id est Talum gigantem, beneficiis suis perdi-
 dit. Hunc autem Talum fabricarat Vulcanus. *Μόρως*
 hîc est *μὰτὰ μόρου καὶ κακοπαθείας ἐπὶ τῆς αἰῆτος*. Vulca-
 nus verò hîc dicitur *ἄπατωρ*, quoniam ex sola natus
 est Jemone; *διττυς* quia duas habuit conjuges, Vene-
 rem & Chastin; *μητρογενής* verò à sola matre proje-
 ctus tanquàm *ἄχθης ἐκ τῆς μητρὸς*. Sequentia sunt similiora,
 ita verò, ut edidimus, in veteribus libris concepiun-
 tur. *Ἰόβας αἰὶν* idem est quod *διούβας*, quod pèrperam
 addiderant ejectione altero. Idem codex Palatinus ma-
 nifestè habet *διούβας* non *ἰλιούβας*. Sed utriusque
 versus respicit. Vera est lectio, quam exhibemus. *Ἀ-
 ῥδογῶ* genitivus Doricus pro *ἰνδογενής*. Tòtius au-
 tem aræ sensum sic quàm proximè Latine reddas. Vi-
 riliter amictæ me mulieris maritus Thessalus, bis juvenis,
 struxit; Iason nempe; non verò aliter Medea maritus in ci-
 nere cubans, filius Thetidis, Chryseidis amator, qui occi-
 sus

huic tenebricoso ταιγών primus admovit manus, qui se & tenebras, quibus involvebatur, densissimas discussisse tum putavit, & doctis hominibus haecenus persvasit. inter quos Guilielmus Canterus non dubitavit interpretationem ejus pro vera vendicare, & calculo etiam suo confirmare. Sed quantum

utrum-

sus sis est à Trojano bubulco, canis filio. Tunc vero me posuit, cum viricogra Medea, ferreis membris praedium Creta custodem, Talam, perdidit, quem Vulcanus sine patre natus, duarumque uxorum maritus, à matre vero projectus, cum labore extraxerat. Mox vero monumentum cernens deorum judicis Paridis intersector Philoctetes, Trinoclii Hérculis uxor, exiliit vociferans graviter. Lacerat enim eam venens serpens deposita senectâ. Hunc autem Philocteten haerentem in insula Lemno, Panis matris conjux ac dñis vivens fur, Ulysses nempe, ac praeterea Diomedes filius virivori Tydei, nerviperdarum gratia sagittarum, ad Trojam deduxerunt ter captam, ab Hercule scilicet, ab Amazonibus, & denique à Gracis. Hic est verus sensus antiquissimi hujus epigrammatis, à quo mirum quantum abiit Salmasius, cujus si interpretationem sequere, jam nec sensum officies, plurimum vero peccabis in leges Grammaticae. Quam enim hoc absurdum, quod Herodem fortissimum ἑρσέναν vocet, ac seminam faciat. Quis concoquere possit οὐροῦ vocabulum, adversantibus praesertim membranis, in quibus οὐροῦ, in aliis vero rectius οὐρῶν scribitur? Sed sanè quaecumque vir iste ad hanc aram annotavit, talia sunt, ut confutatione non egeant. Ne in ceteris quidem Doctore poematis explicandis multo fuit felicior. Quamvis enim Holoboli Rhetoris scholia ubique ad verbum descripserit, ejus tamen mentem non adsecutus est ubique.

utrumque fugerit ratio, rem ipsam auctorem dabimus. Sic enim veterem hujusce poematii editionem interpolaverunt, ut de facie, quâ noscebatur, nullo modò amplius agnoscendam reliquerint. quales autem has mutationes esse dicemus, *μισητής* pro *μεσητάς*, quod priùs legebatur: & *ὁ δύσμορος δύζατος*, pro, *πόσις μέρεψ δίζατος*, ut vetus habebat editio? & de integro jambico versu: *τεῦξ οὐ σποδεύνας ἴνις ἐμπούσας*, dimidiatum facere hòc pactò: *σποδεύνας ἴνις ἐμπούζας*? & hæc tanta ac talia peccaverunt, ut ei sententiæ, quam veram esse somniabant, verba ipsa accomodarent, vel potiùs eò invita pertraherent. Hinc non mirum ex falsis emendationibus, interpretationes longè falsiores natas. Nos nihil prius habuimus, quàm veterem lectionem restituere, ut in antiqvis editionibus visitur, & manu exaratis exemplaribus. Emendationes etiam aliquot nostras in contextum recepimus, quarum rationem suis locis reddemus. Auctorem quidam faciunt, Theocritum, alii Simmiam: neutrum fuisse puto. Dosiadæ ascribebant veteres membranæ Palatinæ, quæ hanc inscriptionem basi subscriptam habebant: *Δοσιάδα βωμὸς ὃν ἔτασε Μούσαις ἐν γᾶ*. Sed ad superiorem aram hunc titulum pertinere suprâ, p. 186. diximus. Dosiadas autem hic Rhodius,

quod

quod monere omisimus, cū de illo ageremus, nam sic in Ovi titulo scriptum repertum: Βησαυτίου Ποδίου ὠν, ἡ Δωσιάδα ἡ Σιμύλου. ἀμφοτέρω γὰρ Πόδιοι. Sed dicet aliquis, nihil prohibere, quominus hic βασιλεὺς Dosia-
dæ quoque attribuat, ut & præcedens. Sanè ex fine præcedentis aræ videtur istius, quam nunc in manibus habemus, argumentum sumptum, ut siue idem huius sit auctor, qui & superioris fuit, siue alius, ex postremis aræ Musarum verbis, hanc aram fingendi occasionem ceperit. Cū enim ara Musarum in fine vel basi sic loquatur, tutò ad se adiri posse, quòd illa serpentum venenatorum prodigia non celet & occultet sub se delitescencia, ut Ara illa, quam Iason prope Lemnon insulam struxit & Minervæ dedicavit. Auctor iste, quisquis est, aram illam ab Iasone structam, ad exemplum Aræ Musarum composuit, & hæc ipsa est, quam sic loquentem induxit: *Me viraginis & semimascule mulieris maritus condidit eò loci, quò Achilles Thetidis filius ab Apolline occisus est,* &c. quæ nos paullò post singillatim explicabimus. Nam hæc omnino est ara Chrysæ, quam Iason condidit. sed ne utriusque βασιλεὺς eundem auctorem existimem, facit, quòd in illa, quam priore locò posuimus, Ara Iasonis in Chryse prope Lemnon statuitur:

tur: in hac verò auctor Chrysem Lemniam cum Chrysa Troica confundat, in qua Apollinis Stinthis templum & ara, ad quam occisus Achilles ab Apolline & Paride memoratur. At in Chryse, quæ circa Lemnon, non Apollini sed Minervæ ab Iasone ara dedicata est. Facilius igitur nobis est, cujus non sit hæc ara, quam cujus sit auctoris, affirmare. Sed jam tempus est, ut ad singula verba exponenda accedamus, nam in verbis ferè tota hujus γείφου obscuritas versatur.

Ἡμέροενός μὲν σάρας πόσις] Neminem dubitaturum arbitror, quin rectè reposuerimus, ἡμέροενος pro εἰμῇ ἀρεῖτος, quod in vetustis editionibus erat, & scriptis codicibus. ἡμέροενα autem σήταν vocat Medeam, quasi *semiviram* dixeris, & *semimasculam*, quia cum femina esset, ea facinora fecerit, quæ sexum superarent, & in animum muliebre vix caderent. sic *mascula* Sappho Ausonio & Horatio, lib. i. Epist. xix. v. 28. quod animo plus quam muliebri sese ex Leucate monte præcipitem dedisset, ἡμέροενος igitur σήτας πόσις Iason heic intelligi debet, qui Medæ maritus fuit.

μέροφ] Quare μέροφ Iason appelletur, querendum. μέροφ Theocrito Echo vocata est, quod μέρος τῆς ὁπὸς reddat, non totam. μέροφες ἀνδρῶποι διὰ τὸ μέμερισμένην ἔχειν τὴν ὥπα.

ἀν. Ἀν μέγας ἔστι Ιάσον διὰ τὸν ὅτι
fidem Medæ non servavit, quasi bilingvem
dicas & non unius oris ac vocis hominem,
sed perfidum, & promissis suis verbisque mi-
nimè stantem, διὰ τὸ παρασπένειν ἑαυτὸν τῷ
ὄπῳ; an verò μέγας pro Thessalo positus?
Nam Triopas ex Thessalia in insulam Coam
commigravit, cujus Triopæ filius Menops,
unde Menopos Coi dicti. et hoc μέγας
pro Thessalo posuit, siquidem Menops de-
riundo verè Thessalus fuit. Iason autem
Thessalus. Quid si μέγας simpliciter, &
vulgarī suā notatione accipimus pro homine,
ut μέγας ἄνθρωπος, hominem juventuti resti-
tutum, seu hīc juvenem factum intelliga-
mus? Minus tamen hoc ultimum? probor,
nam nullum præter verbum vacantis & notio-
is significationis in hac poematis reperitur,
sed omnia sunt ἀντιπαρόδῳ. Magis placet,
ut μέγας pro Thessalo accipiamus.

Διὰ τὸν ὅτι] Vetus editio legebat, διὰ τὸν ὅτι
nos ἀντικαθάρσας fecimus, ita postulante versu.
viri docti reposuerant Διὰ τὸν ὅτι, ut de Troi-
lō intelligeretur. Sed eam opinionem satis
refutavimus. Διὰ τὸν ὅτι autem Iason vocatur,
quod a Medea in juventutem restitutus sit,
ut Pherecydes & Simonides testabentur;
quod alii de Alcone ipsius patre dixerunt,
quem Medea recoxisse & senio abstergisse ju-
ven-

ventæ reddidisse fertur. Scholiastes Euripidis in Argumento Medæ: Φερεκύδης δὲ καὶ Σιμωνίδης φασὶν οἷς ἡ Μήδεια ἀνεψήσασα τὸν Ἰάσονα νόον ποιήσεις· περὶ δὲ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἀίσωνος ὃ τοὺς νότους ποιήσας φησὶν οὕτως. Vide versus. Hinc igitur μέρος διαβός Ιάσων.

Τούτῃ οὐ σποδεύνας] Pro οὐ, quod habebant membranæ & vetus editio, οὐ, mutatō tantum accentu, reposuimus. Sententia hæc est: *Semimaſoula mulieris maritus Theſſalus, bis juvenis, id est Iason, ibi me posuit & struxit, ubi Achilles Thetidis filius in Trojano Hecuba filio, id est, Paride, occisus est.* De aræ Chryſæ, quam struxit Iason, cum iret ad Colchos, diximus in superioribus, p. 213. Hæc author manifestō confundit, Chryſen, quæ ad Lemnon, in qua posita, & dedicata Minervæ ara ab Iasone, cum Troica Chryſa, in qua colebatur Apollo Sminthius, in cuius templo ante aram occisus est Achilles. Idque adeo clarum & apertum est, ut probatione non egeat. Sed ne miremur, Chryſen Lemniam & Troicam ab hoc auctore confundi, sciendum in eodem errare versari Stephanum περὶ ἰθνακῶν. sic enim scribit: Χρύση, βαρυτόνως, ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐγγὺς Δήμνον, Σοφικλῆς Δημνίας.

Ω Δῆμονε, Χρύσης τ' αἰχχίεζμονες πάγοι.
καὶ ἐν Αἰχμαλωτίαι,

Ταύτῃ

Ταύτην ἐγὼ Χρύσην ἢ τε καὶ Κίλλα.

In priore versu Sophoclis de Chryse, quæ Lemno vicina, accipi debere, apparet ex voce Δήμνε, & ex titulo Tragœdiæ, Δήμνεια in posteriore verò de Troica intelligendum, & urbs Κίλλα, quæ ibi junctim cum Chryse ponitur, & urbs est τοῦ Τρωικοῦ πεδίου, & titulus Tragœdiæ, Λιχμαλωτίδες, satis ostendunt. Nam Λιχμαλωτίδες ibi sunt Trojanæ mulieres captivæ. Sic apud Homerum Chryse & Cilla, ut Apollini sacræ urbes, conjunctim memorantur, Iliad. α. ν. 37.

Κλυθὶ μὲν ἀργυρότοξ' ὅς Χρύσην ἀμφιζέθηκας
Κίλλαν τε Ζαθέην —

de qua Troica Chrysa videndus Strabo, lib. xiiii. & Eustathius in Homerum. legitur apud Stephanum in voce Χρύση. καὶ πανηφαισία τῆς Δήμνου ἀκρωτήριον, πρὸς Τένεδον βλέπον· quibus verbis nihil corruptius. Corrigendum: καὶ περὶ Ἡφαισίαν τῆς Δήμνου ἀκρωτήριον. Ἡφαισία urbs Lemni, circa quam promontorium nomine Chrysen collocat idem Stephanus: & sciendum est, illam ipsam esse Chrysen, de qua Sophocles in isto versu:

ὦ Δήμνε, Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγος.

Item sciendum, in illo promontorio positam esse aram ab Iasone, nullum verò ibi templum fuisse, sed aram tantum sub dio con-

O 5

sti-

1 In apco Stephano est: Κιλλάνη καὶ Χρύσην.

stitutam patet ex istis versibus Sophoclis in Philoctete:

Σὺ γὰρ νοεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θεῆας τύχης
 Χρύσης πελασθεῖς Φυλάκος, ἃς τὸν ἀκαλυφῆ
 Σηκὸν φυλάσσει κερταὶς αἰκουρῶν, ὄφρις.

Sic igitur statuendum est, nullam urbem fuisse Chrysen Lemno vicinam, sed promontorium tantum hōc nomine prope Hephestiam urbem Lemni: in quo promontorio collocatam aram & Minervæ consecratam ab Iasone supra, p. 218. docuimus: urbem autem Chrysen in agro Troico fuisse, in qua templum Apollinis Sminthei, ante cuius aram Achilles ab Apolline & Paride sagittâ confixus est, & occisus, ut narrat hęc auctor huius βιβλίου. qui tamen in eo falsus est, quod eandem hanc Chrysen putavit in qua Achilles occisus, cum promontorio Lemni, in quo ara Iasonis, quam hęc loquenter induxit, & cuius figuram hęc nobis exhibuit. Vehementer etiam erravit Stephanus, qui Χρύσην urbem Lemni Apollini sacram esse dixerit, cū de Troica tantum Chryse hoc verum sit, & nullam hōc nomine in Lemno, vel prope Lemnon, urbem fuisse constet, sed promontorium παρ' Ἡφαιστίαν, quem πάγον Χρύσης Sophocles appellat ἐν Ἀημίαις. Verus quoque auctor qui sub nomine Dictys Cretensis libellum de bello Tro-

Trojano scripsit, in eodem errore fuit, & Chrysen Troicam cum Lemniaca confundit. vult enim Philocteten haud procul ab ara Sminthii Apollinis, cujus templum apud Troicam Chrysam fuit, a serpente fuisse percussum, cum omnes in Chryse ad Lemnum id ei accidisse scribant, dum investigat aram, quam ibi olim Iason Chryse Minervæ dedicaverat. sic imposuit illi *ἑμνοποιία* Chryse urbis in agro Troico sitæ. in qua templum Apollinis, & Chryses promontorii prope Lemnon, vel in ipsa Lemno, in quo ara Minervæ. verba autem ejus ista sunt: *sed Chryses, quem sacerdotem Sminthii Apollinis supra diximus, utriusque exercitus offensam metuens, quisque partium ad eum venerat, cum his se adiunctum esse simulabat. Interim in eo sacrificio Philocteta hant procul ab ara templi ejus astant, morsu serpentis forte contingitur: dein ab omnibus qui animadvertant clamore sublato, Ulysses accurrens serpentem interficit: neque multo post Philocteta cum pectus, uti curaretur, Lemnon insulam mittitur.*

Σποδεύνας] *σποδεύνας* cum *ἐμνούσας* jungabant doctissimi viri, & de Hecuba interpretabantur: quàm rectè mox viderimus. *ὁ σποδεύνας* hōc locō est Achilles, quem eleganter sic appellat, quod cum mater, ut ex-

exueret, quod a patre habebat mortale, de nocte in ignem conditum cinere calidò obruebat; interdium autem ungebat ambrosiâ. Apollodorus, lib. III. ὡς δὲ ἐγέννησε Θέτις ἐκ Πηλέως βρέφος, ἀθάνατον θέλουσα ποιῆσαι τοῦτο, κρύφα Πηλέως εἰς τὸ πῦρ ἐγκρυβοῦσα τῆς νυκτός, ἐφθίμεν ὃ ἦν αὐτῷ θνητὸν πατρῷον. Nota tibi illud εἰς τὸ πῦρ ἐγκρυβοῦσα. Sic enim cineribus conditum & obrutum fuisse Achillem significat, ut solent panes, qui inde ἐγκρυφίαι dicebantur. Hinc σποδεῖναι cum heic vocat auctor, quòd in cinere calido scilicet cubaret. nam totam noctem in igne positum mansisse, verba Apollodori indicant.

[Ἰνις ἐμπόουςας] ἐμπουσαν heic Hecubam accipiebant, ut de Troilo intelligeretur, quem Hecubæ filium fuisse constat. Sed quâ ratione empusa diceretur Hecuba, quæro. eam quidem in canem esse versam poëtæ passim testantur; sed quid cani cum empusa? certum est Græcos ἐμπουσαν appellare, Φάσμα quoddam δαιμονιώδες, quod ab Hecate immitti credebatur; & in varias formas mutari, ut modò aqua, modò ignis fieret: nunc in serpentem, nunc in puellam verteretur: de quo consulendi sunt Grammatici, & in primis Aristophanis Scholiastes in Ranis. Hinc ἐμπουσαν vocat Thetidem, quòd empusæ modò, in varias se verterit figuras, ne cum

cum Peleo concumberet, ut narrat Ovidius lib. xi. Metam. *Ἰνὶς* igitur *ἐμπούσας*, est Achilles, Thetidis filius.

Μόρος Τεύκροιο βούτα] *Mirô* & *novô* genere loquendi Achillem heïc vocat *μόρον Παρίδος*, non qvi Paridem occiderit, ut Euripides, vel Pindarus, nisi fallor, Medeam appellat *Πελίαο φόνον*, sed qvi a Paride occisus sit. Sic vulnus Ulyssis apud Vergilium, lib. ii. *Æn.* v. 436. non qvô accepit Ulysses, sed qvô alium vulneravit:

— & *vulnere tardus Ulyssi.*

Non valde dissimile est, qvôd Sallustius metum Pompeji dixit, non qvô timebat, sed qvô timebatur. de qvo locutionis genere nos alibi plura.

Τεύκροιο βούτα καὶ κυνὸς τεκνώματος] *Paridem* heïc per *τεῦκρον βούταν* & *κυνὸς τέκνωμα* designari, notius est; qvàm ut probari pluribus debeat. mirificè hunc versum corrupebant, & mutilàrant eruditi viri, dum interpretationibus suis, hæc omnia ad Troilum trahere conantur. Nos lectionem, qvæ in veteribus excusis comparebat, & in vetustis membranis confirmabatur, restituiimus, & exposuimus.

Χρύσας αἶτας ἄμος ἔψανδρα] Repetendum est aræ initium, ut de hujus loci sententia constet: *Semimaſcula me mulieris maritus,*

hoc

hoc est, Iason, ibi condidit & posuit, ubi Achilles Thetidis filius a Teucro bubulco interfectus est, tunc, cum Apello, quem heic Χρύσεα αἶταν vocat, virorem decoctorem, loricaum Thynnium, id est Achillem exstinxit. ita loquitur ara. Achillem autem Apollinis sagittis interfectum quidam volunt, alii a Paride, sed ejus manum telumque dirigente Apolline. Virgil, lib. VI. Æn. v. 57.

— direxisti tela manumque

Corpus in Æacide.

Heic verò auctor, Paridem simul & Apollinem posuit, Achillis interfectores. Nunc ad singularem vocum expositionem veniamus.

Χρύσεα αἶτας] Χρύσεα αἶταν vocat Apollinem, quòd in urbe Chryse coleretur: ut supra ex Homero diximus, p. 217.

Κλυθί μιν ἀργυρέτοξ' ὃς Χρῦσιν ἀμφιβέβηκας. Ovidius, lib. XIII. Metam. v. 174.

— Chrysenque, & Cyllan Apollinis urbes.

αἶτας autem non tantum amasium significat secundum Thessalos, sed etiam ἱταῖρον καὶ συμπολίτην. Hesychius, αἶτης ἱταῖρος. Sed & illo τοῦ ἐρωμένου sensu non minus heic locum habere possit: quem enim Chrysa coleret, & veneraretur, hunc Χρύσεα αἶταν dici rectè arbitror. Alcman pulcras etiam & amabiles puellas αἶτας vocavit. Vetus Scholia-

liastes ἀνέκδοτος in Theocriti αἴτην τοὺς ἐρω-
μένους ἐνιοὶ αἴτας καλαῦσιν ὡς Θέτταλοι· καὶ γὰρ
Ἀλκμάν τὰς ἐπερχόσους κόρας λέγει αἴτας· nisi
κόρας ibi legendum aliquis opinetur. Χρύσας
heic Doricè pro χρύσης. Nam Doricè scri-
pta ἦξε ἀρα. Strabo tamen etiam Χρύσαν
eum appellat, lib. xiiii. frustra igitur fue-
re, qvi hōc locō χρυσοῦς αἴτας reponi vole-
bant.

Ἄμος ἔψανδρα] Ita reposuimus pro εὖς ἄν-
δρα, qvōd in vulgatis legebatur. Nam ve-
tus Codex habuit ἐψ ἄνδρα, nos unā voce
ἔψανδρα fecimus. Metaplasmus autem est
pro ἔψανδρον. ut ἐρο(άρ)ματες ἴπποι, & πρω-
τόθρονες ἔδραι, ut suprā, p. 168. notare memi-
ni. ἔψανδρα, hoc est, virorum incoctorem vel
decoctorem Achillem appellat, vel propter
duodecim captivos Trojanos, qvos ad pyram
Patrocli interfecit, & simul combussit; vel
ex eo, qvōd cūm magnam Trojanorum stra-
gem in fluvio Scamandro ederet, & Sca-
mander adversus ipsum ad vindicandos cives
suos, ita abundāssset, ut in vitæ periculum
eum adduxerit, Vulcanus, Junonis instin-
ctu, magnā ignium vi fluminis impetum re-
pressit, & angvillas, ceterósque pisces tor-
ruit, & Trojanorum cadavera, qvæ flumi-
ne ferebantur elixa reddidit, haut min⁹ ac
si in lebete fervente essent posita. Hinc
ἔψαν-

Ἰψανδρα vocat Achillem: & licet hoc ipse Achilles non fecerit, tamen quod in ejus gratiam & salutem, a Vulcano factum fuerit, cujus ipse causa fuit, quasi ab eo factum videri voluit hic auctor. & hanc veram istius vocabuli rationem puto. Nam illa de duodecim Trojanis ad rogam Patrocli occisis & combustis, minus cum verbo ἰψᾶν, unde hoc nomen compositum est, quadrat. affos enim illos, ut ita dicam, & tostos intelligi par est, qui cum Patrocli cadavere ustulati sunt. at istos elixos, quos flumen bulliens, & vi Vulcani fervens vorticibus volvebat. hinc verbum ἰψανδρος. Vide Homerum, Iliad. φ.

Τὸν γυόχαλκον θῦνον ἔρραισεν] θῦνον pro εὔρον, quod in editionibus habetur, scriptum in membranis reperi. a verbo θύνω, quod est curro, & impetum facio, nomen θῦνος, quod non solum cursum & impetum significat, sed etiam *impeteium*, ut loquebantur veteres, καὶ πηδητικόν, & in currendo velocem. Sic πλάνας a verbo πλανῶ, non errorem tantum, sed etiam erronem denotat. sic μῖμος, & qui agit histrio, & fabula, quæ agitur. sic ῥόμβος, & vertiginem significat, & hominem, qui vertigine laborat, vel circitorem, & vagum, & circumcursorem, ut diximus ad Herodis inscriptionem, p. 118 illo locô,

καὶ

— καὶ ῥόμβος αἰλάσῃ.

posset etiam heic legi, τὸν γυιόχαλκον θῦνον, a celeritate & impetu thunni piscis, quem propterea ἀπὸ τοῦ θύνειν dictum Grammatici asserunt. Utut sit, γυιόχαλκον θῦνον Achillem heic appellari non dubitamus.

Οὐ ὡπάτωρ δίσκουος] editio legit ἀπάτωρ, atque ita membranæ Palatinæ. viri docti reposerunt, ὁπάτωρ nihilô melius quod ad versum: quod ad sensum verò attinet, longè pejùs. nos ὡπάτωρ fecimus, hoc est ὁ ἀπάτωρ, & ad versus modulum, & ad sententiæ rationem rectè. nam de Paride ista dicuntur, a quo interfectum Achillem nunc refert, cùm antea ab Apolline occisum dixerit. sed ex Poëta constat ab utroque fuisse interemptum. Il. enim τ, v. 417. cùm Xanthus equus mortem Achilli prædiceret, μόρσιμον illi esse dicit, θεῶ τε καὶ ἀνέρι Ἴφι δαμῆναι. quod quidem semel simulque factum est: non enim diversis vicibus Paris & Apollo Achillem vulnerârunt, & interfecerunt, sed telum misit Paris, Apollo direxit, at hic auctor ut rem cæcis ambagibus magis involveret, & obscuraret, primum Achillem τεύχεοιο βούτα μόρον appellat, deinde ab Apolline occisum refert: deinde reddit ad Paridem, & ab eodem interfectum narrat. quæ omnia, ut dixi, ad majores huic

αἰνιγματῶδῃ scripto tenebras inducendas pertinent. Sed tametsi separatim narret, quod uno eodémqve tempore accidit, rei tamen veritas manet: nam constat ab Apolline & Paride Achillem interemptum.

Ον ἀπάτωρ δῖσενος] Απάτωρ Paris dicitur, quod, priusquam esset agnitus, cum in Ida monte pastor erat, cuius esset patris, ignoraretur, ac per hoc patrem non habere crederetur: nam quovis aliô potius, quam quô reverà fuit, patre natus existimari potuit. Spurii Latinis dicebantur, vel Spuriô patre nati, quorum pater ignorabatur. Græci ἀπάτορας vocant. Plutarchus: διὰ τὸ τοὺς ἀπάτορας σπουρίου υἱοὺς καλοῦσιν; Sic Panem ἀπάτορα vocat Theocritus in Fistula, quod ex promiscuo procorum cum Penelope concubitu creatus putaretur, atqve ideo cuius esset patris, incertum haberetur. Hæc verò ἀπάτωρ Paris, quod diu sine patre fuerit, priusquam agnosceretur a suis.

Δῖσενος] Δῖσενος idem Paris vocatur, propter Oenonen & Helenam. sed nec quare μητροόρριπτος dicatur, obscurum est.

Θεοκρίτοις κτάνας] Id est Paridis, διὰ τὸ Θεὰς ὑπ' αὐτοῦ κελθῆναι, ut notum est. at Theocritus in Fistula κατὰ μετάληψιν, sese Paridem indigetat, quod Paris Θεόκρετος.

Τεισπείροιο] Membranæ, Τεισπείροιο, per-

perperam. Τελόσπερον λέοντα Herculem, nisi fallor, vocat Lycophron. ¹ caussa nominis minimè obscura est.

καύτας] Eadem membranæ, καύσας. utrumque dicitur, & καυτὸν & καυσόν. unde καυσειρός. sit encautum & encaustum: & falluntur, qui mutandum censent. de quo nos alibi.

Οἰῶξεν ἀνιύξας] Ita ex veteri libro emendavimus, pro eo, quod vulgabatur, οἰξεν ἀνιύξας. mendum tamen adhuc superest in voce ἀνιύξας. nam versus propter illam laborat: itaque legendum putârim: αἰνιύξας, pro αἰνῶς ιύξας vel ἀντιύξας: sed illud melius. Θωύσσειν, Θερωδῶς βοᾶν exponunt Grammatici, & ιύξεν, κραυγάζειν & βοᾶν. sed & sibilum edere significat: ac fortasse non malè ἀντιύξας legeretur, ut Philoctetes a serpente morsus, præ dolore vocem eam emisit, quæ sibilum serpentis, a quo percussus fuit, imitaretur. Sanè alterutram lectionem veram esse probè scio.

Σύργαστος ἐκδύγητος] Ita ex conjectura legendum judicavimus, cùm vetus liber legeret, ἐκδύς γῆτος. Sed eam lectionem versus respuit. ἐκδύγητος serpentis aptum & proprium epitheton, nam quotannis senectutem exuunt. pro σύργαστος idem liber, σύγαστος retinebat. Sed conjecturam viro-

rum doctorum admisimus, qui *εύεργαστος* legendum probârunt, quod item serpentis proprium. Hanc vocem in veteri inscriptione reperi, sed corruptam: nam ubi vulgò scriptum est, DIIS PATERNIS SURGASTEO MAGNO: omnino scribendum, SURGASTRO MAGNO, quod ego de Æsculapio interpretor, quem in draconem versum, & sic Epidauro Romam advectum satis sciunt, qui in historia Romana non penitus sunt hospites: nisi cui placeat magis de aliquo genio interpretari. nam genios sub angvium effigie colebant. Ego ad Æsculapium pertinere iudico: quod alibi pluribus adstruam.

Τόνδ' εἰλινεύωντ' ἐν ἀμφικλύσῳ] Corruptissimus hic locus circumfertur in editionibus, & scriptis libris. nam quod *εἰλινεύοντα* legitur in vulgatis, versui repugnat. *ἀεἰλινεύοντα* item corruptum, quod habent membranæ. nos *εἰλινεύοντα* fecimus. nam hic versus par & similis esse sequenti debet. *εἰλινέω* autem ab *εἰλω* ut *ἀγινέω* ab *ἄγω*. *εἰλινύειν* etiam pro eodem dicitur.

Πάνος τε ματρός εὐνέτας φῶρ διζῶος] Ulysem hæc verba designant, qui Philocteten in Lemno insula hærentem, & cum pedis dolore luctantem, sagittarum ejus gratiâ, sine quibus capi non poterat Troja, inde abstraxit, & ad Græcorum exercitum deduxit.

in

in quo negotio exsequendo Sophocles Neoptolemum Ulyssi adjungit. alii Diomedem cum Ulysse hoc idem perfecisse tradunt, quos sequutus est hujus aræ auctor.

ΙΙΙς δ' ἀνδροφῶτος] Vulgô exponunt, *filium hominum voratoris*, & de Neoptolemo accipiunt. hominum autem voratorem Achillem fuisse volunt, quòd partim in vita sua multos homines occiderit, partim etiam post mortem Polyxenam sibi mactari jusserit. Sed quid ineptius, quàm hominis voratorem aut comestorem intelligere, qui hominem interfecerit? jam docuimus, non de Neoptolemo, sed de Diomede hæc esse accipienda, quem cum Ulysse Lemnon profectum, ut Philocteten inde accerferent, & ad Trojam ducerent, memoriæ prodidêre quidam. Tydei autem filius Diomedes, quem Tydeum ἀνδροφῶτα hæc vocat, quòd bellô Thebanô Menalippi, a quo letiferum vulnus acceperat, cerebrum hauserit. Statius, lib. VIII. sub finem:

—— *jámque inflexô Tritonia patre
Venerat, & misero decus immortale ferebat.
Atque illum effracti perfusum sabe cerebri
Adspicit, & vivô scelerantem sanguine fauces.*

Et initiô lib. IX. v. 13. de eodem Tydeo:

—— *jám morsibus uncis*

*Pro furor! usque adeo tela exsaturavimus,
artus*

Dilacerant. —

Euripides de Tydeo:

Εἰς ἀνδροβρώτους ἡδονὰς ἀφίξεται

Καθηνα πυρσαῖς γένυσι Μεναλίππου σπάσας.

Ἰνοραῖσαν ἢ ἀρδίαν] Ita emendavimus, pro
ἱλιοραῖσαν ἰνοραῖσαι ἀρδίαις, quasi dicas, nervi-
cidas sagittas: sagittarum enim proprium,
cū in corpus penetrant, nervos & venas
scindere.

Εἰς Τευκείδῃ ἀγαγον τέπορθον] ἀγαγον pro
ἡγαγεν reposuimus: de duobus enim loqui-
tur, Ulysse scilicet & Diomede. & versus
in integrum restituimus, ex fide membrana-
rum Palatinæ Bibliothecæ.

I Ita enim pro *exsatiavimus* habere quosdam codices
invenio in margine Statii à Barthio curati, & Cyguæ
M. DCLXIV. in 4to optimè editi, p. m. 305.

F I N I S.



Ger. Jo. Vossius, de
Amstel.

Simmias Rhodius claruit, quæ
multum sanè junior esse nequæ
Philiscò, uno τῷ τελευτῶντι, &
stat hodièqve Ovum hujus Sim-
tis Salmasius illustravit. Sed
Simmiam fuisse Samium, po-
sus ad Amorgum condendam
quod fuerit, si Eratosthenem &
no Suidæ is locus est corruptis
unum, quod faciliè videbit, q
Amorgino. Numerum etiam
re 16 (h. e. 10VI.) legi, dixim
chilocho, Simonide, & Aristo-
bet historiam xxxiii. Exsta-
tur. Nempe est quæsi inscript-
bricasset equum Darium. Ger-
cò πελίκη. Etiam exstat ejus
significaret. Nam lusciniam c-
nias, nunc olores solent appe-
idem Hephæstio agnoscit. Ut
quo etiam versum illum, quò
mia esse, sed ineptè ab alio a-
dat, sicuti & Salmasius hic, p-
esse Grammaticum, toties ab I-
eorum aliisqve laudatum, quæ
extr. edit. Cantabrig. opt. M. D
& 790. citant. Scripsit E'γχα-
scholia hominis Christiani, ut
D. LIII. in 4to. Paginas extr-
B. Dn. Daumium Epist. VII. a

καὶ τῷ
τῷ τῷ
ταῦτι δὲ
ῥίμφῳ π
βλα

Poëtis Græcis, c. VIII. p. m. 59. f. edit.
ad. M. DC LXII. in 4to.

ntum videre possum, temporibus Ptolemæi Lagidæ:
t, cum Hephæstio statuât antiquiorem Philicō, seu
ivem sub Philadelpho floruisse, mox dicam. Ex-
nmix, quod Theocriti subjici solet. Eruditis id No-
de ætate objici nobis possunt Suidæ verba, qui ait
ostea Amorginum dictum, quia à Samiis esset mis-
Addit id factum annis cccvī à capta Troja:
judimus, annō ante cœptas Olympiades. Sed omni-
timus, Nam Simmias, & Simonides, conflantur in
vi de ætate Simonidis eadem legi sciat in Simonide
esse vitiatum, & pro *μς* (quod est cccvī.) debe-
us in Olympiade xxix p. 14. cum de tribus illis, Ar-
xeno loqueremur. Simmiæ Rhodio Parthenius de-
t ejus poëmatium quod Πέλεκυς, sive Securis inscribi-
io securis Minervæ ab Epeo dicatæ, postquàm ea fa-
nuinum esse arguit, quod Hephæstio citat Simmiam
dem Ovum, quod vocat Dorciæ luscinix, ut suum
lixi pro Poëta, Poëtarum more, qui eos nunc lusci-
llare. Atque hoc quoque poëmatium, ut Simmiæ,
rumque autem eruditjs notis illustravit Salmasius. Ex
auctor Securis Bion Rhodius prædicatur, non à Sim-
ssutum. Hæc Vossius, qui cum Hephæstionem lau-
. 232. sciendum est, eum (Hephæstionem) Græcum
Henr. Stephani & Fulvio Ursino in Fragmentis Lyri-
m & Scholiastes Euripidis in Hecub. v. 60. p. m. 3.
C. XCIV. in fol. & Triclinius ad Sophoclem, p. 779.
ῥίδιον ποῦ μετὰ τὴν καὶ ποιημάτων, & habentur in eum
adparet è p. 88. Edidit Adrian. Turnebus annō M.
i indicem habet 96. ab A. usque ad litteram N. Vide
d Reines. p. m. 19.

CLAUDII SALMASII NOTÆ.

HABES Ovum Simmiæ, ad pristinam suam faciem & splendorem, partim ingenii fiduciâ, partim scriptorum librorum ope, a nobis restitutum: in quo castigando & explicando multam hæctenus sed inanem operam sumpserunt doctissimi hujus ætatis homines: sed eam viam hujus poematij, non valde aliàs obscuri, exponendi iniisse videntur, ut etiam si castigatissimos codices, & integerrimam scripturam nacti essent, nunquam profectò veram interpretationis rationem tenere possent. non igitur mirandum, si tot emendationum monstra peperit falsa illa ratio, quam ad hoc ovum explanandum adhibebant: hinc factum est, ut non lucem ex tenebris, sed ex luce tenebras dederint, ipsique se in laqueos induerint, in quibus adhuc hærent, nisi ego soluissem. Cùm igitur a primo versu ad ultimum, a secundo ad penultimum, & ita deinceps, progrediendum esset, ut in ejusdem Simmiæ securi, vulgari & solito ordine, τὴν ἀνάγνωσιν facere instituerunt, a primo ad secundum, a secundo ad tertium, & ita usque ad finem, &

ultimum Ovi versiculum procedentes. ex
 qua ἀναγνώσεως ratione tantam insequi per-
 turbationem fuit necesse, ut idoneus inde
 sensus elici nullo modò potuerit. Atqvì
 jam olim Hephæstion in libro περὶ μέτρων
 eum, qvem suprà diximus, ordinem sequen-
 dum in istius ludicrì poëmatii lectione in-
 dicârat. Sic enim ille scribit in Enchiridio :
 ἀντιθετικά δὲ ὅσα κατὰ θέσιν μὲν γίγγραπται, οὐ
 μὲν τοι κατὰ τὴν αὐτὴν τάξιν παραβάλλεται ἀλ-
 λήλοις τὰ ἀντιτρέφοντα· ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἀπὸ τοῦ
 τέλους, τῷ πῶρτῳ παραβάλλεται τῷ ἀπὸ τῆς ἀρ-
 χῆς τὸ δὲ τρίτον ἀπὸ τέλους, τῷ τρίτῳ, καὶ ἐπὶ
 τῶν λοιπῶν οὕτως. ταύτης δὲ τῆς ιδέας ἐστὶ τὸ ὦν
 τοῦ Σιμμίου καὶ ἄλλα παίγνια. Idem aliò lo-
 cò : ἀντιθετικά δὲ ἐστὶν ὅποταν ὁ ποιητὴς γράφῃ
 ὁποῖα δὴ ποτε κῶλα ὥς ἀνόμοια καὶ ὥς βούλεται·
 εἴτα τούτων ἀνταποδῶ τῷ μὲν τελευταίῳ τὸ πρῶ-
 τον, τῷ δὲ δευτέρῳ ἀπὸ τέλους τὸ δεύτερον, καὶ
 οὕτω πάντα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον· τοῦτο δὲ τὸ εἶ-
 δος παρὰ μὲν τοῖς παλαιοῖς σπανιώτατόν ἐστιν,
 παρὰ δὲ Σιμμίᾳ τῷ Ροδίῳ ἐστὶν οὕτω πεποιημένα
 ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ ὧν. id etiam docuerat
 Scholiastes vetus ad Alas his verbis : τὸ σχῆ-
 μα τοῦ πλερυγίου οὐκ ἔχει ἀπὸ τοῦ πρώτου ἐπὶ τὸ
 ἔσχατον τὴν ἀνάγνωσιν, ὥς ἐπὶ τοῦ πελέμεως καὶ
 τοῦ ὦν. Priusquàm autem ad expositionem
 veniamus, pauca de auctore hujus παιγνίου
 sunt dicenda. Simmiam esse auctorem He-
 phæ-

phæstioni credimus, licet in dubium vocent veteres membranæ, in quibus ita scriptum offendi: Βησαντίνου Ροδίου ὦιον ἡ Δωσιάδα, ἡ Τιμαίου, ἀμφοτέροι γὰρ Ρόδιοι. Qvis ille Besantinus Rhodius, quærant, quibus otium est. Bisantinum eum alicubi vocat Stobæus. Simmiam Theocritô antiqviores fuisse ex eo colligo, quòd Hephæstion Philicum poëtam Tragicum Simmiâ recentiores facit: quem Philicum unum τῆς πλείαδος fuisse, & sub Ptolemæo Philadelpho floruisse, quò tempore vixit etiam Theocritus, satis compertum est. sic Philicus & Theocritus coævifuerint, Simmias verò utrôque vetustior, sed de his accuratiùs in Epigrammatum veterum editione. Nam Meleager in sua pancarpia compilanda, Simmiam non præterit.

Σμυρναίου τε κλάδον Νικανέτου, ἡδὲ Φαίνου

τέρμινθον, βρωτὴν δ' ἀχράδα Συμμιέω.

atque hæc de auctore, de quo si plura interim scire cupis, adeundus tibi Suidas. Nunc ad argumentum veniamus. Mitti hoc luscinix Ovum cuidam lectæ foeminæ sibi falsò persvaserat vir eruditissimus. Alii Dianæ hoc Ovum offerri a poëta crediderunt. Omnes frustra fuere. ἀληγορικόν enim totum est hujus ποιημαίου argumentum. nec

P 5

Ovum

Ovum lusciniæ, aut hirundinis inscribi debet, ut est in veteribus membranis, ὠὸν χαλιδόνος, sed ὠὸν simpliciter, ut apud Hephæstionem duobus locis, ἐν τῷ ἐπιγεγεγραμμένῳ Συμμύῳ ὠὸν. vocat quidem istud ovum poeta, partum ἀγνῆς ἀηδόνης. sed de vera lusciniæ minimè intelligendum est: ἀηθογενὴν enim esse hanc ὑπόθεσιν diximus totam, & sic de hoc tantum Oυο, id est, de hoc poematio in modum & figuram ovi a poeta composito, omnia, quæ hæc sub ovi specie dicuntur, accipienda sunt. Sic Dositades in Ara Musarum, non aliquam aram, quæ alicubi extaret, in honorem Musarum constituta, sed illam ipsam a se compositam & versibus structam intellexit: quam ideo a Musis positam Gratiisque finxit, quòd à poeta Gratiarum Musarumque alumno condita constructaque esset. sic in isto παυγνίῳ poeta Ovum appellat, ἀτρίον δωρίας ἀηδόνης, id est texturam Doricæ lusciniæ. quibus verbis se concepisse atque edidisse hoc Ovum apertè significat, non autem ovum reverà Lusciniæ alicui matronæ mittere, aut Divæ dedicare. Δωρίαν enim ἀηδόνα ipse se vocat, quòd de genere Dorico fuerit. more poetis usitatò, qui ἀηδόνας ipsi se vocitare consueverunt. Callimachus de Heraclico poeta, Epigr. 11. 5.

Αἱ δὲ τεαὶ ζῶουσιν ἀηδόνες, ἥσιν ὁ πάντων
 Ἀρπακτῆς αἰδῆς οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

ubi *ἀηδόνες* vocat, Heracliti carmina, & labores musicos. Sic Euripides Palamedem, v. 30. 31. *πάνσοφον ἀηδόνα* vocavit. idem Euripides *τῖβιας*, *λωτίνας ἀηδόνες* elegantissimè dixit. Invitat igitur lectorem Simmias ad Ovum istud suum, ingenii sui fœtum benevolè excipendum. Accipe, inquit, hoc Ovum, Dorica lusciniæ fœtum. lubenter autem & promptâ animò suscipe. nam matre purâ, & dulciloquâ editum est. Mercurius autem Deorum nuncius, hoc est λόγος προφορικός, illud adprehendit, & in hominum genus edidit, matris alis surreptum. quibus fovebatur. quæ verba nihil aliud, quàm τὴν ἑκδοσιν hujus opusculi a poëta adornatam allegoricè significant. Jussit autem Mercurius istud Ovum a singulari metro, id est monometro, incipiens, usque ad decimum versum semper crescendo procedere: nam hoc Ovum a monometro Trochaico incipit, κατίλας, ματέρος. quibus duobus primis colis, respondent duo postrema, item monometra, ἀτρίον, δωείας. a quibus deinceps sequentes versus crescere incipiunt, & invicem sibi respondent priores posterioribus κατ' ἀντίθεσιν. a fine verò & ab initio æqualiter crescentibus metris, atque inter se pariantibus, ad medium Ovi pervenitur, in
 quæ

quo bini versus siti sunt sibi pares, & reliquis omnibus majores, quorum unus ab initio, alter ab fine ascendit, & decimum locum ab sua quisque parte veniens, occupat. Sic a monometro, ut diximus, ad decametron progressus est Mercurius, id est λόγος μουσικός, in hoc Ovo contexendo & componendo. Decametron diximus, non propriè; nam nullus in hoc opusculo versus heptametron major est: sed quod a primo versu, qui reverà μονόμετρος, usque ad eum numerum reliqui versus crescunt, dum pede aut syllabâ præcedentes a sequentibus superantur, donec ad decimum perveniatur, qui omnes antecedentes superat. Hoc est quod dicit ἐκ μέτρου μονοβάμονος μέγαν πάροιθ' αἰεξεν αἰριθμὸν εἰς ἄκραν δεκάδα ἰχνίων. Quæ sequuntur minimè obscura sunt. nam motum Mercurii & pedum suppletionem in percutiendis istis metris, comparat hinnuleorum citatis gressibus, qui matris vestigia sequuntur, & illius desiderio interim vagientes lupum aut leonem ex latibulis suis excitant: qui voce hinnuleorum auditâ, statim eos persequitur, & ad paratam prædam convolat. eodem planè modò Mercurium, & ad hinnuleorum celeritatem proximè, in istius incliti carminis metris, multiplicibus quidem illis καὶ πολυπλόκαις fingendis, & citatò pede
ad

ὅν
ύας.
μρῶνι
πυκνωτάτα
ἴσιν τέκν.
αὐ ἄγκ.
ι μολπῶς.

ad numerum feriendis esse versatum. Sed lubet totum apponere, eô, qvô debet ordine legi, ut intelligi possit, etsi turbata & versa Ovi figura:



Versibus ita ordinâtis, & ἐκ παραλλήλου positis, meliùs apparebit eorum ἀνταπόδοσις, (omnes qvippe ἀντιθετικοὶ sunt:) faciùsqve multô, & expeditiùs totius poëmatis, legenti patebit intellectus. nunc eorum, qvæ in contextu mutavimus atqve emendavimus, ratio reddenda est, & singulorum pæne verborum expositio proponenda.

Κωτίλας ἄτριον] Editio vetus habuit ἄτριον vel ἀγρίου. nos ἄτριον fecimus. sciunt qvi in pervolvendis Græcæ litteraturæ scriptis codicibus vel mediocriter sunt versati, τὸ γ pro τ sæpius scriptum reperiri. sic in Fistula Theocriti, σαέτγας, pro σαέτλας scriptum exhibebant membranæ. plura observamus in animadversionibus nostris ad Græcorum epigrammatum editionem. Sed mirum doctissimum Grammaticum Hesychium hâc scribendi ratione fuisse deceptum, qvi in Lexicon suum retulit, ἰσγέον pro ἰσέον. ἰσγέον, γνωσέον, ἰσέον. scriptum alicubi invenerat, ἰσγέον pro ἰσέον qvôd eum fefellit, dum putavit γλωττιαν fuisse, ἰσγέον pro ἰσέον.

ἄτριον

ἄτριον autem δαρείας ματέρος hoc Ovum appellat, quasi dicas texturam, & compositionem Dorici poetæ: non enim veræ luscinia ovum intelligit, ut jam, p. 234. ostendimus. nec verum ovum luscinia mittit ad aliquam lectam foeminam, ut colum Theocritus ad Theogenidem Nicia uxorem: nam perquam ineptè & panè plus quàm poëtice, *luscinia texturam* appellaret, ovum a luscinia editum. intelligit igitur hoc ipsum Ovum, ab ipso contextum, & compositum, qui *Δαρείαν αἰνδόν* se vocat, quòd Doricus poeta fuerit. Rhodium fuisse hunc Simmiam liquet. Rhodus autem *μία τῶν νήσων τῶν Δαρείων*. Strabo de Rhodiis: *Δαριεῖς δὲ εἰσιν, ὥσπερ καὶ Αλικαρνασσῆς καὶ Κνίδιοι καὶ Κῶοι. ἄτριον* Grammatici ὕψισμα καὶ ὕψος exponunt καὶ σήματα. in epigrammate nondum edito:

—— καὶ τὰν ἄτρια κραιαμέναν

Κερκίδα, τὰν ἰσῶν πολπατίδα ——

inde ἐνήτριοι χιτῶνες, non *malidenses*, sed bene ac densè texti. Eleganter verò ἄτριον de poemate. sic Latini *texere*, & *contexere carmina* dicunt. sic iidem de stamine vel tela, ut & de versibus, verbum *ducere* usurpant. Tibullus, lib. 1. El. vi. 80.

Filæque de niveo vellere ducta putat.

& *ducere lanæ* apud eosdem frequens. sed & *ducere carmen*, & *deducere*. Ovidius:

Præ-

Proque bono versa, primum deducite pilum.
Manilius, lib. III. v. 3.

— *vestros extendere fines*

Cogor, & indignos in carmine ducere can-
tus.

Ita emendavimus ex auctoritate Codicis Hem-
blacensis. ¹ pessimè hodie legitur:

— *& irrignos in carmina ducere cantus.*
ducere cantus, ut *ducere carmen*, Propertio
& Ovidio. illi, lib. IV. El. VI. 13.

Cesaris in nomen ducuntur carmina. —
huic alicubi in libris de Ponto, sed nunc lo-
cus non succurrit. ab ἄτριον autem verbum
ἀτρίζεσθαι, quod texere significat. Hesy-
chius: ἀτρίζεται, πήνεται. sic enim legendum,
non πένεται, ut vulgò. πήνομαι verbum, a quo
πῆνος pro textura, & Latinum *pannus*. sed
hæc aliàs.

τῇ τοῦτ' ὦδ' ὦν νέον] τῇ ut apud Homerum,
Od. I. v. 347. κύκλωψ τῇ πίε οἶνον. & apud
Callimachum, Epigr. XXXIX. 2. ἐν τοῖς ἀ-
νεκδότοις τῇ Κερεσοῖ, δίδωμι καὶ Φαρέτην.
Ita autem hunc versum restituiamus, pro
eo quod erat in veteribus editionibus &
membranis, τῇ τόδ' ὦδ' ὦν νέον. Dimeter enim
Jambicus esse debet βεβχκατάληκτος, ut re-
spondere possit ἀντιθετικῶς illi, qui sequitur,
ἀγνᾶς ἀηδόνας. Notandum verò primam in
ὦδ'

ὦν heic corripitur propter sequentem vocalem,
ut in voce Αλκμαίων illo versu:

Νέρων, Ορέσης, Αλκμαίων μητροκτόνοι.
& apud Timoclem:

Ο' νοσῶν τι μανικὸν Ἀλκμαίων' ἐσκέψατο.
eodem planè modò prima in σωϊκῶν corripitur in isto epigrammate:

Ω σωϊκῶν μύθων εἰδήμονες —
sic prima in οἶος brevis apud Tragicos sæpe,
& apud Homerum, Ιλ. ν. ν. 275.

Τίω¹ ἀρετὴν οἶος ἐσσι, τί σε χρεὶ ταῦτα λέγεσθαι;

& secunda in αἰδοιάσως apud Anacreontem in Elegiis referente Hephæstione,

οὐδὲ τί τοι πρὸς θυμὸν ὁμῶς γε μὲν ὡς αἰδοιάσως.

Sed hæc plus satis: nam passim exempla legentibus occurrunt. ὦν νέον vocat, propter recentem hujus poematii, ad ovi effigiem compositi ἐκδοσιν.

Πρόφρων δὲ θυμῷ δέξο] Qvis iste, quem invitat Simmias ad hoc Ovum benignè suscipiendum? nemo certè heic nominatur. Divinandum igitur fuit doctissimo viro, qui missum cuidam matronæ volebat: nam ex verbis auctoris id neutiquàm poterat exsculpi. Sed & alius quidam somniavit Dianæ oblatum. ut divinatio illum sua, sic hunc suum somnium frustra habuit, cogitare au-

I Οἶδ' ἀρετὴν κ. γ. λ.

tem

tem heic alium non possumus quàm lectorem, cum nullius nominatim mentionem fecerit. lectorem igitur compellat, cui istud Ovum suum offert poëta, rogátque ut amicò, & lubenti animò recipiatur. Vidit hoc etiam glossularum auctor, quæ ad hunc locum scriptæ legebantur minutissimis & fugientibus litteris: παραινεῖ, inquit, ὁ ποιητὴς τὸν ἀκροατὴν λαβεῖν τῆς δωρεῆς ἀηδόνης τὸ ὦν μετὰ πολλῆς προθυμίας· ἡδεῖα γάρ ἐστιν ἡ φωνὴ τῆς δωρεῆς ἀηδόνης.

Δὴ γὰρ ἀγνῶς λίγεια μιν καὶ ἀμφι ματρὸς ὠδὶς] Hæc erant corruptissima in veteribus membranis, quæ nihilò meliores hac in parte antiquitus excusis fuere. nam eandem planè lectionem exhibebant, hōc παρὸ, δεῖ γὰρ ἀγνῶς λίγεια μιν καὶ ἀμφι ματρὸς ὠδὶς. ex quibus nullus idoneus sensus potuit elici. nos δὴ γὰρ reposuimus. deinde in sequenti colo, λίγεια μιν καὶ ἀμφι ματρὸς ὠδὶς. cum & ad sententiæ, & ad versus integritatem aliquid desiderari videremus, utrique eadem operâ medicinam fecimus, legendo, λίγεια μιν καὶ ἀμφι ματρὸς ὠδὶς, ut esset similis illi superiori Jambico trimetro catalectico, πρέφρων δὲ θυμῷ δέξο, δὴ γὰρ ἀγνῶς. nam facile factu fuit ut duarum similium syllabarum concursus alteram absorberet. Pari modò corruptum versum infrà restituimus, ubi vul-

Q

gò

gò legebatur, τανυσφύρων ἢ ἀντρε νυμφῶν, pro τανυσφύρων ἢ ἀν' ἀντρε νυμφῶν. δὴ γὰρ pro ἤδη γάρ. Hesychius: δὴ γὰρ, ἤδη γάρ. Homerus, οδ. ξ. v. 282. δὴ γὰρ κεχολώατο λίλιν. quod & apud Apollonium Rhodium sæpe occurrit. Accipe, inquit, hoc ovum, pronā ac benignā mente: nam parva & dulciloqua matris parvi editum est. hoc est, curā & studio sancti & suaviloqui poëta elaboratum.

Τὸ μὲν θεῶν ἐμβόας ἐρμᾶς ἐκίξε κάρυξ] Hæc est lectio membranarum; quam tamen mendii suspectam habeo, in verbo ἐκίξε, quod minùs videatur convenire cum eo, quod sequitur, φῦλ' ἐς βροτῶν. itaqvè legendum putârim, ἔδιξε pro ἐκίξε, ab antiquo verbo δίχω, quod est jacio. Hesychius, δίχων, βάλλων. idem: δείκναι, ἀφιέναι, ἐπλῆν. Fingit hæc poëta Mercurium istud Ovum de sub matris alis rapuisse, & in medium jecisse. quæ omnia ἀπληροεικῶς sunt exponenda, & per Mercurium λόγος προφορικὸς intelligendus, qui Ovum istud, hoc est poëmation ad instar ovi factum, mentis conceptioni surripuit, & in medium hominum misit vel jecit, id est vulgavit, & publicavit: & hōc sensu rectum est, ἔδιξε φῦλ' ἐς βροτῶν, non ἐκίξε. ita igitur corrigendum.

Υπὸ φίλας ἐλῶν πτέροι(ς) ματρὸς] Ita corrigimus, cū esset in veteri libro, πτέροι(ς), quod

quod etiam exhibebat vetus editio. Sed jam ita corrigendum viderunt eruditi viri. contrariò modò corruptum erat infrà πτερόκοilon pro πετρόκοilon in iisdem membranis, ut ad locum dicemus.

Ανωγε δὲ ἐν μέτρῳ μονοβάμονος] Hæc jam in superioribus explicavimus. Mercurius, hoc est, λόγος προφορικὸς vel μουσικὸς iussit hoc Ovum ἐν μέτρῳ μονοβάμονος incipiens, id est a monometris trochaicis, ut sunt,

Κωτίλας

ἄτρων

ματέρος

δωρίκας,

paulatim adaugeri & crescere: singulis versibus pede aut syllabâ ampliatis, atque ita procedentibus, usque ad decimum metrum, quod in medio positum est, & cum altero item decimo, suo pari & æquali, reliqua omnia metra, quæ a fine & ab initio processerunt, usque ad medium, numerò pedum & syllabarum anteit.

Εκ μονοβάμονος μέτρου] Μονοβάμον μέτρον vocat, τὸ μονόμετρον. infrà pro eodem dixit, μονόδουπον αὐδάν. ἔχκει θένων τὰν παναίολον πικρίδων μονόδουπον αὐδάν. nam μονόμετρον semel percutitur. non igitur saltum singularem, ut Seneca loquitur; vocat μέτρον μονοβάμον,

Q²

nec

nec de saltu in longum, aut in altum hæc accipienda sunt.

Μέγαν πάροιθ' αἰέξεν ἀριθμὸν] Numerô enim pedum vel syllabarum versus subinde crescunt, donec ad ultimum, hoc est decimùm, qui medium locum obtinet, pervenerint.

Εἰς ἄκρην δεκάδ' ἰχνίων] Ἀκρὰν δεκάδα ἰχνίων vocat, quòd decem tantùm versus in hoc Ovo dissimiles sint, quorum decimus ceteris omnibus major: ideo usque ad illam δεκάδα in singulis versibus pedum numerus ampliatur. Sunt quidem in hoc opusculo in totum viginti duo versus, sed quattuor ex his sunt monometri ἀντιθετικοί, qui pro uno computantur: decem & octo reliqui, item ἀντιθετικοί, pro novem numerô tantùm censentur, quòd bini semper ἀντιθετικῶς incedant, pedum numerô, & qualitate pares. sic fiunt decem, quorum decimus cum suo pari, totius operis ultimus est, & maximus. ideo ἄκρην δεκάδα vocat.

Κόσμον νέμοντι ῥυθμῷ] Sic reposuimus pro veteri lectione, quæ habebat, κόσμος νέμοντι ῥυθμῷ. corruptè & sine sensu. posset etiam legi: κομουνδόν τε ῥυθμῷ. sic optimè quadraret cum suo antithetico colo, μέγαν πάροιθ' αἰέξεν.

Θοῶς δ' ὑπερθ' ὠκὺ λῆχειον] Non celabo lectorem, quomodo hic versus in veteribus mem-

membranis conceptus fuerit, ut emendationis nostræ ratio appareat. sic igitur legébant:

Θοῶς δ' ὕπερβ' ὥκ' λέχειον φέρω νεῦμα πολλῷ πίφαισκε.

ut de sententia nihil dicam, quæ ex tam corruptis verbis idonea non potest elici, nullo modò paria facit hic versus cum suo ἀντιθετικῷ, cui per omnia æqualis esse debuit: sic enim ille habet:

ἴχνη θένων τὰν παναίολον πιερίδων μονόδουπον αὐδάν.

Sic autem rectè mihi videbar utrique mederi, & versui & sententiæ, scribendo nimirum:

Θοῶς δ' ὕπερβ' ὥκ' λέχειον νεῦμα ποδῶν φορέων πίφαισκε.

Haud fanè meliùs poterat hic locus constitui, ut scripta sunt verba membranarum, sed auctor glossularum, quæ ad oram codicis membranacei erant adscriptæ, mihi ut aliter emendarem, persuasit, postquàm eum aliter hunc locum legisse comperi. sic enim ille habet: τόδε λέχειον φέρων νεῦμα ποδῶν σπορείδων, ὅτι πλάγιον τὸ μέτρον καὶ οὐκ ὀρθόν, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν αὐξανόμενον. Videtur ergo legisse:

Θοῶς δ' ὕπερ λέχειον φέρων νεῦμα ποδῶν σπορείδων πίφαισκε.

Quòd si αὐτὸ retinemus, ut habetur in membranis, omnino delenda fuerit vox φέρων. utramque enim tolerare versus non possit. tunc ita legendum esset:

Θαὺς δὲ ὑπερθ' αὐτὸ λέχριον νεῦμα ποδῶν σποραΐδων πίφαισκε.

Sed præstet meò quidem iudiciò expungere τὸ αὐτὸ, & φέρων retinere, legendo ut suprà posuimus. Pro νεῦμα ποδῶν fuit, cùm legerem, ρεῦμα ποδῶν. nunc nihil muto. νεῦμα enim hòc locò non ἀπὸ τοῦ νεύειν, sed a νέω vel νέομαι, quod est vado, & incedo. λέχριον νεῦμα ποδῶν σποραΐδων Mercurii, hoc est λόγον, dixit propter varietatem & inæqualitatem pedum, & metrorum, quibus hoc poëma contextum est. σποραΐδας autem πόδας dixit, ut Euripides δρομαῖδα κῶλον, in Helena, v. 1317. & μανιάδας λυοσήματα in Oreste, v. 270. Sic Claudianus *victricem solum* dixit, Julianus Antecessor *victricem calculum*. sic Γάλλοι δρομαῖδες, in quodam Galliambico apud Hephæstionem:

Γάλλοι μητρὸς ὀρέης Φιλόθυρσοι δρομαῖδες.

Ἰχνη θένων τὰν παναίολον] Sic fuit emendandum vetusti codicis vitium, qui scriptum habebat, Ἰχνη θένω. alludit ad metrorum percussionem, quæ pedis pulsu positò sublatòque fiebat. Mercurium igitur, hoc est λόγον, percussisse pedibus ait, hanc παναίολον

πτε-

πιερίδων μονόδουπον αὐδάν. Hæc contraria
ἐκ παραπλήλου posita videntur, παναίολος &
μονόδουπος. sed μονόδουπον vocat, quòd a mo-
nometris incipiat, quæ semel tantùm percu-
tiuntur: παναίολον autem, quod deinceps
crescendo, multorum ac diversorum metrûm
varietate atque inæqualitate constat.

Θραϊ(ς δ' αίολαις νεβροῖς κῶλ' αἰλάσων)] E-
leganter motum incessûmqve Mercurii, pe-
dûmqve pulsum in percutiendis metris, quib-
us constat hoc Ovum, velocémqve pedum
ac temporum juncturam, comparat hinnu-
leis, qui sine matre in montibus deprehensi,
quòd ab ea deerraverint, raptim ad ejus per-
sequenda vestigia feruntur, velocíqve cursu
ipsam assequi conantes, clamorem interim
edunt lactis & uberum desiderio. quò cla-
more excitata de latibulis aliqua fera, spelæ-
um suum deferit, & prædæ cupiditate, ma-
gno cum impetu per densam convallem fe-
stinat ad hinnuleos corripiendos. Pro κῶ-
λα αἰλά σῶν, quod erat in veteri editione,
fecimus adjuvante membranarum scripturâ,
κῶλ' αἰλάσων. Eleganter κῶλ' αἰλάσειν νεβροῖς
dicitur Mercurius, & quasi gressum cum
hinnuleis permutare, qui celeritatem hin-
nuleorum in gradiendo exæquet.

ορσιπόδων ἐλάφων τέκεσι] Ita legendum ver-
sus gratiâ, ut illi colo respondeat antithetici sui,

Αἴψα μεθ' ἡμερόεντα μαζόν.

ὄρσιπόδων autem pro ὄρσιπέδων correximus. sic ὄρσιπους βοή, ὄρσιπους ἱερνὴς apud Tragicos pro veloci.

Ταὶ δὲ ἀμβρότῳ πόθῳ φίλας ματρὸς] Et hoc ex nostra conjectura est : nam membranæ legunt, ἀμερότῳ. ὁμβροτον πόθον pro magno & immenso amore posuit.

Τπέρ. ἄκρων ἱεμένα ποσὶ λόφων] Ita membranæ, ἱεμένα. sed nobis scribi placuit ἱεμεναί. ad νεβρούς enim refertur, de quibus dixit superiore versu, ταὶ δὲ ἀμβρότῳ. deinde ita etiam versus ratio legi postulat. nam istud ἱεμεναί pæonicus est quartus, & respondet illi, qvi in sequenti antithetico habetur, αὐν ὀρέων. eadem ratione pro ποσὶ λόφων, scripsimus ποσὶ λόφων, ut par esset illi pæonico sequentis metri νόμον ἔσαν.

Κατ' ἀρθμίας ἵχνος τιθήνας] Ita scripsimus, cū scriberetur in membranis & editione veteri, καταριθμίας. ἀρθμία τιθήνα est φίλη τιθήνη, ut duobus locis suprā dixit, φίλας ματρὸς. ἀρθμίοι, φίλοι. Sed hoc vulgare est.

Βλαχαὶ δὲ οἶων πολυβότων] Οἶων heic non est ab οἶες, sed ab οἶος. οἶων, solorum & a matre decerrantium hinnuleorum. Pro παλαικραπνοῖς, quod in superiore versu legitur, omisimus monere, cū ibi essemus, scribendum

dum videri, παλιγκραιπνοῖς. nam παλαιγκραιπνοῖς non caret vitio.

Πολυβώτων ἀν' ὀρέων] Πολυβώτων scripsi pro πολυβότων. exigitur enim hōc locō Ionicus ἀπὸ ἐλάτλωνος, ut sit similis pedi superioris metri ἀντιθετικοῦ, ὑπὲρ ἄκρων. sic πολύβωτον Σέριφον, dixit Cratinus ἐν Σερίφοις.

Χαίρετε πάντες θεοὶ πολύβωτον πογτίαν Σέριφον.

Τανυσφύρων τ' ἀν' ἄντρα νυμφῶν] Ita supplevimus hoc colon unius tantum additione syllabæ, ut pariares cum præcedenti metri colo, κατ' ἀριθμίας ἰχνὸς τιθήνας. ἄντρα pro ἀν' ἄντρα scriptum erat, ut suprâ, p. 241. κάμφι pro κάμ' ἀμφι, duabus similibus syllabis, vicinitatis & similitudinis gratiâ, in unam contractis.

Καί τις ὠμόθυμος ἀμφίπαλτον αἰψ' αὐδὰν θῆρ] Ἀμφίπαλτον αὐδὰν, vocat balatum hinnulorum, de quo suprâ, p. 243. βκαχαὶ δ' οἶων πολυβότων ἀν' ὀρέων νόμον ἔβαν. Et fera, inquit, aliqua immanis, auditâ voce, seu balatu hinnulorum, de suis latebris excitatur, & accurrit ad prædam. ἀμφίπαλτον αὐδὰν appellat, quæ repercutitur, & quasi circum resilit, quoties offendit solido, ut cùm montibus incurrit, aut saxosis & cavernosis locis. Fera igitur illa accipiens vocem hinnulorum circa spelæum suum, montium percussu,

Q

re-

1 Raræ constructiones.

resonantem, statim ἐσπелунca exit, ut prædam rapiat. hoc est quod ἀμφίπαλτον αὐδᾶν dicit.

Θῆρ ἐν κόλπῳ δεξάμενος θαλάμων πυκνωτάτων] Ita correximus veteris libri scripturam, quæ corruptissimè legebat, πουκώτατον. πύκος, vox vetus quæ densum significat, unde verbum πυκάζω, & nomen πυκινός, & πύκνός, & adverbium πύκα in usu poetis: πύκα ποιητοῖο. hoc autem colon,

— δεξάμενος θαλάμων πυκνωτάτων,
par esse debuit illi colo sequentis versus,

— μαιόμενος βασιᾶς ἐλεῖν τέκος.

πουκώτατον igitur heic locum habere non potuit, nisi quis dixerit πουκωτάτων Æolicè scriptum esse pro πυκνωτάτων, ου correptâ, ut moris est Æolibus, ut θουγάτης apud Callimachum. pro θουγάτης, primâ brevi. Priscianus, lib. I. col. m. 554. *In plerisque Æoles sequenti hoc facimus. illi enim θουγάτης dicunt pro θουγάτης, ου corripientes. vel magis υ sonô ου soliti sunt pronunciare: ideoque adscribunt ο, non ut diphthongum faciant ibi, sed ut solam υ Æolicum ostendant. nec hic tantum Æolum mos, sed etiam Lacedæmoniorum, quorum ista sunt: πουνιάζειν pro πυνιάζειν· πουρδανον pro πύρδανον· κούαμος pro κύαμος· κουάνεον pro κυάνεον· δίφυορα pro γέφυρα, & similia*

sex-

I. Vellem locum addidisset, in editione enim Ultraj. m. dc xcvii. in 8t. illum frustra quæsiui. Priscianus sic adducit: Καλλιχῶρον χθονὸς εὐρείας θουγάτης.

sexcenta, de quibus fusiùs disputamus in libro de Dialectis Græcorum. sic πυκνωτάτων hōc locō Æolicum esset, pro πυκνωτάτων, prima brevi, ut in Φουγάτης apud Callimachum. sic λιγουροκωτίλης ἐνιπῆς apud Corin-
nam citante Hephæstione pro λιγουροκωτίλης. Ibi illud γου breve est. Scholiastes Hephæ-
stionis: λιγουροκωτίλης, Βοιωτιακὴ ἡ τοῦ α προσ-
θήκη, καὶ βραχεῖα μὲν ἡ γου. Grammati-
ci: καὶ γονός, γουνός, ὁ γόνιμος τόπος. οὕτω
καὶ νόσος νοῦσος κατὰ τοὺς Ἰωνας μηκύνοντας τὸ ὀ-
τῇ προσλήψει τοῦ ὕ. οὐπὲρ ἀνάπαλιν οἱ Βοιωτοὶ
ποιοῦσι κατὰ τὴν Ἡρακλείδου παράδοσιν προσ-
θέντες αὐτοὶ τῷ ὕ διχρόνω τὸ μικρόν, ὁ καὶ βρα-
χυνομένου μὲν φησι βραχύνοντες, μηκυνομένου
δὲ μηκύνοντες, τὸ ὕλη οὕλη λέγοντες, καὶ τὸ ὕδωρ ὕ-
δωρ. sic non dubium est πυκνωτάτων heic po-
situm pro πυκνωτάτων.

ΡΙΜΦΑ ΠΕΤΡΟΚΟΙΤΟΝ ΕΚΛΙΠΩΝ ὄρους ἑνῶν] Scri-
ptum erat, ρίμφα, πτερόκοιτον. facile fuit ve-
ram lectionem reponere, quæ est πετρόκοιτον,
elegantèr πετρόκοιτον ἑνῶν, saxum cubile,
vocat, leonis vel cujuslibet feræ speluncam.
ex illo tamen Πέροκοιτον veteris editionis au-
ctor fecerat, περίκοιτον. ex quo deinde variæ
doctorum hominum conjecturæ sunt natæ,
omnes falsæ, & frivolæ.

καὶ τὰ δὲ ὠκα βᾶς μεθέρων] Hæc quoque
erant in membranis inquinatissima, hōc mo-
dō: καὶ τὰ δὲ ὠκαβοᾶς μεθέπων. nec aliter vi-
detur

detur reperisse in suis codicibus primæ editionis auctor: sic enim ediderat: καὶ τὰ αὐτῶν ἀποβοῶς καὶ ἀν' ἀντιθέτων. Sciendum est autem, μεθέπων πρὸς bene heic legi, quod ad sententiam: sed alterum, quod reposuimus, versus exigebat, ut opponi posset & πρὸς suo ἀντιθετικῷ, qui sequitur. Pro καὶ τὰ αὐτῶν melius etiam fortasse scribi posset, καὶ τὸδε, ut ad τέκος βαλίας μητρὸς referatur, quod proximè præcessit. legendo verò τὰδε, τέκη subintelligemus.

Ἀφ' αὐτοῦ] Pes hic est proceleusmaticus: ille verò, qui in sequenti metro, huic respondet, est pæon tertius, σαθέουσι. itaque heic legi velim, ἄφ' αὐτοῦ.

τὸ λασίον νιφοβόλων ἀν' ὀρέων ἔσονται ἄγκος] Foedissimè corrupta hæc sunt in membranis & editione veteri, ad hunc modum enim ibi scripta habentur: λασίον νιφοβόλων ἀνορέων ἔσονται ἀνάγκαις. primum τὸ addidimus, & hanc syllabâ versum auctiorem reddidimus, ut unâ hanc syllabâ saltem præcedentem versum superaret. aliàs enim non decem crescentia metra in hoc poëmate haberemus, ut his verbis testatus est auctor, μέγαν πάρεσθ' ἀΐξιν ἀριθμὸν εἰς ἄκρην δεκάδα, sed novem tantum. Idem in sequenti fecimus, qui ἀντιθετικὸς huic esse debet, & numerô syllabarum ac pedum par, ἄγκος pro ἀνάγκαις re-
po-

posuimus. occasionem huic mendo præbuit, vitiosa & perperam distincta scriptura hōc modō : ἔσονται αἰαγκος, ex quo ἀνάγκαις factum est. aptissime autem & valde propriè hic Grammaticus & poëta Simmias τὸ λάσιον αἶγκος appellavit. nam Grammatici αἶγκος exponunt, τοὺς φαργαγῶδεις καὶ οἷον ἀνακειμένους δασεῖς τόπους.

Ταῖσι δὴ δαίμων κλυτὰς ἴσα θέουσι ποσι] Et hic versus, quod sanus & integer nunc est, conjecturis nostris hoc debet. nam κλυτὰς μολπὰς pro κλυταῖς μολπαῖς correximus: & ἴσα θέουσι ποσι pro ἴσα θεοῖσι, & alia, quæ piget memorare. perturbatior autem in hoc versu σύνταξις, quæ sic debet procedere: ταῖς δὴ δαίμων ἴσα θέουσι ποσι δονέων μετίει τὰ πολύπλοκα μέτρα κλυτὰς μολπὰς. quorum verborum hic sensus, Mercurium in istis multiplicibus inclytæ cantilenæ metris percutendis celeritate pedum contendisse cum illis hinnuleis, qui a matre deerrabundi, pernici gradu per juga montium currentes, eam investigant, & persequuntur. quibus allegoricè ostendit citam & velocem pedum temporumque juncturam hujus poëmatis. Mercurium autem, id est λόγον, ideo fingit pedibus percutere ista metra, quod is Deus Lyræ & Musicæ inventor fuisse dicatur. per Mercurium igitur, τὸν λόγον vel τὴν μουσικὴν alle-

allegoricè significat, vel quod idem est, λόγον μουσικόν. quem & istud Ovum publicasse vult, quod est μουσικόν totum: & matri furripuisse, hoc est lusciniæ avi μουσικωτάτη. per quam poëtam intelligit Musices peritissimum: & ejus metra πολύπλοκα pulsu pedum percussisse. quæ omnia ad μουσικὴν vel μουσικὸν λόγον referenda sunt.

Ποσι δονέων] Ita legendum, non ποσι πονέων, ut correxerant viri docti. intelligit enim illam percussionem metricam de qua suprâ, p. 249. dixi ad illum locum: ἵχνει θένων τὰν παναίολον πιερίδων μονόδονπον αὐδᾶν. Sunt autem in hoc metro pedes duo ἰσόχρονοι quidem cum duobus pedibus superioris metri, sed aliâ temporum vice & ordine, ut ποσι δονέ, respondet τῷ, το λασι ὄν, quod est in præcedente versu. qui duo pedes ταυλόχημοι quidem sunt, & pari magnitudine, sed diversam habent temporum vicem: cum alter sit πᾶρον primus, alter πᾶρον quartus. sic ὦν πολυπλο, in hoc eodem versu, qui πᾶρον est item primus, ponitur tanquam ἀντιθέλικός καὶ ἰσόρροπος πᾶρονι quarto præcedentis metri, ἡφοβολῶν. eadem enim spatia temporum habent, sed ordinem diversum. quod in isto genere metrorum ἀντιθέλικῶν rectè usurpatur, ubi

ubi non necesse est, ut ἀνταποδοῖκα cola ordine ac positu temporum sibi respondeant, modò temporibus inter se parient.

Πολύπλοκα μέτρα μολπᾶς] Πολύπλοκα μέτρα vocat hujus carminis, qvòd non sint ex eorum genere, qvæ μονοειδῆ, & ὁμοειδῆ appellat Græci Grammatici, vel prototypa ac primiformia principaliâqve, qvorum species novem ab ipsis ponuntur. non enim purè dactylica sunt, non jambica, aut trochaïca, non etiam Ionica vel choriambica vel pæonica, sed paucis exceptis, reliqua sunt αἰσυνάρητα, καὶ ἐπισύνθετα, variâqve omnino ac multiformi pedum compositione ac conjugatione texta. qvæ omnia per minutias exponere nec libet, nec vacat. Hephæstionem, qvî volet, consulat, & ex ejus præceptis hujus poëmatis metra constituat. non plus autem, qvàm decem dissimilia metra habentur in hoc παιγνίῳ, à monometro usqve ad heptametrum progredientia, & additione pedis vel syllabæ semper accrescentia. Scholiastes vetus explicans illud, ἐκ μέτρου μονοβάμονος, ita scribebat: ὅτι ἀπὸ ἐλαχίστου καὶ μονομέτρου εἰς δεκάμετρον προῆλθεν. qvis non eòdem pertinere putet hæc verba Victorini in libro de metris? col. m. 2497. *Mensura seu modus metrorum hujusmodi accipietur. nam extremum in his, atqve ultimum, qvòd monometron dicitur, constat ex*
uno

uno pede, maximum verò usque ad decametron periodum porrigetur. Sed hæc Victorini σημείωσις nihil ad hunc locum facit, & errat ille Scholiastes, qui ἀπὸ τοῦ μονομέτρου εἰς δεκάμετρον hujus Ovi metra progredi annotavit. nullus enim in hoc Ovo versus δεκάμετρος. nam ultimus & omnium maximus, unâ tantum syllabâ heptametron major est. Versus autem omnes, qui hexametron superant, περιόδους Græci vocant, Latini circuitus: & hoc est, quod scribit Victorinus, *in modo ac mensura metrorum, minimum esse ac dici monometron, maximum vero usque ad periodum decametron porrigi.* versus enim decametros, periodus dicitur, & omnes reliqui supra hexametrum. idem Victorinus, col. m. 2498. *Periodus dicitur omnis versus hexametri modum excedens.* Hæc valde in vulgatis perturbata. Incertus auctor de metris agens de Aristobulio versu octametro, *hic circuitus*, inquit, *magis est quam versus.* idem dicit de Pæonico duodenario. Non prætermiserim etiam, quin admoneam, hujusce Simmiaci Ovi metra, colla 3b Hephæstione appellari his verbis: ἀντιθετικά δὲ εἰσιν ὅποταν ὁ ποιητὴς γράφῃ ὅπως δὴ ποτε κῶλα, ὡς ἀνόμοια καὶ ὡς βούλει· εἴτα τούτων ἀνταποδῶ τῷ μὲν τελευταίῳ τὸ πρῶτον, τῷ δὲ δευτέρῳ ἀπὸ τέλους τὸ δεύτερον, καὶ οὕτω

Atissimus Criticus, qui optimam illam le-
 ctionem in antiquo suo exemplari repertam,
 non probavit, sed *monascelas* maluit, con-
 firmatō jam atque inveteratō errore: & sic
 apud Plinium quoque legitur ex correctio-
 rum commento. *δινάδα θυρίων* igitur, quam
 vocat Simmias, *δεκάδα κώλων* accipimus,
 nam tot numerō in hoc poematio constitun-
 tur, & a minimo hoc est monometra, ad
 heptametron usque porriguntur, quod de-
 cimō locō positum est, τῇ συλλαβῇ vel τε-
 δικῇ παραυξίσει crescentia, generibus etiam
 versuum per singula commutatis. Atque
 hæc sunt, quæ ad hoc doctissimi ac vetustis-
 simi pœtæ pariter & Grammatici opuscu-
 lum a situ vindicandum, in quo per tot an-
 nos jacuit, atque illustrandum afferre po-
 tuimus: in quibus etsi longior fortasse fui,
 quàm debui, multa tamen adhuc aliorum
 industriæ reliquisse me scio, quæ aut non
 vidi, aut cū viderem, neglexi.

F I N I S.

VI.

ΣΙΜΜΙΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ
ΠΤΕΡΥΓΕΣ.

Αἰὶοτά μοι γὰρ το βαρυτέριον ἀνὰ λ' ἀκμονίδαι τ' ἄλκυδις ἰδρῶτατα
 Μηδὲ τρέσσης εἰ τόσος ἀνδράκις βίβριθι λάχνα γένεια
 Τάμος ἐγὼ γὰρ γινόμεναι ἀνικ' ἔκρη' ἀνάστα
 Πάντα δ' ἄλκυς εἴκει φραδαῖται λυζαῖ
 Εἰπετα πάντ' ὅσ' ἔσκει
 Δι' αἰθέρα

Χάους γὰρ
 Οὐλὶ ἐκ Κύπριδος παῖ
 Ωκυπέτας δ' αὐτοῖς ἔσκει καλιῦμαι
 Οὐλὶ γὰρ ἔκρη' ἀνὰ βία φη, πρᾶντα δὲ πειθεῖ
 Εἴκει ἔμοι σαῖα, θαλάσσης το μυχοῖς, χάλυκος οὐρανὸς τε
 Τῶν δ' ἐγὼ ἔσοι φισάμαι αἰγυῖοι, σκαπτοῖσι, ἔκρη' οἱ θύοις θίμις αἶ.

CLAUDII SALMASII
NOTÆ.

INSCRIPTIO hujusce poematis in
 membranis, πτέρυγες ἔρωτες, quam
 retinere non placuit. veteres enim
 Grammatici πτέρυγας simpliciter ci-
 tant. sic apud Hephæstionem, Σιμμία ἐν
 πτέρυγι. De auctore igitur minùs dubitare
 possumus. at inscriptio, πτερύγιον, quæ in
 vulgaribus editionibus habetur, falsa est, &

a recentioris ævi Grammatistis Græculis manavit, qui hoc poëma cùm citant, πτερύγιον passim appellant. quàm rectè, ipsi viderint. non enim πτέρυγα aut πτερύγιον, Alas avium Græci vocare consueverunt, cùm sint binæ. ideò πτέρυγας semper nuncupant. sic nec Latini Alam, sed Alas, nam duæ sunt, nominare solent, cùm de avium alis loquuntur. πτέρυξ & πτερύγιον Græcis est, quidquid in acumen desinit, aut etiam cujuscunque rei summitas & extremitas. sic πτερύγιον est promontorii cacumen, est & templi fastigium, & gubernaculi pars extrema, & ita in aliis quibuscunque rebus. in avibus autem propriè ille pinnarum ordo in acutum desinens, ab utraque laterum parte, quâ majores sunt pinnae, πτέρυξ vocatur: atque inde ad alias res traducta metaphora. sed πτέρυξ aut πτερύγιον de una tantum, de duabus verò nunquam dicitur. at cùm heic utriusque Alæ figura habeatur expressa, πτερύγιον tam falsò inscribitur, quàm verè πτέρυγες. Genus metri Choriambicum est, καταληκτικὸν εἰς ἰαμβικὴν κατακλείδα, hoc est in amphibrachyn, aut bacchium propter indifferentiam ultimæ syllabæ. ἀνθελικά autem hæc metra sunt, καὶ κατὰ σχέσιν, ut vocant, conscripta, ut in Ovo: sed contrariò modò progrediuntur; non enim a minimo ad maximum,

ximum sed contra. Siquidem primum & postremum sunt hexametra, secundum & penultimum pentametra, & ita deinceps decrescendo, usque ad duo media, quæ minima sunt, & monometra jambica. Sed nec ex dissimilibus metris, & variantibus per singula cola, constant hæ Alæ. nam omnia sunt Choriambica, præter medium & minimum, quod diximus esse jambicum monometrum catalecton, quod magistri vocant *ιαμβικὴν κατακλεῖδα*, quòd eâ clausulâ finiantur, ut plurimum, Choriambica metra. Primum & ultimum, ut jam diximus, hexametra sunt, quæ Philica Marius Sacerdos appellat in libro de metris, a Philico Corcyræo poëta *τῆς πλειάδος*, qui sub Ptolemæo Philadelpho vixit, ut supra memini notare. non quòd primus invenerit hoc metri genus, nam Simmias longè illo antiquior, hæc & in Securi hōc genere usus est: sed quòd totum poëma isto numerō conscripserit, cujus initium refertur apud Hephæstionem:

*τῇ χθονὶ μυσικὰ Διμήτεϊ τε καὶ Περσεφόνῃ
καὶ κλυμένῳ τὰ δῶρα.*

Ipsæ tamen Philicæ hujus metri inventionem sibi adscribit hōc versu, qui in eodem Hephæstione legitur:

R 3

Και

Καινογραφῆς συνθέσεως τῆς Φιλίκοι, γραμμικῶν, δῶδε φέρει πρὸς ὑμᾶς.

Quòd igitur hòc genere metri plurimùm usus sit, Philicum ab ipso appellatum est : ὅτι πρῶτος τούτῳ τῷ μέτρῳ τὰ ὅλα ποιήματα ἔγραψεν. non enim invenit, ut falso gloriabatur, cùm Simmias longè ipso anterior, ut qui primâ Olympiade floruit, hoc genus usurpârit. Perperam apud Atilium Fortunatianum in arte, col. 4678. *Phalacium metrum* pro *Philicum* scriptum est. sed & *Phalacus* apud eundem male pro *Philicus* legitur, ubi dicit Phalacum conscripsisse hymnos Cereri & Libero tali genere tactri. Philicus enim non Phalacus hòc metrò carmen in honorem Cereris & Liberi composuerat, cujus initium paullo antè, p. 261, retulimus ex Hephaestione, τῆς χιτῆς μετὰ καὶ ἀπληγῆς, &c. quem versum sic ibidem Latinè reddidit, aut imitatus est Fortunatianus.

Fragifera sacra dea quæ colitis mystica junctæque Jovi nefasto.

Fragifera dea est Δημήτηρ. Jupiter nefastus, ἰκλύμενος, hoc est Pluto. *juncta Jovi nefasto*, Proserpina. Hunc Philicum docti viri, Philicus ut vocetur, contendunt : & quibuscumque locis apud auctores Φίλικον scriptum reperiunt, in Φιλίσκον mutant. quod miror : cùm ipse

ipse φίλον sibi nomen esse, illo versu, quem supra, p. 261. ex Hephæstione attulimus, testatus sit; ubi si φίλον legerimus, non stabit versus. Fuere quidem & φίλοι in terra Græcia, sed hic φίλος vocabatur. Sed ad rem redeamus. Argumentum Alarum ferè notum. Amor ipse, cuius hæ sunt Alæ, loquitur: quis sit, & quando, & unde natus, ostendit. Non enim se Veneris esse puerum, sed omnibus Diis natu antiquiorem esse, & cælo & terræ & mari imperare, & illud imperium non vi ac parendi necessitate, sed amicitia καὶ πατρὸς adjunctum retinere. Scholiastes ἀνέκδοτος ὕμνῳ δὲ οὐ τὸν πάνδημον ἔρωτα τὸν Ἀφροδίτης, ἀλλὰ τὸν αἰεταῖον τὸν γενέσιον, οὗ καὶ Πλάτων μέμνηται ἐν τοῖς Σακρατικαῖς διαλόγοις, ὅτε πρὸς Θερασύμαχον περὶ θάου πε καὶ ἀνδρωπίνου διελεγέσθην ἔρωτος. Veteres Amorem variè ἐγενεολόγησαν. Sappho, Terræ & Cæli filium eum esse cecinit. Simonides Veneris & Martis. Orpheus Saturni, hęc versu:

Αὐτὸς ἔρωτα Κρόνος καὶ ἀνέματα πάντ' ἐτί-
κασε.

Ibycus & Hesiodus ἐκ χάους eum prodiisse voluerunt, & natum omnino ante Cælum & cælites omnes. Idem dicit in istis Alis Simmias. Quod verò Scholista hæc scribunt, tam ille, qui editus est, quàm ille, qui

adhuc in membranis cubat, sensum etiam constare posse, si quis a primo versu ad postremum pergat, a secundo ad penultimum, atque ita deinceps usque ad medium, ut in Ovo & Securi, neutiquam illos audiendos puto. ἔχει δὲ τοῦν καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἔρχη ὡς προείρηται. Immo qui hoc dixit, mentem non habuit. nam certum est, sensum rectè procedere non posse, si ordinem illum in legendo seqvaris. exempli gratiâ, quis sensus aut quæ cohærentia in istis esset, si ad hunc modum legerentur?

Πάντα δὲ γὰρ εἶκε Φρεδαῖσι λυγροῖς

Ωκυπέτας δ' αὐτὸς ἔρος καλεῦμαι

Ἐρεπετὰ πάντ' ὅς' ἔρει-

Οὔτε γε Κύπελλος πάης

Δι' αἵθρας

Χαίους τε.

hinc videre est, quàm sæpe fallantur, qui semper Grammaticis habent fidem. Nunc, ne quid temere aut frustra emendâsse & mutâsse videamur in auctoris verbis, ratio omnium, quæ mutavimus, reddenda est.

Λεῦσέ με τὸν γὰρ τε βαθυέρονου ἀνακτὶ ἀκμονίδαν τ' ἀκμοδὶς ἰδεῖσθαι] Ita hunc versum totum ex membranarum auctoritate minimò minus restituiimus. cùm vulgò legeretur, ἀκμονίδαν, τὰν αἶλα θ' ἰδεῖσθαι. quasi hæc poëtæ mens fuerit, ut Amor & cælum & terram

ram & mare creâsse ac constabilîsse credatur, cum nihil minus, quàm hoc dicere in animo habuerit. Dicit quidem heic Amor terram & mare & cælum sibi concessisse, Diisqve & hominibus se imperare, non tamèn ut cælum & mare condiderit: qui sensus ex vulgata lectione oritur. ἄλλυδις etiam pro τὰν ἑλα in hoc versu legit Hephæstion: sed ἰδράζαζα pro ἰδράσαντα perperam apud eum scriptum est, ἀκμονίδαυ ἄλλυδις ἰδράσαντα heic tantùm habebant membranæ, nos te necessario addidimus: ἀκμονίδαυ τ' ἄλλυδις ἰδράσαντα. præcessit enim, γὰρ τε βαθυτέρου ἀνακτα. nec aliter Scholiastes vetus legisse videtur, in cuius paraphrasi ita scriptum habetur: ὁρᾷς με τὸν γῆς τε ἀνακτᾶ, καὶ τὸν οὐρανὸν ἄλλῃ ἰδράσαντα. corruptissimè vulgò legitur, καὶ τοῦ οὐρανοῦ ἄλλα ἰδράσαντα. quod ansam præbuit viris doctis hunc locum corrumpendi, & τὰν ἄλλα pro ἄλλυδις substituendi, nempe quòd ita legisse videretur Græculus interpres: Sed ex nostra emendatione, jam contrarium apparet, non aliter eum scilicet legisse, quàm ἄλλυδις, & ἄλλῃ interpretari. Hic erit igitur sensus: *Vide me, qui late terra rex sum, quique Cælum in alia sede constitui, id est, qui Cælum soliò depulsi, & illa sede deturbavi, quam obtinebat, cum Terra imperaret, & dominaretur, meque in ejus locum*

intuli, & alium tum sedens querere coëgi. Uao
verbô Cælum thronô se deiecisse gloriatur
heic Amor & pro illo nunc regnare. *Αμμο-
νίδας* Cælum significare adeò notum est, ut
valde mirer incomparabilem virum de nescio
quo Tellamonē Terræ rege heic accipien-
dum putâsse, ex Ritualibus Pontificum, quid
enim notius, quàm *Αμμονα* apud pœtas &
μυθολογικούς, Cæli, id est *ὕψιστου* patrem
appellari? hinc Cælum *Αμμονίδαν* vocat Sim-
onides *παιδαγωγικός*, id est Actomnis filium.
Hesychius: *Αμμονίδης ὁ Χάρον καὶ ὁ ὑψίστος.*
Αμμοнос γὰρ παῖς. Sed de re omnibus nota,
plura dicere, verba perdere est.

*Μηδὲ πρὸς τὴν εἰ τὸς αὖν δάονια βίβεται λά-
χνα γένεια*] Prius legebatur: *δάονια καὶ λα-
χνα φέρω γένεια.* ineptè prorsus & absurdè.
nam *λαχνόν*, pro hirsuto vel hispido, Græ-
cum non est, sed *λαχνῆν*. nos hanc lectio-
nem concinnavimus ex vestigiis veteris scri-
pturæ, quæ habebat, *δάονια βίβεται λά-
χνα γένεια.* quæ nec integrum sensum efficio-
bat, & versum extra legem extendebat. *βί-
βεται λάχνης γένεια.* sic de auro vellore Apol-
lonius, lib. vi.

βίβεται λίπεσιν ἐκπρόφει —
sic *μῆλα βίβεται μάλα*, apud alium pœ-
tam. Mentem huius loci minimè assequuti
sunt homines eruditi. non enim hispidum aut
hir-

hirsutum Amorem heic inducit poëta, sed barbatum. *Nec verò horrem*, dicit heic Amor, *si tantulum, tam spissā barbā obstitum mentum habeo*. nam miranda, ac tantum non horrenda in puero, qualis Amor fingebatur, densa & proluxa barba. Sed hoc Amor, admirari nos prohibet, aut horrendum putare. cum enim sit vetustissimus Deorum, & illo tempore natus, quò nondum Cælum ac Dii erant, sed Terra totius imperium tenebat, minus mirum esse, opacam sibi profusamque barbā dari. De Amore barbato legi alicubi, sed apud quem, nunc in memoria mihi non est. Veneris etiam barbæ simulachrum finxere veteres, quam *παλαιὸς γυναικῶν ἔφερον* credebant: ut jam minus miremur, hunc *ὠκυμένην* Amorem, καὶ πάντων γυναικῶν, ut existimabant, barbātum induci.

Τάπος ἔγὼ γὰρ γερόμενος ἀντὶ ἡλικίας ἀνάγκη] Perperam hæc accipiunt interpretes: non enim Amor hoc vult, se tunc natum esse, cum necessitati visum est: sed rationem adfert, quare cum puer esset, barbatus induceretur. qualis autem hæc foret ratio, idem sibi barbā dari, quòd tunc natus esset, cum necessitas, ut nasceretur, statuisset, ac decrevisset? sed causam barbæ suæ hanc adfert, quòd etsi puer videretur, natu tamen grandissi-

diffimus esset, utpote ante omnes Deos natus, & illo tempore, quô Necessitas imperabat, & omnia duris & iniquis Terræ iussibus parebant. Terram enim omnium primam ex illa confusa indigestâque mole, quam Chaos dixerunt, prodiisse, consentiunt veteres Theologi Græci. Terræ autem, hoc est brutæ Divæ Necessitatem adjungit. Nam quidam ex antiquis Philosophis, τὴν ἀνάγκην τῶν πάντων αἰτίαν εἶναι sanxere, ut Democritus: Pythagoras τὴν ἀνάγκην τῷ κόσμῳ περιεῖναι dicebat. Sed heic Amor suam imperandi rationem, longè diversam ab ea, quam Terra cùm imperaret, obtinebat, esse ostendit. suam enim in eblandiendo, & persuadendo totam positam: at illam Terræ, in cogendo ac per vim compellendo. Hinc violento ejus & impotenti imperio τὴν ἀνάγκην attribuit: suo vero τὴν πειθῶ, quâ omnia se confecisse loquitur, nihil autem vi, vel ingratius. Sic τὴν ἀνάγκην τῷ ἔρωτι opponit Parmenides apud Stobæum: οὐχ' ἡ ἀνάγκη μόνον καὶ τὸ δόγμα ἀγαθούς εἶναι ἐξορμᾷ, ἀλλὰ καὶ ὅπερ ἐξεργάζεται τὰ μέγιστα τῶν ἀνθρωπίνων ἔρωσι, οὗτος καὶ τὴν ἀρετὴν τελεσίδρομον εἶναι ποιεῖ. Se tunc igitur natum hōc locō dicit Amor, cùm Necessitas & Terra regnabant. utramque simul posuit auctor: nam quidam ex veteribus τὴν γῆν, ut & τὴν ἀνάγκην, πάντων

των

των αἰτίαν statuerunt: alii Amorem τὴν γένεσιν vocaverunt, ut Parmenides, qvi eum ante omnia natum voluit. Hesiodus & Acusilaus Terram & Amorem statim post Chaos, in lucem exiisse. Vide Platonem in convivio. Simmias autem in his Alis Amorem Terrâ, jam regnante, ortum habuisse scribit. nam ita de se loquentem Amorem inducit:

Τᾶμος ἐγὼ γὰρ γενόμεαν ἀνὶκ' ἐκραίν' ἀνάγκῃ,
Πάντα τε γᾶς εἴκε Φραδαῖσι λυγραῖς.

ἐκραίνε autem pro ἐκρίνε, qvòd vulgò legitur, atqve etiam in membranis habetur, libentiùs legèrim. κραίνειν est imperare: qvæ significatio huic loco convenit, non etiam ἐκρίνε, nisi in eadem hac notione accipiatur. eorum enim, qvi imperant, & regnant hoc proprium est, statuere ac decernere. Sed κραίνειν melius. sic κραίνειν στρατοῦ apud Sophoclem. atqve inde κερύντωρ, qvi dominatur, & regnat.

Πάντα δὲ γᾶς εἴκε Φραδαῖσι λυγραῖς] Ex depravata membranarum lectione, hanc veram & sinceram extudimus, sic enim illæ scriptum præferebant: πάντα δὲ κτάσει καὶ Φραδέσι λυγραῖς. nihil pote corruptius. Videant acutiores an aliquid melius inde exsculpere possint. in editionibus excusum erat, πάντα δ' ὑπέκτισσε Φρένεσι λυγραῖς. nullo sensu. qvam lectionem sequutus sit Græcus interpres,

pres, non facile est statuere. Sic enim hunc locum ἐκφράζει. τάς γὰρ ἐγενόμην ὅτε ἡ αἰνὰ γὰρ ἦρχε, καὶ πάντα ὑπέκειν τὰς αὐτῆς γνώμας. Sed opinor eum scripsisse τὰς τῆς γῆς γνώμας. & ne quid dissimulem, ita in veteri libro scriptum vidi, quod unicè nostam conjecturam confirmat. φράζει, quod est γνώμη vel βουλὴ, apud Pindarum aliquoties occurrit. Hesychius, φράδαῖσι, βουλαῖς. hujus autem versiculi mentem multis aperuimus in superiori animadversione.

Ἔρπετὰ πάντ' ὅσ' ἔρπει] ἔρπετὰ heic non reptilia, ut vulgaris est hujus vocis notio, sed volucres significat tantum. nam qui omnia animalia heic designari crediderunt, falsi sunt. de solis enim avibus loqui palam est, ex verbis quæ sequuntur: ὅσ' ἔρπει δι' αἴθρας χάους τε, ubi terræ mentio nulla, ut terram peragrantia animalia etiam intelligi putemus. Videtur autem Simmias genus avium ante reliqua omnia creatum existimasse, atque adeò ante ipsum Amorem, nam eò se natum tempore heic Amor prædicat, quò Telluris imperiis omnia parebant, & avium omne genus. de ceteris animalibus silet: non dum igitur tunc erant, secundum auctoris sententiam: nec enim omisisset. Aristophanes in Avium Comœdia, ut Amorem ante Cælum & Terram & omnes Deos editum facit: sic Avium etiam genus, ex Amore & Chao pro-

productum fingit, prius quàm Terra aut Cælum in natura rerum essent. Eodém pertinet, quòd in alio ejusdém Comœdiæ loco idem auctor fabulatur κόρυδον, id est, Galeritam, omnium avium primam editam fuisse ac terrâ priorem:

Αμαθὴς γὰρ ἔφυς καὶ πολυπράγμων, οὐδὲ

Δίωπον κτεπώτησας,

ὅς ἔφασκε λέγων, κόρυδον πάντων πρῶτον
ὄρνιθα γενέσθαι,

Πρατέραν τῆς γῆς.

In quo etsi ab hoc auctore paulum dissentiat, veterum tamen hanc vulgò fuisse opinionem de avitii, ante reliqua animalia, creatione, facile inde probari potest. nec enim ridiculi gratiâ illud a Comico confectum esse, fidem fecerit hic Simmias, qui Amorem τῶν θεῶν πρεσβύτατον, ut cum vocat Plato, illo tempore natum scribit, quò Terra regnabat, & avium omne genus Terræ parebat. quibus verbis apertè indicat nihil tum fuisse in rerum naturâ, præter avium genus. ἐρπετὰ igitur heic sunt aves. sic Amorem ὄρπετον Sappho vocavit, ob eam scilicet causam, quòd ales fingitur.

Ἐξως δὲ αὐτὰ μὲν ὁ λυσιμαλὴς δονῶν

Γλυκύπικρον αἰμάχανον ὄρπετον.

Δι' αἰθέρος χάους τε] Χάος, aërem exponunt Grammatici. Vetus Scholiastes in ἰκφερίῳ
huius

huius loci: ὅσα ἔρπετά δι' αἴρος καὶ αἱ θῆραι. Ibycus: ποτᾶται δ' ἐν ἀλλοτρίῳ χάσι. Aristophanes: τὸ χάος τουτὶ καὶ τὰς νεφέλας. ubi interpretres τὸν αἴρα interpretatur. omnino ingens illud spatium, quod terram inter, & cælum est, χάος Græci vocârunt. Hinc χάος χάσμα, & χώρησιν, & κοίλωμα Græci interpretantur. Idem etiam significabat κάος. unde Latinis *cavum*, id est κοίλωμα; ut ὠν, ονυμ. Æolicè autem κάος. Hesychius: κάος κοίλωμα vel κοιλάς. nam ita legendum. idem, κῶσι χάσματ' ἢ κοιλάματα. Stephanus: κῶνυ τὰ κοιλάματα τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ σπήλαια ἔλεγον. hinc Latina vox vetus *covum* pro cælo. nam *cohum*, & *covum* dicebant, hoc est κῶν. & fallunt Latini Grammatici qui a chaos deducunt. Glossæ veteres non editæ: *Covum naturam universi, a cavo id est inani vel vacuo*. Item: *Covus est, quod cælum continetur*. unde Ennius: *Vix solum complere covum terroribus celi*. *Covus* vel *covum* planè est Græcorum κάος. a concavitate dictus. Sed de his aliàs.

Οὔτι γε Κύπριδος παῖς] Ut duplex Venus veteribus, πάνδημος καὶ οὐρανία: sic etiam duplex Amor, πάνδημος καὶ οὐράνιος. Notissimus Platonis locus in Symposio.

Ωκυπέτας δ' αὐτὸς Ἔρως καλεῖται] Multæ sunt causæ, quare hanc lectionem non probem,

dem, licet eam videatur agnoscere Græcus
 interpres, dum exponit: οὐκ εἰμὶ δὲ Ἀφροδί-
 της υἱός, καλεῖμαι δὲ ἔρως. Dicit hic Amor
 cælestis, se non esse Veneris puerum, &
 Amorem se vocari. Atqui non peculiaris
 hæc ipsius appellatio, sed ille puer Veneris
 etiam Amor vocabatur. Cur igitur dicit
 hōc locō, αὐτὸς ἔρως καλεῖμαι? quasi hoc
 ipse nomen solus haberet, ad distinctionem
 alterius, qui non appellabatur Amor, quod
 falsum est. Sed magis magisque ut hanc le-
 ctionem improbem facit vetus scriptura,
 quæ habet, Ωκυπέτας δὲ αἰέριος καλεῖμαι. an
 pro αἰέριος, αἰθέριος legendum, ut ἀνέραν
 intelligamus? huic conjecturæ stare posset
 aliquis. Ego tamen nondum illi palmam do,
 sed eam magis palmariam iudico, quò to-
 tum locum sic concipio ac distingo, mini-
 mum aut nihil planè recedens ab antiquæ
 scripturæ vestigiis: οὐτι γὰρ Κύπριδος παῖς,
 Ωκυπέτας τ' αἰέριος καλεῖμαι. Cælestis Amor
 ut distingvat, se ab Amore vulgari καὶ πάν-
 δῆμῳ, sic ait: *Nequaquam ego puer Veneris,*
& aliger aërius pueror. παῖς Κύπριδος, Ωκυ-
 πέτας αἰέριος, notæ sunt, quibus volgivagum
 illum Amorem, καὶ πάνδημον designat, quòd
 puer Veneris sit, quòd hæc illæ circumcur-
 set ac circumvolitet, & incertò vagòque im-
 petu, modò in hos feratur, modò in illos,

& planè fit αἰσχροτάτα ὕψους. Plato in Com-
vivio de hoc vulgari amore: ὁ μὲν οὖν τῆς
πανδῆμου ἀφροδίτης, ὡς ἀληθῶς πανδῆμος ἐστὶ,
καὶ ἐξεργάζεται ὁ, πᾶν αὖν τύχη. quòs autem se-
mel fixit hic Amor, ad emendandum vi cogit.
talem porro se non esse prædicat hæc Amor
cælestis, & per vim nihil agere, sed volen-
tibus insinuare se, & sponte suâ animos in-
ter se conciliare, pelliciendo ac persuadendo.
Hinc cum Ἰσχυρὸς ἀμείβον dicit Plato in Sym-
posio.

Οὗτι γὰρ ἐκρηνα βίαφι, πρᾶντα δὲ πειθοῖ.]
Sic libuit emendare veterem lectionem in
membranis vitiose ita scriptam: οὔτε γὰρ ἱ-
κρηνα βίας, πρᾶντα δὲ πειθῶ. ἐκρηνα pro ἐκρηνα
etiam legerunt Græci Scholiastæ, ita enim
exponunt: οὐδὲν ἐκρηνα βία, ἀλλὰ πάντα
πρᾶντα πειθοῖ. alius verò non editus, sic ha-
bet: καὶ οὐδὲν δὲ ἐκρηνα βία, τὰ πάντα δὲ
μοι πειθοῖται. illud πάντα quòd uterque ha-
bet, fere mihi persuadet, lectum ab illis
fuisse: οὔτι γὰρ ἐκρηνα βία, πᾶντ' ἐκρηνα πει-
θοῖ vel πᾶν δ' ἐκρηνα πειθῶ. idque ut ve-
rum esse credam, inducit me, quòd secun-
da in πρᾶντα producat. nam quòd ad pri-
mam attinet, etsi naturâ longa est, facillè
ob sequentem vocalem corripì potest, ut in
aliis ejusmodi solent: de quibus ad Ovum su-
prà, p. 250. notavimus. Nihil igitur verius hæc
le-

lectione, quam ultimò locò posuimus. Causam autem addit hœc versu Amor iste Cælestis, quare Κυπρίδης παῖς non dicatur, καὶ ἄλλος ἀκοντίας nihil enim se per vim agere, sed omnes blanditiis pellicere: illum verò Veneris puerum, & volgivagum Amorem ὕβρισμόν esse καὶ βιασικόν. longè igitur se ab illo diversum. Non dicit quidem expressè, Amorem illum alterum, Veneris filium, violentum esse & vi cogere, sed facile intelligi datur ex comparisonis ratione, quam sic instituit: *non sum, nec vocor ille Cypridis pater, & volgivagus Amor: nihil enim per vim perficere consuevi.* Sequitur ergo illum alterum omnia per vim facere solitum, cui se adeò dissimilem esse ostendit. Non ineptè etiam aliquis existimare possit, heic conferri exemplum imperii quod, exercet nunc Amor, ad imperium, quod olim Terra exercebat, priusquàm Amor nasceretur: illam enim κατ' ἀνάγκην imperitasse; Amorem verò κατὰ πειθώ. quam sententiam suprà retuli ad illud, ἀνικ' ἔκραιν' ἀνάγκη.

Εἶπε μοι γαῖα, θαλάσσης τε μυχὸς, χαλκὸς οὐρενός τε] Ex duobus corruptis & mutilis versibus, unum hunc integrum & sincerum concinnavimus: sic enim legebatur in vetusto Codice:

Εἶπε δέ μοι γαῖα θαλάσσης τε μυχὸς οὐρενός τε

Εἶκει δέ μοι γᾶς τε μυχοὶ χάλκεος οὐρενός τε.
 Sic ex duobus malis ac vitiosis, unum, bonum ac sanum fecimus. χάλκεος οὐρενός apud Homerum est, & Hesiodum. εἶκει ἐμοί, ut in sequenti versu, τῶν ἐγὼ ἐκνοσφισάμην, ubi α, & ω, propter insequentes vocales corripiuntur, non etiam improbaverim, si quis malit: εἴξε δέ μοι γαῖα θαλάσας τε μυχός. vel εἶξαν ἐμοί, ut videntur Scholiastæ legisse, qui sic exponunt: ὑπεῖξαν δέ μοι, οἱ γῆς τε καὶ θαλάσας μυχοὶ καὶ ὁ οὐρενός. Videntur igitur legisse:

Εἶξαν ἐμοί γᾶς τε θαλάσας τε μυχοί, χάλκεος οὐρενός τε.

cui lectioni etiam adstipulatur alter ex illis duobus depravatis versibus, quos supra ex membranis protulimus: εἶκει δέ μοι γᾶς τε μυχοί. utro modò legas, nihil refert. nostram tamen præferimus. nihil verò absurdus correctione doctorum hominum, qui sic reposuerant: οὐρενίων πᾶς τε θεός μοι εἶκει. cum enim sequatur, τῶν ἐγὼ ἐκνοσφισάμην ὠγύγιον σκάπτρον, quomodo videri potest Amor sceptrum Diis eripuisse, qui regnò potiebatur, antequàm quisquam Deorum natus esset?

τῶν ἐγὼ ἐκνοσφισάμην ὠγύγιον σκάπτρον]
 Ita reposui, cum vulgò esset, τῶν δὲ ἐγὼν ἐκνοσφισάμην. illud ἐγὼν, versus non patiebatur.

batur. Cælum autem & Terram intelligit, quibus Amor sceptrum de manibus extorsisse gloriatur. Huc planè pertinet, quod in primo versu Amor Terræ regem se appellat, & Cælum soliò a se depulsum dicit, & in alia sede constitutum, quàm regia scilicet. sic ultimus iste versus, interpretationem nostram illorum verborum primi versus, *Ἀκμο-
νίδαν ἰ ἀλλυδὶς ἰδράσαντα*, egregiè comprobat.

Ἐκραινον δὲ θεῶν θέμισας] Ita vetus, ex cuius auctoritate sic emendavimus, vulgò erat: *ἐκράνην δὲ σφί θέμισας*, ex correctione doctorum hominum, qui tam malè nomen Deorum in præcedente versu reposuerant, quàm in hoc sustulerant: ut error errorem sequitur. pro *ἐκραινον*, malim *ἐκείνον*. sic enim frequenter apud poëtas, *κείνῳ*, & *διακείνῳ* *θέμισας*.

F I N I S.

VII.

ΖΙΜΜΙΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ
Π Ε Α Β Κ Υ Σ.

Ανδροβίας δῶρον ὁ Φακίος κρατερᾶς μηδοτύας ἦεν τίαν Αἰώνη
 Τάμος ἐπὶ τὰν ἱερῶν κῆρι περίκην πόλιν ἤθαλυσεν
 Οὐκ ἐνέριθμος γογγυῖς ἐν προμάχοις Αἰχμῶν
 Νῦν δ' εἰς Ομήρειον ἔβη κίλευσεν
 Τρεῖς μάκαρ ἐν σὺ θυμῷ
 Θοῶ ἔλβος

Αἰὲν καὶ

Ἰθάκας ἀμφιδέχθης


Σὺν χάριν ἄγνα πολυβούλε Παλλὰς

Αἶψ' ἀπὸ κρητῶν ἱθαρεῖν νόμα κέραιζε δυσκλήε

Δαρδανιδῶν χρυσοβαφεῖς ἐνυφείλζε ἐκ θυμὸν ἄνακτος

Ὀπασ' Ἐπικὸς πέλαγον τῆς πάσης πύργῳ ἀπορροῦνται καλίσσει ψα αἶπτοι.

CLAUDII SALMASII
NOTÆ.


 UMERÔ, & genere versuum, si-
 tu etiam figurâque, nihil planè
 differt ab Alis Securis. Et sanè
 nihil erat, quod æquè figuram
 Alarum exprimeret, ut Securis. Hinc eam
 bipennem Romani veteres appellârunt. sic
 enim securis bipennis dicitur, ut avis bipen-
 nis, quòd scilicet ex utroque latere ferri
 aciem,

aciem, in modum alæ vel pinne factam haberet, non autem quod in utramque partem scinderet, vel acuta esset; ex eo, quod pinnum pro acuto veteres dicebant. Bipennis igitur adjectivum, ut vocant, nomen, & epitheton securis. sic enim *bipennis securis* Varroni apud Nonium, ut *passer bipennis*, *Ferens ferream humerò bipennem securam*, in Parmenone. Sic *ferram bipenne* Virgilius, pro securi, lib. xi. Æn. v. 135.

— *ferrò sonat acta bipenni Fraxinus.*

Servius, in xi. Æn. v. 651. *bipennem*, dici ait, quod ex utraque parte aciem haberet, quasi duas pinnas. nihil verius: & id licet ex hac veteris Securis, quam Epeus dedicavit, effigie cognoscere. eam enim poeta vetustissimus, eadem formâ, eodem numero versuum composuit, sic Alis assimilavit, ut nihil magis simile fieri, posset. Πέλεκυς autem Græcis est, quæ Latinis *bipennis*. Hinc πέλακυν, αἰχίνην δίσομον exponunt Grammatici. quæ verò utram tantum pinnam aut aciem habet, eam ἡμιπέλεκυν vocant. Græci barbari δεξιτέριον, quod unâ tantum manu, dextrâ scilicet teneretur. Vetus interpres in Homerum: πελέκας αἰχίνας δίσομους. ἔσι δὲ σαθρὸς σιδήρεω ἔχων μῆλ' ἑκατὶ τόδε ἡμιπέλεκυν τὸ ἡμῖν τοῦ πελέκους, τὸ ἐκ τοῦ ἐνὸς μόνον μέρους ἔχον αἰκμήν, ὃ καὶ δεξιτέριον καλεῖται. sic enim ibi legimus.

Isidorus de Originibus *dextralem* vocat, & inde dictam autumat, quòd *dextra habilis* sit. quæ Latinis *dextralis*, Græcis est δεξιόλιος. quod autem ait πέλεκυς etiam significare pondus decem minarum, idem quoque scribit Hesychius: πέλεκυς ἀξίνη δίσομος ἢ σαθμίον ἑξαμνιαῖον ἀρχαῖον οἱ δὲ δωδεκαμνιαῖον. fortè corrigendum, δεκαμνιαῖον. nam sic habet in voce ἡμιπέλεκκος ἡμιπέλεκκος τριμνιαῖον ἢ τετραμνιαῖον, ἢ πεντάμνου. τὸ γὰρ δεκάμνου πέλεκυς καλεῖται παρὰ Παφίοις. Sed hæc non sunt hujus loci. De auctore nihil dicam. nam Simmiam esse vel unicus Hephæstion persuadere possit, qui Simmiam ἐν τῷ πελέκει citat. Argumentum etiam notum. In hujus autem poemati expositione, a primo versu, ad ultimum procedendum, atque ita deinceps, ut in Ovo vidimus, & Græcus Scholiastes admonet, & nos scire poteramus, etsi nullus moneret. Interpretationis vicem, libet subjicere veteris cujusdam Scholiastæ ἐκφρασιν κατὰ πόδα, quam in vetusta membrana scriptam reperi, magis ne quid desideraretur, quàm quòd aut tali interpretatione indigere videretur hoc poemation. Nihil enim istic valde difficile aut obscurum. Sic igitur habet. οὗτος γέγραπται μὲν εἰς τὸν Ἐπειοῦ πέλεκυν, λέγει δὲ Δῶρον τῇ Ἀθηνᾷ ὁ Φωκεὺς Ἐπειὸς τῆς τέχνης καὶ τῆς ἐπινοίας χάριν

ἀπο-

ἀποτίνων, ἀνέθηκεν, ὥ ποτὲ πύργων θεοποιήτων
κατήραπε τὸ τεῖχος, ἠνίκαι τῇ ἵπποπινητῷ κῆρι,
καὶ πυρρὴν τὴν πόλιν ἔκαυσεν. διὰ γὰρ ἵππου
ἔλπον Ἴλιον Ἕλληνες, καὶ τοὺς βαθυπλούτους ἀνα-
κτας ἐκ βαθέων ἔσεισεν Ἐπειὸς, ὃς οὐκ ἦν προμά-
χοις ἐναριθμῖος, ἀλλ' ἀπὸ κρηνῶν καθάρων πόμα
ἔφερε τοῖς Ἀχαιοῖς. νῦν δ' ἐχωρήσεν εἰς Ὀμήρου
ποίησιν διὰ τῆς Ἀθηνᾶς χάριν. μακάριος γὰρ ὅν
αὐτὸν ἀπὸ ψυχῆς εἶδες ἴλεως. τῷ γὰρ τοιούτῳ καὶ ἡ
εὐδαιμονία αἰεὶ παρακολουθεῖ. Nunc quare quæ-
dam in vulgata editione mutaverimus, re-
stat ut indicemus, & nonnulla etiam expli-
cemus, nondum satis intellecta.

Ἀνδροθέα] Sic vocat Minervam, quod for-
tis & bellicosa diva sit, quasi ἀνδρείαν θεάν.
vetus Scholion ad hunc locum: ἀνδροθέα ἡ
ἑκὼνδρος θεά. οἶμαι δὲ ὅτι διὰ τούτου τοῦ ὀνόμα-
τος τὴν παρθένον καὶ ἀνδρείαν ἐσημαίνειν. quod
ad ἀνδρείαν pertinet, verum est; quod ad παρ-
θένον, nugæ:

Κρατερός μηδοσύναις] Ita rectè legitur,
ita etiam citat Hephæstion. in veteribus ta-
men membranis, κρατίσας scriptum, quod
ferre non potest versus, & pro μηδοσύναις,
correctum δημοσύναις. quid sit, nescio. for-
tè voluit, δειμοσύναις, a δέμω vel δείμω,
quod est ædifico: ut δειμοσύνα fabricatio-
nem, & architectationem equi Durii signifi-
cer. sed μηδοσύναις verum, & rectè Græcus
interpret, τέχνης καὶ ἐπινοίας exponit.

Ἡγετίων] Vulgò legitur, & ita apud Hephæstionem excusum est, ἡγετίων. Sed prima in verbo, τίον fere semper produci-
tur. τίον igitur, quod habebant membranz,
malui. non tamen iginoro, primam in τίων
& τίων apud poetas indifferentem inveniri.

Τῷ πόκα πύργων θεοτεύκτων κατέειψεν αἶ-
πος] Prius legebatur, ὦ πόκα, πρὸς bene
ad sensum, sed versus rationi parum aptè.
pro illo autem ὦ πόκα, quod in vulgatis erat,
legendum putabat vir doctissimus, ὄπκακα.
Itane, inq̄uebat, securiculâ suâ moenia illa,
turrésque θεοτεύκτους demolitus est Epeus?
fuisse enim lignarium fabrum Epeum, non
lapidum quadratarium. sed illud ὄπκακα &
versui multum officit, & ad sententiam ni-
hil facit. nam si ita legimus, ὄπκακα ἐπέως
πέλεκυν ὄπκακα πύργων θεοτεύκτων, pro Cho-
riambico, quem metri ratio postulat, pro-
nem primum habebimus. ex illa porro le-
ctione hæc sententia surgit, Epeum tunc
Securim suam Minervæ dedicasse, cum tur-
res Troianas diruisset: at in sequenti versu
hoc idem dicit: τᾶμος ἐπεὶ τὰς ἰερὰς πόλιν ἡ-
θάλῳσε. ubi quid hæc repetitione opus esset,
τᾶμος ἐπεὶ, si ὄπκακα hoc locò posuisset? sed
non malè Epeus dici potest, illâ securi tur-
res & moenia Trojana dissipavisse, quâ li-
gneum equum fabricavit, cuius equi operâ
turres illæ dirutæ sunt & dissipatæ, Τᾶ-

τᾶμος ἐπεὶ τὰν ἱερῶν] ἱερῶν πόλιν, Ilium vocat, quod a Neptūno & Apolline mænita fuisse dicatur, ut cum Plauto, Bacch. IV. IX. 2. dixerim: *Pergamum divinâ mænituη mανη*. Hinc πύργους θεοτεύκτους superiore versu dixit,

Δαρδανιδᾶν χρυσοβαφεῖς τ' ἐσυφέλιξ' ἐκ θεμέθλων ἀνακτας] χρυσοβαφεῖς ex membranis restituiamus ad integrandum versum, qui vulgò unâ συζυγίᾳ mancus & mutilus excudebatur. nam cū pentametros esse deberet, ut esset ἀντίστροφος illi superiori, cui respondet, τῆμος ἐπεὶ, tetrametros erat tantum. melius tamen fortasse legeretur: Δαρδανιδᾶν χρυσοβαφῇ δι' ἐσυφέλιξ' ἐκ θεμέθλων ἀνακτας, ut de Priamo intelligamus. Sed & Δαρδανιδᾶς ἀνακτας de Priamo & Priamidis intelligere possumus. nam sic etiam Euripides Ἰλιάδας βασιλεῖς dixit: ἀπὸ δὲ φθίμονος βεβᾶσιν Ἰλιάδαι βασιλῆες.

Κηρὶ πυρίπνῳ πόλιν ἠθάλασεν] Perperam in membranis, κηρὶ πυρινῷ.

Αἱ ἀπὸ κερᾶν ἰθαρεᾶν νᾶμα κόμιζε δυσκλῆς] ἰθαρεᾶν habebant veteres membranæ, & supra correctum καθαρεᾶν. Sed ἰθαρεᾶν rectum est. Hesychius: ἰθαρεῖς, ταχέειν, ἰλαρεῖς, καλαῖς, καθαρεῖς, κούφας, λευκαῖς, ταχείαις. δυσκλῆς autem pro δυσκλεῖς reposuimus, quod ita posceret versus.

Σὰν χάριν ἀγνὰ πολύβουλε Παλλὰς] Scriptum

ptum editi exhibebant, σάν χάριν ἀγνὰ ὡ πρὶ
λύβουλε Παιδάς, contra legem versus.

Οὐδ' ὁλβος αἰεὶ πνεῖ] Ita membranæ, quod
sequuti sumus. nam τὸν ὁλβος αἰεὶ πνεῖ, ut erat
in editis, non rectè dici arbitror. legi pote-
rat, τῷ ὁλβος αἰεὶ πνεῖ. τῷ enim breve esset, in
sequente vocali. Sic prima in πρώαν brevīs
apud Theocritum, & prima in ὠδὴ apud eum-
dem hunc Simmiam. vide quæ suprà, p. 250.
notavimus ad Ovum. αἰεὶ πνεῖ perperam et-
iam legebatur pro αἰεὶ πνεῖ. nam versus id se
ferre posse negavit.

Τὸν Βίον κλυτοῖς ἤσε θεοῖς] Sciolus aliquis,
qui videret, huic Securi manubrium deesse,
hoc pati non potuit, & istud de suo addi-
dit. impudentissimum verò oportet fuisse,
qui sic posteritati voluerit imponere, &
imperitissimum, qui cùm manubrium huic
Securi putaret inferendum, tam malè illud
dedolaverit. Deinde ita malè, & inconve-
nienter aptatum est, ut si sententiam ejus
spectes, nusquàm cohæreat, nec cum ulla
Securis parte quadrare possit. plenus enim &
absolutus undiqve hujus poematii sensus, ab
extremis utrimqve partibus, usque ad me-
dium, qui locus erat proprius manubrii: sed
ibi quâ ratione possit hære non video. nam
quò referes illud, τὸν Βίον κλυτοῖς ἤσε θεοῖς?
ad πῆλεον scilicet. atqui nulla ibi πελέκων
men-

mentio. Præterea cùm omnes hujus poëmæ
 tii versus, ἀντιθετικοὶ sint καὶ ἀντίστροφοι, cur
 hic solus ἀντιθετικὸν suum non habet? Com-
 modè sanè duo versus capere poterat manu-
 brium, nec eâ re justum crassitudinis mo-
 dum excederet, cùm Theocritus singulis qui-
 bûsqve Fistulæ suæ cannis binos versus im-
 penderit. Sed age, paullò pensitatius istunc
 insititium, commentitiûmqve versum exa-
 minemus. τὰν Βίων κλυτοῖς ἤσε θεοῖς : *quam*
Securim Bion inclytis cecinit Diis. De Bione
 falsum. nam certum est hujus poëmatis au-
 ctorem esse Simmiam. mentitur impudenter
 quisquis est, & Bionis nomen ad fucum fa-
 ciendum nobis obtendit. At enimverò quid
 est, ἄδεν πέλεκυν θεοῖς, *canere Securim Diis?*
 aut quinam sunt illi κλυτοὶ θεοὶ? Dedicavit
 olim Epeus Minervæ Securim, quâ Du-
 rium eqvum fabricaverat : hanc dedicatio-
 nem inscriptionemqve, qualem ab Epeo
 fuisse positam, erat verisimile, versibus in-
 clusit hic Simmias, & sub Securis figura
 repræsentandam curavit. Hocine est canere
 Securim : pudet pigetqve ineptiarum. Se-
 quitur, Ροδοῖ γεγαώς. Rhodium Bionem
 eqvidem nullum novi : quod enim de Smyr-
 næo Bione heic accipiunt, eûmqve Rhodi
 fuisse volunt, verbô refutari non merentur.
 Sequitur, ὅς εὔρε πολύτροπα μέτρα, μολεῖται.
 ἀρὰ

- epage hunc inventorem. sed ubinam sunt illa
 πολύτροπα μέτρα quæ invenisse gloriatur? nam
 in toto hoc carmine nulla sunt πολύτροπα μέ-
 τρα, sed omnia Choriambica pura. idque
 genus, unum esse ex illis decem principalibus
 & prototypis metrorum generibus, ne-
 mo ignorat. nullum igitur in hoc poematis
 metrum πολύτροπον, nisi hoc unum, quod
 etiam est κακότροπον. Sed μέτρον πολύτροπον,
 non sunt μέτρα πολύτροπα. Quis vero non
 videt, hæc πολύτροπα μέτρα πολλὰς, ex illis
 Ὅνι Simmias sumpta esse, πολύπλοκα μέτρα
 πολλὰς. His breviter examinatis, superest
 ut doceamus, quamobrem Simmias huic E-
 pei securi manubrium non apposuerit. Scien-
 dum est, hoc ποιημάκιον, inscriptionem esse
 securis ab Epeo dedicatæ, quam poeta, ut
 jam diximus, securis effigie formatam exhib-
 uit. quæ autem Diis dedicabantur, & ap-
 pendeabantur. siue arma essent, siue instru-
 menta fabrilia, seu res aliæ quæcumque, eâ
 moris erat, parte sui mutilari, ne in usum
 hominum converti possent, neve parata, aut
 ad manum essent uti volentibus. Secundum
 hunc morem Epeus cum Securim dedicaret,
 manubrium exemit. Hinc Simmias, qui
 figuram exhibebat securis ab Epeo dedicatæ,
 eam sine manubrio representavit. sic de cly-
 peis dedicandis, lora & ansæ quibus tenen-
 tur,

ent, tollebantur. Aristoph. in Equitibus:

ὅς γὰρ εἰ ἐχρῆν ἔπερ φίλεις τὸν δῆμον ἐκ
ἀγρόνοιαις

τάυτας εἶναι αὐτοῖσι τοῖς πόρκαξιν ἀνατεθῆναι.

Scholiasies: ἀνατίθενται τὸ ἐκ τῶν καλεμένων ὀ-
πλα, ἀνευ τῶν θυμάτων, ἵνα μὴ ἐτοίμως ἔχωσιν
αὐτοῖς χρῆσθαι. Sic vestes consecrandas prius-
quam eas tholis suspenderent, scindebant &
lacerabant, ne cuiquam usui esse possent.

Hesychius: κατὰσχίζουσιν, κατὰσχίζουσιν οἱ γὰρ
ἀνατίθεντες ἡρώτα κατέσχίζον αὐτὰ ἵνα μὴ αἰσ-
θῶσι παρὰ τινῶν. Et hæc ratio est, cur hic
πελέκος, πελεκῆν suam non habeat. est au-
tem πελεκῆκος, ut exponitur a Grammaticis,
σελεύς, ὁ ἐστὶ ξύλον εἰς τὴν ὀπὴν τῶν πελέκων
ἐμβαλλόμενον. Ὀπὴ hujus πελέκως, est inter
illas duas jambæas clausulas,

ὀδὲ ἔλκος.

Αἶψ' ἔλκος.

Nemo verò nisi iniquus aut imperitus istòc
nomine nos reprehendere poterit, quòd de
optimo poematio, pessimum versum, & de
bona Securi, malum manubrium sustuleri-
mus. magis mirandum τὸ νόθευμα hujus pe-
riodi viris doctissimis non suboluisse hacten-
us. Hæc autem opuscula Simmiæ sive παί-
γνια, ut vocat Hephæstion, ex libris ejus
diversorum poematum desumpta esse suspi-
cor. Scribit enim Suidas, quatuor libros

δια-

διαφόρων ποιημάτων cum reliquisse : εάγε
 citat Hephæstion : Συμμίας δὲ ἐπιτηδεύσειν ἐν
 τοῖς ποιήμασιν τοὺς πλείους κρητικὸς παραλαμ-
 βάνειν.

Μᾶττερ ὦ πότνια θυμῶν ἀβρεῖν

Δῶλε κυμοκτύπων ἤραν ἀλίων μυχῶν.

qvi versus non satis emendatè leguntur in
 editione Hephæstionis. idem de trimetro
 anapæstico : τῷδε τελέμετε, Συμμίας ὁ Ῥόδιος
 ἄλλον τὸ ποιημάτων ἔγραψεν. Genus etiam me-
 tri ab ipso Simmiascum appellatum est, an-
 tispasticum nempe hypercatalecticton. idem
 Hephæstion : Συμμίας δὲ καὶ τῷ ὑπερχαταλή-
 πτῳ κέχρηται.

τὸν συγγενὸς Μεγαλῆππου Φόνος, αἱ πατρειφό-
 νων ἔριθοι.

Sic inter varia ejus poëmata, vel ποιημάτων
 potiùs, videntur etiam hæc fuisse. Ovum,
 scilicet, Alæ, & Securis.

F I N I S.

VIII.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΣΤΡΙΓΓΗ.

Οὐδενὸς εὐνάτεια, μακροπρόλεμιο δὲ μάτηρ
 Μαίλας ἀντιπέτροιο θοὸν τέκεν ἰθυήσας.
 Οὐχὶ κεράσαν ὃν ποτε θρέψατο ταυροπάτωρ
 Ἀλλ' οὐ πιλιπὲς αἶθε πάρος φρένα τέρμα σάκου
 Οὐνομ' ὄλον, δίζων, ὃ τὰς μέροπος πόθον
 Κούρας γηγυγόνας ἔχε τὰς ἀνεμάδεος.
 Ὅς μοίσφα λιγὺ πᾶξεν ἰοσεφάνῳ
 Ἐλκος ἄγαλμα πόθοιο πυρρομαράγου.
 Ὅς σβέσεν ἀνορέαν ἰσαυδέα
 Παπποφόνου, Τυρίαν τ' ἐρρύζατο.
 Ὡς τόδε τυφλοφύων ἐρατὸν
 Πᾶμα Πάρις θέτο Σιμιχίδας.
 Ψυχὰν αἰὲ βροτοβᾶμον
 Στήτας οἷσε σκέτης.
 Κλωποπάτωρ, ἀπάτωρ,
 Λαρυνακόγυιε χάροις,
 Ἀδὺ μελίσδοις,
 Εἴπω κούρας,
 Κακιοπά
 Νηλεΐδῃ.

T

CLAU.

CLAUDII SALMASII NOTÆ.

In hac explananda Theocriti Fistula, non tantum nobis laboris capiendum fuit, quantum in præmissis opusculis. non quod ulli ex iis difficultate cederet, sed quod felicius doctissimis viris, ejus explicatio cesserit, qui cum prorsus in aliis omnibus, exceptâ Securi, nihil vidissent, in isto poemate saltem aliquid viderunt. in plerisque tamen eos hallucinatos esse ostendemus, & Græculum cum iis interpretem, cujus unius auxilio freti, in hanc obscurissimi opusculi enarrandi viam ingressi sunt. Fistula vel *Σύριγξ* hoc *ἱριγγήματιον* inscribitur, ἀπὸ τοῦ *σῆμαλος*, ut Ovum, Aræ, Alæ, & alia hujusmodi, quæ in superioribus habuimus. Hæc enim ordine compacta est, ut a maximis & longissimis versibus incipiens, in minimos & brevissimos desinat, eodem planè modò, quò pastoretis Fistulæ.

Fistula cui semper decrescit arundinis ordo:

Nam calamus cera jungitur usque minor.

Sic in hoc poemate, longis versibus semper subjiciuntur minores: bini autem versus semper unum Fistulæ calamum constituunt. Ita
igi-

igitur dispares sunt omnes, in morem disparium Fistulæ cannarum, ut tamen positis ubique, binis paribus, qui cannam unam reddunt, tota disparitas in decem binis consistat, quot numerò cannæ vel calami in hac Fistula constituantur, cum vulgaribus fistulis septem tantum inessent. Virgil. Ecl. II. v. 36.

Fistula disparibus septem compacta cicutis.

Sed cur Theocritus hanc Fistulam ex decem calamis composuerit, & compegerit, cum vulgò ex septenis compingi moris esset, nemo hæcenus quæsit, nemo etiam fortasse scivit. quam veram, vel verisimilem saltem hujusce rei causam esse mihi persuasi, hæc est. Theocritus, cum Bucolica sua absolvisset, Fistulam, pastoralis illius & rusticæ suæ sibi Musæ instrumentum, Pani dedicavit, illo more, quò reliqui solebant artifices, opere aliquò eximio perfectò, artis suæ instrumenta, Diis artis præsidibus suspendere ac dedicare. Sic gladiatores, postquam delussissent, & pugiles, qui legem pulveris & cibi resolverant, ut ait ille, arma & cestus Herculi appendebant. ita Theocritus nunc Fistulam Pani dedicat, post τῶν βουκολικῶν ἔκδοσιν, votum pastoralis ac sylvestris Deo solvens, & illius agrestis Musæ præstiti. hanc autem Fistulam, quam Pani dedicatum ivit,

ex decem calamis struxit, ex numero scilicet bucolicarum odarum, quas ad illam cecinerat. Nam decem tantum Eclogas Theocriti merè bucolicas esse, testatum reliquerunt veteres critici. Servius, in Proœm Comment. in Virgil. Bucol. *Sed est sciendum, sex eclogas esse merè rusticas, quas Theocritus decem habet.* Ab illis igitur decem Eclogis, decem calamos in hac sua Fistula, quâ pastorum lusit cantilenas, & quam Pani nunc dedicat, posuisse videtur Theocritus. Versus autem Σύειγ-
 σοι, κατὰ σχέσιν scripti sunt, non tamen ἀντιθε-
 τικοι, ut in Ovo & Securi Simmiz, ubi primus
 ultimo, secundus penultimo, respondent, &
 ita deinceps, sed κατὰ παράπληλον τάξιν παρα-
 βάλλονται οἱ ἀντισρέφοντες, ut magistri loquun-
 tur. nam secundus primo respondet, tertio
 quartus, quinto sextus, & ita de ceteris.

Οὐδενὸς εὐνάτεια] Qui nunc primus est ver-
 sus, secundus erat, priusquam illum ejecis-
 sem, qui primum locum occupabat, non
 jure suo, nec meritò. Sic autem ille habe-
 bat:

Σύειξ οὐνομ' ἔχεις, ἄδει δέ σε μέτρα σοφίας.
 quem versum Theocriti non esse, qui mini-
 mè videt, is quid videre possit nescio, tot
 causæ sunt, quæ Theocrito illum adscribi
 non

1 At omnibus in meis, quos sex habeo, Servii co-
 dicibus, *Septem* invenio.

non posse vincunt. primùm cùm omnes versus in hoc poëmate *παράλληλοι* sint, & bini bini incedant, cur hic *παράλληλον* suum non habet, aut cur terni pro binis heic positi, cùm reliqui per binos, usque ad finem procedant? Deinde cùm totum hoc scriptum sit *αἰνιγματώδες*, immò, cùm totidem penè ænigmata, quot verba sint, cur hic solus primus versus, planus & apertus & nullâ caligine obtectus? non autem hic poëtis mos est, ut qua de re per ambages, & ænigmatum tenebras scripturi sunt, eam rem primò statim versu & in ipso limine operis, nudè ac simpliciter proponant, & palam indicent. quod heic tamen facit Theocritus, *Σύγγραμ* planè & apertè nominando, initiò carminis, quam paulo pòst *μεταληπτικῶς ἔλκος* appellat. idque valde esset ridiculum & absurdum, ut quam rem suò nomine priùs nuncupârit, eam postea non suò, sed per *μετάληψιν* sumptò nuncupatum eat. præterea nullam connexionem habet hic versus cum reliquis, sed separatum & abscissum a sequentibus sensum gerit, ita ut inscriptio potiùs poëmatii, quàm carminis initium videatur esse; nec ea quidem ab ipso poëta profecta, sed ab aliquo imperito conficta, qui nec Græcè sciebat, nec syllabarum modulos tenebat. Et nisi mea me conjectura fallit, idem auctor fuit

hujus fictitiæ ἐπιγραφῆς, qvī & illius commentitii versus, pro manubrio ad Sectarim appositi. nam ut ibi ἄδειν πέλεκυν dixit, ita heic ἄδειν σύριγχα, ἄδει δέ σε μέτρα σοφίης. ubi etiam secundam in σοφίης producit, more illius seculi barbari & inficeti, qvō omnes syllabæ indifferentes erant. abeat igitur hinc, qvō dignus est, cum suo illo pari, & gemino germano, qvem suprā expunximus.

Οὐδενὸς εὐνάτειρα] Mirificè heic nugatur Johannes Pediasimus, de ventosis procorum, & Penelopes nuptiis. οὐδεὶς, & οὔτις συνώνυμα sunt. Ulysses apud Cyclopem οὔτιν se vocari dixerat. Theocritus more suō, οὐδενὸς heic pro οὔτινος posuit, μεταληπτικῶς, & Ulysssem intellexit.

Μαίας ἀντιπέτροιο] Ita in optimo codice scriptum erat, & id nos seqvuti sumus. vulgò, ἀντιπαάτροιο, qvōd nec ipsum qvidem improbamus, sed illud magis probamus. ἀντίπετρος dicitur Juppiter, qvōd lapis pro ipso datus sit Saturno devorandus. Hanc lectionem etiam agnoscit vetus interpres, τινές, inquit, τὸ ἀντιπέτρου ἐκ τοῦ ἀντὶ πέτρας γεγενῆσθαι φασί, ἵνα ἡ ἀντίπετρος Ζεὺς ἀντ' οὗ φηλονότι πέτρα ἐδόθη τῷ Κρόνῳ.

Οὐχὶ κεράσαν] De Comata cum loqui velle, non obscurum, qvem Comatam multis laudibus prosequitur Eidylliō septimō.

κερά-

κεράται autem & κεμήται sunt ευκώματα, ut
κέρας & κόμη. hinc Κεράται heic ἀντὶ τοῦ κε-
μάτων posuit. Hesychius: κέρατος, κομήτης,
ἀλάνης ἴδως ἰθῶος, καὶ ἡ κέρατα ἔχων, idem,
κεράται, κομήται, παλαμνοί.

ΑΔ. οὐ πάλιν αὐτὴ μέρας θείμα τίμα πο-
νους.] Ita nos olim legendum coniecimus,
ex vestigiis scriptæ lectionis: ἀλλ' αὖ ἐπιμα-
ται αὐτῇ. & conjecturam nostram probavit,
& laudavit magnus Scaliger, cum hanc illi
ante hos decem annos per litteras communi-
câsem. Pan amavit πίνυν, si σι detrahas,
remanebit ἴνυς, quod est τέμα κένους, hoc
est circumferentia, & extremities clypei. ἴνυς
enim, ut omnes sciunt, παντός περιφέρει τὴ
τελευτήν μέρας. πάλιν igitur τέμα κένους,
est ἴνυς, cui deest π, littera: quam si addi-
deris, efficies illam, quam Pan amavit, hoc
est πίνυν. De Pinu a Pane amata exstat hi-
storia lib. II. γεωπονικῶν a Cassiano Basile
compilatorum: ἡ Πίνυς κένυ γανομένη τὸ πρὸς
ταύτην μεταβολὴν φύσεως ἐκ ἑωτὸς ἀπαστὸς ὡς
ἀνθρώπων. ἦσαν μὲν γὰρ τῆς κένου ὁ Πάν· ἀνθρώ-
πῳ δὲ ταύτης καὶ ὁ Βορέας. Vide reliqua. Hinc
passim pinu coronatus apud Poetas Græcos
& Latinos Pan inducitur, Tibullus:

— & Arcadia Pinus amata Deo,

T. 4. 3. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10.

1. Malt. Est Propert. lib. I. El. XVI. 1. 10. Constat Horat.
Kipping. 1. Antiquitat. Roman. c. IV. §. VII. p. m. 144.

ὄνομι ὄλον, δίζων] Sic distinximus. nam prius legebatur: οὐνομι ὄλον δίζων. nec minus in isto, quàm in superiore explicando loco frustra fuere interpretes. nam quod volunt, nomen heic positum pro forma, & duplicem Panis formam intelligi, quis non risu dignum existimet? ὄλον & πᾶν idem significant: nam utrâque voce *τοῦτον* significatur: quod nemo ignorat. Dicit igitur τὸν Πᾶνα, οὐνομι ὄλον habere, quod Πᾶν scilicet vocetur, quæ vox Græcis τὸ ὄλον significat, τὸ πᾶν scilicet: nam Πᾶν & πᾶν solo accentu differunt. δίζων autem Panem appellat, quod semivir sit, & semicaper, quasi ex duorum diversorum animalium forma compositus.

Ὁ τᾶς μέροπος πόθον.] Hæc de Syringe accipiunt, quàm puellam Pani amatam esse constat, & in cannam conversam: sed mirum est, omnia, quæ heic dicuntur, ad puellam non posse referri, sed ad Fistulam. nam μέροψ, *vocem variam habens*. & γηροῦσα, ut vulgò legunt, hoc est *puella vocalis*, & ἀνέμωδης, *ventosa*, seu *inspirabilis*, nullo modo dici queant de Syringe puella, sed de Syringe tantum jam fistula facta. Atqui perquam ineptum esset, ei puellæ, quàm Pan amabat, eadem illa omnia attribuere, quæ attribuerentur, jam in harundinem conversæ, jam fistulæ factæ. Hoc enim planè esset dicere.

dicere: *Pan puellam Fistulam amavit, ex qua postea Fistulam fecit.* Immò illa puella, cujus amore Pan incensus est, primum in cannam mutata est: deinde ex illa canna Pan sibi fistulam confecit, & compegit. Non de Syringe igitur hæc accipienda, sed de Echo, quam amavit Pan, ut poetarum fabulæ passim testantur. Hinc Πανὸς ἑταίρην quidam epigrammatarius vocat. Moschus:

Ἡὲ Πὰν Ἀχῶς τὰς γείτονας, ἤρατο δὲ Ἀχῶ
Σκιρτητᾷ Σατύρῳ. —

Μέροπος πόθον] Echo intelligit: μέρος autem Ἀχῶ dicitur, quòd μέρος τῆς ὁπὸς reddat, partem scilicet vocis, & non totam. Hinc Epigramma Græcum eam appellat, φωνῆς τρέφα, ῥήματος οὐράν.

Κούρας γηγυγόνας] Ita emendavimus, & scriptorum, & excusorum codicum lectionem, γηγυγόνας. γηγυγόναι autem κούρα est Ἀχῶ, quòd de voce scilicet nascatur. Hinc vocis filiam eam quidam dixit, quòd in Syringem vel Fistulam non possit convenire. γηγυγόνη, ut βουγόνη. Sic enim apes appellatur. Varro: denique ex bove putrefacto nasci dulcissimas apes, mellis matres, a quo eas Græci βουγόνας appellant. perperam viri docti ibi emendant, βουγενεῖς. βουγενεῖς quidem dicuntur μέλισσαι, sed & βουγόναι non minùs. nam βουγόνος, & βουγόνη γηγυγόνος, γηγυγόν-

T 5

υη 3

μὸς σιμίχος. ut α τύπος τυννίχος, & similia, quorum forma Dorica est.

Ψυχὰν αἰὲ βροτοβᾶμον] Hæc perperam distincta legebantur in editionibus, ad hunc nempe modum :

Πᾶμα Πάμα θέτο Σιμιχίδας

Ψυχὰν, ὦ βροτοβᾶμον.

Ψυχὰν autem jungendum cum χάροις. ψυχὰν χάροις. sic apud Homerum, Ιλ. θ. ν. 555. γέγηθε δὲ φρένα Ληϊά.

Στήτας οἶσε Σαέτλας] Laborabat hic versus in editis. cū enim trimeter acatalecticus esse deberet, & ἀντιστρέφειν illi, qui præcedit, ψυχὰν αἰὲ βροτοβᾶμον, erat tantū trimeter catalecticus, unā syllabā minutus, Σαέτλας autem reposuimus, pro eo, quod erat scriptum in membranis, Σαέτγας. sic suprā in βωμίσκῳ, μητρόεπγος pro μητρόεπιπας, scriptum reperi. de quo scribendi genere aliquid in superioribus diximus, σήταν Σαέτλαν vocat Omphalen, a Saettis urbe Lydiæ, cujus rara mentio apud veteres. Σαέτλαι autem vocabatur illa urbs, quam corruptè recentiores Σέτλας vocârunt. ita enim ejus urbis nomen apud Ptolemæum in scriptis codicibus exaratum inveni. sic enim habet ille in descriptione Lydiæ: ἐν δὲ πεθορίοις Μυσίας καὶ Λυδίας καὶ Φρυγίας, Δάλδεια, Σέτλαι, Κάδοι· ita libri veteres. nam in editionibus excusum est, Σαέτ-

Σαίτλα. vetus quoque interpres, Σέτλα legit. sed minimè dubium esse potest, quin Σέτλα pro Σαέτλα corruptum sit. in vetusto libro περι βαθμῶν ἐκκλησιαστικῶν memini legere, Μάγιδον urbem Lydiæ, quæ olim Σέτλα diceretur. hinc: σήτα Σαέτλα Omphale appellatur, hoc est mulier Lyda, ut etiam heic interpretantur veteres Scholiastæ. Sed Σέτας malè pro Σαέτλας scribebatur.

ΕΛΛΟΠΙ ΚΟΥΡΑ] Muta hæc puella est Echo, quæ, vocis quidem simia dicitur, sed ipsa nec vocem habet nec linguam. hinc ἄγλωστος in veteri epigrammate appellatur.

Ποιμενίαν ἄγλωστος αὖ ὀργάδα μέλπεται
 Ἀχῶ

Ἀντίθρουν πλανοῖς ὑπερόφωνον ὄπω.

Sic enim illi versus legendi sunt.

Νηλεύςω] Vetus poeta de Echo.

τὴν οὐδ' αἰθεῖσαι δύναμι' ἀντίον οὐδὲ νοῆσαι.

Præter hæc παίγνια, quæ vulgata sunt, & a nobis exposita, σφαῖταν & θρόνον citant veteres Grammatici, quæ ad nos non pervenerunt, ἀπὸ τοῦ σχήματος ita appellata, ut hæc fistula Theocriti, & Ovum Simmiæ, & Ara Dosiadæ cum reliquis. Interpres Hephæstionis: σύγγραμμα ὁ πέλεκυς. ἐπεὶ κατὰ μίμησιν πελέκους συντίθεται. μακρὸν γὰρ ἐκατέρωθεν τέθεικεν· ἔσι δὲ σφαῖρα καὶ θρόνος σύγγραμμα καλούμενον. Eustathius illud ποιημά-

τιον σφαῖραν inscriptum, Orpheo auctori vul-
gò adscriptum fuisse refert, & in honorem
Lini compositum: ὠνόμασαι δὲ Λίνος τὸ τειοῦ-
τον ὠδικὸν εἶδος, ἢ ὡς μέλα λίνου ἦται χορδῆς ἀ-
δόμενον, ἢ ἀπὸ λίνου λίνου ἀνδρὸς ἥρωος. Φασὶ
γὰρ οἱ παλαιοὶ ποιημάτων ἐπὶ τῷ Λίνῳ εἶναι, ὃ
σφαῖρα μὲν καλεῖται, εἰς Ὀρφέα δὲ ἀναφέρεται.
Videor etiam alicubi legisse Λαβύρινθον εἶδος
ποιήματος fuisse, in modum Labyrinthi com-
positum. atque hæc hæcenus.

F I N I S.



The-

IX.

THOMÆ REINESII D.
DE

DEO ENDOVELLICO,
CUJUS MEMORIA NULLIBI
VETERUM MONUMENTORUM
PRÆTEREA,

QVAM IN INSCRIPTIONIBUS ANTI-
QVIS IN VILLA VIZOSA LUSITA-
NIÆ REPERTIS ET POST
RESENDIUM

à

CL. GRUTERO

editis , exstat ,

COMMENTATIO PARERGICA.


Plinius in Praefat. Natural. Histor. ad Vespas.
Aug. p. 5.

- *Res ardua, vetustis novitatem dare, novis aucto-
ritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem,
fastiditis gratiam, dubiis fidem; omni-
bus verò naturam, & natu-
rae sua omnia.*

MAGNIFICO, AMPLISS. ET
CL. VIRO

D. BERNHARTO
BERTRAMO JCTO

ILLUSTRISSIM. SAXON. DUCUM
ALTENBURGI CANCELLARIO GRA-
VISSIMO DIGNISSIMOQUE, MOECE-
NATI ET AMICO MEO MAGNO.

NTIQUITATIS, *Deorum filia*
habita, majestate sacrâ, admira-
bili, & inviolabili apud omnes Sa-
pientes, factum est, ut nihil ejus,
qualecunque tandem sit istud, insuper habe-
ri oportere non solum *republice* constitue-
rint, sed & exemplô suô de æstimanda, in-
daganda, illustranda & benè penitus perno-
scenda ea viam NOBIS præiverint magnô nu-
merô. *Nempe enim, cum studia fermè hodie*
nostra ad questionem facti propius accedant,
cui non peccus tacito gaudiô pertinet, si qua
antiqva sepolta fide bonâ eruantur? Ita scili-
cet paulatim, quæ *æroga* creduntur in omni-
bus disciplinis definiri, veteris seculi memo-
riam recentari & corruptelas in autoribus an-
tiqvis, ad quas sanandas nulla machina vi-
debatur esse, medelâque harum demonstra-
ri,

ri, ad extremum lacunas meliorum literarum
 hætenus destitutas pænè expleri posse spes
 bona est. Etiam minutissimum quid ejus,
 contemtissimus apex stricturæ exigua in
 cognitionem rerum maximarum utilissima-
 rumque juxtà ac jucundissimarum cupidos de-
 ducit. Atque istam quidem sententiam ani-
 mo quoque tuo, CL. BERTRAME, qui sin-
 ceræ Antiquitat's admirator es & rimator,
 quàm ab imperitis crederis, sagacior feliciór-
 que, sedere, tot experimenis *συμφιλολογήσεως*
 nostræ habeo perspectissimum, & sunt, quæ
 docere id poterant ignaros, profecta abs Te
 quàm plurima *πολυπαλαιομαθημοσύνης* illu-
 stria *δείγματα*. Non igitur cunctari debui
 particulam ejus elegantissimam de DEO EN-
 DOVELLICO in Lusitania avorum memoriâ
 repertam, cui origines suas provinciam no-
 bilissimam debere liquidò ostendi possit, ex-
 plicatam & illustratam, ad Te potissimum,
 non tam cognoscendi, quàm emendandi caus-
 sâ, quòd premi nefas esset, emittere. Ea
 sanè uti rarissima est: ex unis enim Inscri-
 ptionibus. silentibus præterea scriptoribus
 cujuscunque generis omnibus, innotuit; &
 obscurissima, quippe à nemine quantum ubi-
 que est literatorum hætenus vel tentata: ita
 de conditu gentium Hispanarum, primisque
 proximis à dispersione populorum seculis
 Hi-

Hispaniæ possessoribus, quæ de re imperfectè narravere Græci, quorum qui sunt vetustissimi & putantur diligentissimi, è quibus Ephorus Cumanus est, sic ignoravere res Gallorum Hispanorumque, ut unam civitatem esse arbitrarentur Iberos, qui tantam occidentalis terræ partem noscuntur inhabitare: Joseph. lib. 1. c. Apion. p. 1039. A. Recentiores verò plerique, cum à superioribus nihil veri didicissent, vellent autem aliquid amplius quàm alii de longinquis incompertis & obscuris retulisse; studiò patriæ (*ποθεὶ γὰρ πᾶς ἀρχαῖος λέγεσθαι* inquit Thessalus Hippocratis in *πρεσβεύ.*) liberè multa nugati sunt, purpurâ tamen alithinâ, quamvis non agnitâ, inter viles pannos ubique relucens, docet nos certissima, & jucundissimâ rerum pulcerrimarum scientiâ animos perfundit. Facit præterea, ut historici veteres non intellecti hætenus & sædè hanc partem maculati, in luce & nitore suo nunc consistant, & geographorum circa populorum, locorum, urbium nomina & situs allucinationes variæ detegantur & corrigantur. Tot unius leviculæ rei, uti quidem incuriosis ineptisque semiliteratorum & iniquis iudicibus videri poterat isthæ Gram-

V

mati-

t Vide quæ diximus in parte v. Animadversion. nostr. c. 111. §. vi. p. 210. f.

matica historica de DEO ENDOVELLICO ; utilitates si quæ non alliciant, eum neque sensu literarum ullo verè tangi, & communi etiam carere intrepidè dixerò. Sed quid hæc verba tam indignè perdo? non confligam hic cum istis portentis, cum homines imperitos mores sui scævi & contemptus elegantiarum satis ulciscantur, ut emanere scilicet à talibus cogantur, & cum in literatorum congressibus de literis sermones cæduntur, feruntur suffragia, vel magis quàm ranz Seriphiaæ muti adsideant, vel ultra triviales magistellos nihil sapere deprehendantur. Debeatur verò, CL. BERTRAME, hæc commentatiuncula TIBI eò, quòd cum crudam tumultuariam & minùs comtam *AMICUS* obtrusisset nuper, avidissimè eam tamen exceperis & humanissimè habueris obferentem. Amplectêris verò nunc, me exhibitore ipso, pro conjectura veritatem, pro nube Junonem ipsam. *In erratis magna exempla valent ad defensionem*; sunt autem è primipilis doctorum plurimi, quos, cum *Verosimilia, Conjectanea, Suspiciones* edidissent, *Retractiones, Emendationes, Expositiones* superdare usque adeò non puduit. ALPHITANDRI communis amici circa ENDOVELLICUM lusus eruditus reverà ὅναρ ἦν, καὶ ἡμέτερά γέγονε, καὶ τὸ ὅναρ διαλέλνται, ut verbis *Johannis Chrysostomi*

mi loqvar : de quo an recte sic censuerim & pronunciâim τὴν δικάσιαν jam penes TE, CL. BERTRAME, esto judicare. Sufficit enim mihi iudicium de quibuscunque meis in hoc tempore tuum, cui principatum in literis merito hîc deferimus & lubentes, apud posteros, cû obrectationis invidia decesserit, industria aliqvod saltem testimonium habituro. Optimè vale, AMICORUM OPTIME, & cultori nominis tui porro quoque fave. Scr. Altenburgi xvii. Mart. A. clōIcxxxvii.

THOM. REINESIUS D.

LECTORI MEO.

NE TE, LECTOR φίλος, μέ-
retur in isto negotio quidquam, è
Corpore Inscriptionum antiquarum
Grüteriano excerptas hinc legito eas,
quæ DEI ENDOVELLICI, de quæ
hic laboramus, meminere. Ex iis octo priores
è L. Andrea Resendii lib. IV. antiquæ Lusitan.
ubi villam Vixosam describit, deprompsit: re-
liquas quinque ab Ill. Scaligero habuit CL.
Grüterus. Sunt verò ista:

DEO. ENDOVELICO
PRÆSTANTISS-
IMI. ET. PRÆSEN-
TISSIMI. NUMINIS
SEXTUS COCCÆIUS
CRATERUS. HONO-
RINUS. EQVES. RO-
MANUS. EX. VOTO.

ENDOVELLICO
SACRUM. MAR-
CUS. JULIUS
PROCLUS
ANIMO. LI-
BENS. VOTUM
SOLVIT.

C. JULIUS.. NOVATUS
ENDOVELICO
PRO. SALUTE
VIVIENNÆ
VENUSTÆ
MAMMÆ SUE
VOTUM. SOLVIT.
Translat. è Villa Viz.
ad arcem opidi Len-
droalis.

ENDOVELLICO
CRITONIA
MAXIMA
EX. VOTO. PRO
CRITONIA. C. F.

Q. SEVIUS
Q. F. PAP. FIR-
MANUS VOTUM DE
ENDOVELLICO
S. L. M.

ENDOVELLICO
AEBIA.
JANUARIA

DEO. ENDOVELLICO. SAC.
JULIA. ELIANA. VOTO. SUSCEPTO

ELVIA YEAS. MATER. FILIÆ
SUE. VOTUM. SUSCEPTUM
ANIMO. LIBENS. POSUIT

D. ENDOVELLICO. SA
AD RELICTITUM EX
T. NUMIN. AÆRIUS
BADIOLUS A. L. F.

TH. REINESII PRÆFATIO. 309

DEO. SANCT	DEO. ENDOVEL	ENDOVEL
O. ENDOVEL-	LICO. SACRUM	SACRUM
LICO. M. V. M	BLANDUS. SCAL-	ANTONIA. L
ANIMO. LIBENS.	LIE. KUPINE	MANLIO LA
VOTUM. SOL-	SERVUS	L. V.
VIT	A. L. V. S.	SIGNUM. ARGENTEUM
ENDOBOLICO	ENDOVELLICO	
TUSCA	SACRUM	
OLIA	EX. RELIGIONE	
TAURI. E.	JUSSU. NUMINIS.	
PRO. QUINTO	POMPONIA. MARCELLA	
STATORIO	A. L. F.	
TAURO		
V. A. L. S.		

Johan. Georgi Hervuarti, Jcti, Consl. Elect. & Statuum utriusque Bavaria Cancellarj opinionem de DEO isto traditam in Admirandis Theologia Ethnica mysteriis, c. xxxiv. cujus scripti argumentum est, lapidem Herculeum seu Magnetem antiquissimis temporibus pro Deo cultum, & artem, quâ navigationes magneticæ per universum orbem instituerentur, à veteribus sub involucris Deorum Dearumque & aliarum fabularum cortice fuisse summò studiò occultatam, ex hisce ejus discere poteris: Ego non dubito, inquirentis, Deum hunc Endovellicum fuisse sagittam seu acum magneticam pyxidi nauticæ inclusam & vitrò tectam. Dicitur ab ἔνδον & βέλος, quod ἔνδον, intus (in cavo & cavea pyxididis nauticæ) sit inclusum βέλος telum sagitta seu acus. Quid verò de hac pronuntiandum, docebere, si voles, in sequentibus.

DEO ENDOVELLICO.

DE DEO ENDOVELLICO, re obscurissima, & tacta à nemine propter secretum materiæ, conjectare mihi liceat interea opinarique, dum certius quid eruatur à sagacioribus: Palma in medio posita est. Suspicio autem *Deum Endovellicum* peculiare Celtarum sive Celtiberorum alicui corpori, quos Hispaniam poenè omnem, maximè Lusitaniam Gallaciámque à magno promontorio, Olyssiponensi, usque ad Celticum dictum, antequàm Poeni Romanive eò trajicerent, tenuisse manifestum est, & locale uni cuidam exiguoque districtui proprium Numen fuisse, quod Inscriptiones pleræque, quæ illum Deum nominant, in Villa Vizosa Lusitaniæ, Brigantii Ducum sede, è fano vetusto ad oppidulum Therennam eò translata, hodie reperiantur, teste L. *Andr. Resendiô, lib. iv. antiq. Lusit.* ejusque alibi locorum per Lusitaniam Hispaniámque repertarum nulla meminerit. Ubi *Scaliger*, quas communicavit, viderit, ipse docere poterat; nunc haud liquet,

Celt-

Celtiberos & in hisce *Segeda* civitatis incolas locant Geographi recentiores in tabulis Hispaniæ ad ripam citeriorem fluminis Sucronis, hodie Xucar, qui regnum Valentia ad urbem Alzefiram perlabitur, & ἐκβολὴ istâ sinum Sucronensem constituit Balearibus oppositum; repugnat autem tam *Strabo*, qui lib. III. *Segedam* Arevacorum, hi autem in Tarraconensi, oppidum esse scribit, quàm narratio *Appiani in Ibericis*, qui tradit, missô contra Segedanos imperatore Fulviô Nobiliore, hos ad Araschos in tutelam transfugisse: Araschi autem fuere vicini *Numantinis*, & ab his unius noctis itinere tantum aberant, quod similiter è verbis *Appiani* liquet; *Numantini* verò omnium consensu in agro hodie dicto Soriano, ad fluvium Durium, qui ortus in Arragonia haud procul urbe Teryelâ mediam Castellam permeat, & Lusitanos à Gallæcis determinans in Oceanum Atlanticum defertur; ad eumque situm erat oppidum Arevacorum *Clunia*, quod *Plinius*, lib. III. c. III. *finem Celtiberiæ* adpellat. Qvin & situm Celtiberorum è *Mart. epigr. L. lib. I.* discere licet. Is *Bilbilitanos* quinque dierum itinere Tarracone distantes, & *Salonem eorum fluvium*, agrô Aracelitanô ortum, *Congedumque*, qui hodièque in Arragonia ad Cæsar-Augustam censentur, attribuit Cel-

tiberis: atque hic verus eorum ab Occidente Asturibus, à Septentrione Ibero, ab Oriente fontibus Tagi & Lobetanis, ab Austro Oretanis & Orospea inclusorum situs. *Belli* igitur, quos *Appianus* appellat, Celtiberorum natio, quorum urbs Segeda, etiam ibi quærendi erunt, non in Murcia; ut delineârunt in tabulis moderni Geographi. Cùm ergo Celtiberos ab Iberi & Durii ripis, ad quas plurimi & quidem primùm confederant, in Lusitaniam migrâsse circa annum ante natum Salvatorem 760. latèque ab Anafcil. fluvio ad Mundam usque tenuisse, protensos Salamancam usque fuisse probetur è *Strabone*, lib. III. à *Joh. Margarino*, *Ep. Gerund. paralipom. Hisp.* c. x. & à *Joh. Vaseo*, *chron. Hisp.* c. x. cùm Celtiberæ nationis inter Garumnam & Ligerim confidentis partem *Helvius* dictam, utrumque Anæ fluvii litus à Turdulis ad Turdetanos usque habitâsse, è cognomine ipsius civitas *Elvas* hodièque sic dicta pareat; *Eburones* etiam Belgas seu Celticæ Gallicæ populos *Eboram* ibidem condidisse, probet pluribus *Jas. Menæti*, *comm. de municipio Eborensi*; mirum non est, etiam sacra eorum & nomen DEI eò simul translata, DEUMQUE Endovellicum in Celtica ad Anam, in cujus vicinia inter Elvem & Portalegrem sedes Brigantii Ducum

Villa

Villa Formosa, distans à Pace Augusta VIII. m. Pass. quæ Inscript. istas hodiè exhibet, plurimum celebratum cultumque fuisse. Et si verò sententiam *Phil. Cluverii*, totam scil. Hispaniam, Celticam fuisse dictam ab Aschenez Gomericis Fil. qui & *Celtes* & Celtiberiam ac Hispaniæ incolas, cum Celtis, qui Galliam, Germaniam, Britanniam tenebant, ejusdem nationis existisse, eandemque linguam usurpasse, quod is lib. 1. *Ant. Germ. capp. prioribus octo* probat, sequamur: verissima enim est, si alium priorem in Hispania dominum populum, antequàm Celtæ in eam venirent, fuisse non neget tamen; nihilominus Endovellicum Deum Celtibeorum Celtarumque, qui Gallæciæ Tarracensis & Bæticæ hodiè dictarum partes incolebant maximè, fortasse etiam Iberorum fuisse, neque repetendum igitur à Romanis & eorum linguâ, quod palmarium hic est, ritè adferemus.

Qui autem qualisve fuerit, & quod ejus simulacrum, in tanta veterum memoriarum circa *utroque* gentium & regionum caligine quis definiat? *Martem* coluisse Lusitanos, eique caprum immolasse, eqvos, captivosque, è Scriptoribus Græcis Latinisque; idemque fecisse Celtas è *Casare*, VI. B. G. c. XVII. notum est. Accitanos etiam, Martis simu-

lacrum radiis ornatum, quem *Neton*, alii malunt *Necyn*, adpellent, coluisse constat è *Macrob. 1. Saturn. c. xix.* sed an ille Lusitanorum Accitanorumque Mars & noster hic *Endovellicus*, *Endavelicus*, *Endobolicus*, tam enim varia ejus nomenclatura est, iidem sint, æquè incertum est: Certissimum tamen non à *duello*, nec à *bello* Romanis voculis, multò minùs à Græcorum aliquâ ita denominatum esse: *An enim Celta*, & à quibus hi fortè accepere populi, qui lingvâ sacrisque à Rom. Græcisque erant distincti maximè, Numini, quod colerent, nomen in suis lingvis non poterant reperire? Et quia *Strabo*, lib. III. Celtiberos & confines ipsi Boream versus habitantes (interpretor *Astures*, *Cantabros*, *Gallacos*,) *Deo cultum innotinatum* plenâ Lunâ, tempore nocturno, *παρανυκτι*, pervigilium celebrare choreas ducendo scribit, ei nominis ignorantia ex hisce unis Inscript. mederi possumus, quæ adpellationem ejus Dei nobis intimant alibi non temerè reperiendam, neque hætenus à quoquam repentam uspiam.

De incunabulis verò hujus Celtarum per Hispanias Numinis idem sentire paret, quod de aliarum gentium, quas hominibus genere copiosisque amplis, bonè meritis (hanc enim solum partem *απαλειψας* delibabo) & à qui-

à quibus beneficia accepisse meminissent, divinitatem tribuisse & hinc divinò cultu adfecisse tralatitium est; Et quia regum, virorumque aliorum fortium ac illustrium merita maximè splendida essent, quorum opibus apertè præsentèrque juvarentur, factum est, ut tam hos in Deos adsumerent; Ita enim *Horatius*, lib. II. Epist. I. v. 5.

Romulus, & Liber Pater, & cum Castore Pollux,

post ingentia facta, Deorum in templa recepi:

quàm nomina Deorum suorum non solum regibus suis imponerent; sed & ipsi cujusque gentis privati iisdem lubentes adpellarentur & solenniter. *Mauri* manifestè reges uti Deos coluerunt, nec ullo velamine hoc nomen obtexerunt: *Cypr. l. de idolis: Lactant. lib. I. Institut. c. xv. Minut. Felix in Octavio: Gotthi Thorum*, qui idem cum Jove tonante, *Taranes Lucano*, lib. I. v. 446. *Othinum*, qui *Marti* similis, & *Friggam*, seu *Freiam* quæ *Veneri*: *Joh. Magnus hist. Gothor. & Sveon. lib. I. c. ix. & x.* à quorum primo ceti potentissimo nomen *Thoronis*, quò lubentes vocantur Gotthi hodieque, mutuati sunt. De *Nabathæis* est apud *Stephanum* in *Anatha & Anara ex Uranii Arabicis*, lib. I. eos *Obodam*, quem regem habuerant, Deo-

παιν-

ποιήσαι: Obodámque & Dussaren huic πύγε-
 δον Arabum Numina de cetero fuisse apud
 Tertull. lib. II. ad Nation. c. VIII. Ægy-
 ptii regem Remphin ob servatam in caristia
 per annonæ procuratam copiam Ægyptum,
 quâ de re Genes. XLI. legere est, pro Deo
 habuerunt, sub imagine bovis *Apin* vocan-
 tes; ad eam horum religionem conformâ-
 runt Israëlitarum suam in vitulo aureo, quæ
 ipsis & ab *Amos Propheta*, c. v. 26. & à *S.
 Stephano*, Act. VII. 43. exprobratur. *Fan-
 nasin* regem, qui Vesoce Ægyptiō victō to-
 tam Asiam subjugaverat, Gothi mortuum
 inter numina sui populi retulere, *Jorn de
 reb. Getic. Radagaisum* Scytham, qui à Go-
 thorum quodam corpore rex electus in Pan-
 noniis, adsumtis Hunnorum Vandalarum-
 que copiis, cum ducentis millibus Italiam
 inundaverat, circa A. C. 400, ut est apud
Jorn. & J. Magnum, lib. XVIII. c. VII. Van-
 dali Obotriti superstitione suâ in Deum re-
 sinxere nomine *Radegast*, cujus simulacrum
 in urbe Rethere venerabantur, teste *Kran-
 tziō*, lib. II. Vand. c. XXII. & XXV. lib. III.
 c. IV. *Metrop.* c. XLIII. *Tent* seu *Tuitonis*
 nomen, quō Deum adpellavere nostri retrō
 majores, (quem scriptores Romani alii suæ lin-
 guæ vocabulō *Ditem*: ita enim *Cesar*, comm. VI.
 de B. G. c. XVIII. *Galli maxime Mercurium co-
 lucr-*

*tuere & se à Dite patre prognatos Druidum
 proditiōe predicârunt; alii, ut Lucanus, lib. 1.
 v. 445. retinentes barbaram & propriam Ger-
 manorum adpellationem, Teutatem) variè
 adsumsere etiam privati inter antiquissimos
 Teutonas, quod hodièqve apud nos tenere
 ex adpellationibus Gotthardt, Gottlieb,
 Gottfried, Gottlob, Gottwal (è quibus
 illa Vandalorum, seu potiùs Vinidorum ad-
 pellatiō Bohusslaw est, h. e. *Deo laus*,
 quam Germani παρὰλατινίζοντες *Boguslaus* ef-
 ferimus; hæc Bohuchwala, h. e. *Deo glo-
 ria*) Göttwalt, & aliis talibus conspicitur.
 Cùm igitur inter reges Celtiberorum Hispa-
 niæ proximis à dispersione gentium tempo-
 ribus imperantes (quos Aschenazæ filii Go-
 meri, Japheti nepotis, posteros fuisse à non-
 nullis constitutum est: alii-ique plures à Tu-
 bale, Japheti filio, ortos esse volunt; utri-
 que, si tempora distinguantur & gentes in
 una Hispania diversæ; rectè:) tertius juxta
Berosum fuit Idubela vel Idubeda (utrum-
 que enim obtinuit; neque insolens est τῶν D
 & L commutatio) qui & nomen monti, re-
 giones sibi subjectas includenti, à *Strabone*
 & *Ptolemaeo* Idubeda dicto, impertiit: Ori-
 tur hic à Pyrenæo, ejusque brachium quod-
 dam est, juxta Iberi fontes in Cantabris,
 proferturque versus Austrum, quidquid *Pe-
 trus**

trus Olivarius de ejus à Pyrenzis ad Portugalliam procursu dicat, per Hispaniæ latitudinem usque ad mare mediterraneum non procul urbe Dertosâ; & Hispanos omnes in citeriores & ulteriores determinat: verosimillimum fit, eum à gente sua divinis honoribus adfectum sive vivum sive mortuum, progressu temporis inter numina relatum & Endobellicum hunc ipsum, de quo quæritur, esse. Non autem offendet vel litera initialis E vel ἐπένθετος N eum, qui quàm vocales mutare soleant, præsertim in vocibus barbaris, cùm eas Græci Latine enunciant, & quòd solennis sit utrisque tam intercalatio quàm extritio literæ N novit: Ita *Indigetes* populus Hispaniæ olim in regione, quæ hodie *Catalonia* dicitur, confidens *Plin. lib. III. c. III. Ἰνδικῆτος Stephano, Ἐνδίγετος Ptolemæo, Avieno Endigetes: Illiberis Livio, lib. XXI. c. XXIV. Plinio, lib. III. c. IV. Ptolemæo, Ἰλιβύρρις Straboni, Eliberri Mela, II. v. extr. Oliberre, tabulis Pentingerianis: Emporia, Impuria, Ampuria, ejusdem oppidi in finibus Catalanorum ad mare Gallicum nomen; Bruttates & Bruttii, Calabriae populus, Βρούττιοι, Ptolemæo, Bryttii in *Cod. Theodos. Brettii* in nomismat. Βρέττιοι *Straboni, Βρέντιοι Diod. Sic. lib. XVI. & Dion. Afro.* Interpositionis literæ N exempla sunt apud Græ-*

Græcos Latinos & barbaros in *κινσέειν*, *κινσέειον*, *thensaurus*, *herens*, *mensa*: è Græco enim *μέσα* est; *Inculisma*, *Engolisma* ex *Ego-lisma*. Istius & Regis & Deastri sui nomen Celtas filiis suis imponere consuevisse vel sola *Indibilis*, qvi *Polyb. lib. x.* circa fin. *Ἀνδοβά-της*, adpellatio evincet; vocabatur ita regulus quidam Hispaniæ, qvi absente Romæ Scipione circa annum u. c. DL. sociô quôdam Mandoniô, res novas contra Romana præsidia molitus erat, maturêqve cum suis oppressus: itémqve altera *Abilix*, *Ἀβίλιξ* *Polyb. lib. xii.* quod erat cujusdam præcipuâ apud Hispanos dignitate viri nomen. In illo & nostro terminatio *Is* & *Us* à Græcis Latinisqve est, cùm populares ipsi fortasse & Deum & regulum suum *Endobel*, *Endovel*, *Endebel*, *Endebellie* aut *Endebellix*, quæ terminationes nominum Propriorum Germanis, Gallis, Hispanis, Britannis usitatissimæ fuere, adpellarent: idémqve planè cum ista est nomen *Idubilius*,¹ quod apud *Tacit. in xii. annal. xxix. 2.* regis Hermundurorum, & *Indo*, quod regis cujusdam Hispaniæ

¹ At in omnibus meis sex Codicib. constanter invenio *Vibillius*; Sed quia Codd. Florent. & Ryckianus habebant *Vibillius*, non dubitavit sic rescribere Cl. Theodor. Ryckius; cùm idem Tacit. ii. Annal. lxxiii. 6. *Vibillius Hermundurorum dux*. Qvi verò præter Reinesium *Idubilius* habeat, ignoro.

spaniæ partis, qui teste *Hirtiô*, *lib. de B. Hisp.* c. x. Julio Cæsari copias suas contra Pompejos FF. adduxerat. Prætereà conjecturam meam, montem, quem ad unum omnes *Idubedam* adpellant, *Idubelam* etiam esse vocatum firmat, quòd *Ebullêus* (quam adpellationem tamen in edito Codice sine menda esse non receperim) à primis habitatoribus dictus sit; teste *Margarinô*; *lib. i. f. 7. & 25.* per quos quin Bellos *Appiani* significare voluerit *Margarinus*, non est dubium, ut gens à monte ad, quem colebat, & mons à domino regionis, qui & simul numen gentis, denominata fuisse videantur. Certè ad hunc modum *alpes Pennina*, montanorum Italiam à Gallis Germanisque disterminantium pars; itemque *Vallis Pennina*, quam idem jugum in Helvetiorum finibus secundum Rhodani cursum usque ad Dransæ εἰσβολὴν deducit, Salassorum hodiè, à Deo *Pennino*, cujus *Liv.* lib. xxxvi. meminit, cui in istarum summo vertice incolas Celticæ nationis, *semi-Germanos*, uti vocat *Livius*, sacrificasse ferunt, adpellatæ sunt; similique planè ratione Rugiæ insulæ maris Svecici & Balthici, ejusque incolis Vinidorum gentis, *Rugiemus* numen gentile Slavicum, cujus fanum in urbe Karéntia, *Krantz. lib. v. Vandal. c. xv.* nomen impertiit.

Et

1 Malè, est enim lib. xxi. c. xxxviii. extr.

Et quia Galli Germanique Celtaſum in Hispania erant conſanguinei: ab uno quippe *ἑκατότοπος* Aſchenaze, perinde ut Illyrii ac Britanni, uſos ſacris etiam iisdem & Numinibus fuiſſe conſentaneum eſt, & idcirco Gallorum Deus *Abellio*, quem nominant Inſcriptiones in Convenis Novempopulaniæ ſeu Vaſconia exſtantes, exhibitæ à *Scalig. lib. 1. Auſon. lett. c. ix.* & Noricorum *Belis, Belinus, Belenus*, quem *Herodian. lib. viii. c. vii.* & *Tibilenus*, quem *Tertul. Apolog. c. xxiii.* commemorant, cujus ſanum fuiſſe Aquilejæ, in collimitio Norici & Illyrici, loquuntur Inſcript. plures ibi repertæ, productæ à *Pihgio in Herc. Prodicio, p. 182.* cum *Endobellico* Celtieorum iidem planè fuerint; conſtatque præterquam in Theologia, ſacrorum ritibus & divinationum generibus, etiam in politica adminiſtratione, Iudiciis, diſciplina militari, armorum generibus, ſtudiis, veſtitu, corporum habitu, victu, animi moribus, conjugis, virtutibus, vitiis, bellica fortitudine, inſtitutis & conſuetudinibus aliis ſummam fuiſſe gentium Hispanias, Gallias, Germanias, & inſulas Aquilonares colentium ſimilitudinem, ut quæ de Luſitanis, Celtiberis, Cantabris aliſque Hispanicæ nationis populis traduntur à ſcriptoribus, ea omnia etiam inter Gallicarum Germanicarum-

rúmque h. e. Celticarum gentium alia *constata* fuisse observata minimò negotiò doceri possit. Præter *Seneca*, autoris gravissimi, qui *Consolat. ad Helviam*, c. vi. scribit, *Pyrenæum non inhibuisse Germanorum transitus*, auctoritatem, testatur de Germanorum cis-Rhenanorum per Hispaniam sive coloniis, sive incolatu diu ante Pœnorum ex Africa tractum (non enim commemorabo eorum, anteqvàm adsociati Cimbris transcensis Alpibus Italiam cis-Padanam popularentur, expeditionem in Hispaniam & moram aliquantam cum suis consanguineis, quâ factum fuit, ut annò seriùs, quàm Romæ putabatur, Italiam aggredirentur, nec inde nisi post errorem suum reversi, teste *Plut. in Mario*, quia recentior est,) *Mercuriū Teutatis tumulus*, cujus mentio apud *Livium*, lib. xxvi. c. xlv, ad Carthaginem novam, in agro Spartariò, hodie inter finem Illicitanum & Virgitanum, ipsaqve adjacens regio sive *Deitania* sive *Teutania*, *Plin. lib. vi.* ² vocata, ab eodem sive Dite, sive Teutate sive Teu-

tonis

1 At auctore doctiss. Gronoviò in h. l. *Peccarunt hic eruditione nimia cum suo Teutate correctores*. Pro verbis enim illis, *Mercurium Teutatem adpellant*, duo Palat. reg. simpliciter habent *Mercurium* vocant; Ego sanè nullum alicujus momenti codicem vidi, qui *Teutatem* agnoscat.

2 Malè, locus enim est lib. & c. iiii.

tonis denominata; à quibus ipsis nec fuere alii Titthii, quos inter gentes Celtiberorum cum Bellis & Arevacis nominat *Appianus*³: nihilque adeo est, quod impediatur, quò minus statim *Titthios* sive *Dittios*, ipsos *Ten-tonas* esse agnoscat quis, nisi dialectorum lingvæ Celticæ varietas, & scripturæ aliqua vocis, præsertim alius lingvæ literis factæ, diversitas, quam tamen etiam in ipsa Germanica lingua ob diversa idiomata hodièque observare est. Quàm enim variè voculam unicam *Theut*, quam ab Ægyptiis vel juxta cum Ægyptiis in Oriente acceptam in Europam detulere Celtæ, exprimunt? *Thiet*, *Tiet*, *Thioth*, *Tient*, *Thiad*, *Thiat*, *Diend*, *Diad*, *Died*, *Diet*, quod notavit *Claver*. l. d. c. ix. f. 82. Immo *Namantinos*, populorum per Hispaniam fortissimos & fide admirabiles, (*hi enim sunt, qui soli quatuor millibus Celtiberorum quadraginta Romanorum milia per annos quatuordecim non solum sustinere, sed etiam vicere, pudendisque vulneribus adfescere: oppressi nullum de se gaudium hosti reliquere*) quòd ad arma conversi sunt contra Pompejum duce *Megarà*, id verò viri nomen Germanicum *Meyer* est, hinc Germanicæ alicujus gentis manum sub imperio

X 2

homi-

3 in de Bellis Hispanic. p. m. 478. edit. Amstelod. 1670. in 8c.

hominis Germani πολιτευσαμένην fuisse non absurdè colligitur.

Eosdem Teutonas coluisse aliquando cis Pyrenæos saltus proximam planitiem, ubi hodie Vascones, colligere inde possumus, quòd *Teutomarum*, qui de gente, cui imperaret, vel nomine suò testatur, regem habuerint Nitiobriges tum, cùm Cæsar esset in Galliis, teste ejus Ephemeride 7. & cùm hos Cantabrorum ferocissimorum Hispaniæ populorum trans-Pyrenaicorum sive coloniam sive partem fuisse, similiter testimoniis autorum fide dignissimorum constet, nihil restat, nisi ut Teutonicæ gentis fuisse illos *serâ domitòs catenâ Romanorum*, ut canit *Horat. lib. III. Ode VIII. v. 22.* formidabiles, beluinaque in adeundis deposcendisque periculis audaciâ *Cantabros* dicamus: Iis cùm Celtiberi & Celtici, quorum proprius erat *Endovellicus*, fuerint conregionales admixti que nonnullibi, de identitate Numinis, quòd hi in Lusitaniæ finibus, illi in Vasconum territorio venerati sunt, ultrà dubitari nequit. Immo utrique, & Vascones cis-Pyrenæi & Celtiberi in Hispania, Cantabrorum, qui mediis inter utrosque interjacent, ἀπορροῇ videntur fuisse (si quis planè eandem gentem fuisse dicere non sustineat, quod tamen, me iudice, non esset absurdum) & En-

Endovellicum ab his accepisse. Sunt enim ejus manifestissima in metropoleos Cantabrorum, *Vellica*, nomenclatura, capitali syllabâ scil. minutâ vel idiotismô lingvæ Cantabricæ vel facinore librariorum vel editorum, ad cujus mænia primùm, cùm in Cantabros duxisset, præliatum esse Augustum Cæsarem *Florus*, lib. IV. c. XII. ¹ prodidit, vestigia: quæ Numini nomen tam debet quàm aliæ civitates multæ Diis aliis, quorum honoribus exstructæ sunt, sua. Meminit istius etiam *Ptolemaus*: ² ajunt eam esse, quæ hodiè *Victoria* ³ dicitur. *Resendio* verò
En-

¹ Stadius in cit. Flori loc. comm. 49. legit *Vellica*: huncque sequutus sine dubio fuit Noster Reinesius: at editiones opt. habent *Belgica*.

² in Europæ Tabul. II. Cui ut & Floriano, *Vellica* scribenti, oppidum Cantabrorum est in Hispania Tarraconensi, nunc fortè *Trevitia* Mich. Anton. Baudrandi Parisino, Tom. II. Geograph. p. m. 365. b. edit. Paris. opt. M DC LXXXI. in fol. Oppidum Alavæ Provinciæ in regno Castellæ Veteris, ut Brietius existimat, ad radices montium in limite Biscayæ, & vix 2. leucis ab Ibero fluvio distitum in Boream. Sed teste Petró de Marca cum Luithprando est *Espinosa de los monteros*, oppidum Castellæ veteris ad fluvium Truevam, in valle intra montes Auzæ, tribus leucis à Methymna Poniaria distans in Septentrionem, fuitque olim urbs Episcopolis, Gregoriô de Argoiz teste. In Cl. Cellarii Geographia antiqva frustra quæsivi.

³ Fortè *Victoriam Julibbrigensium* voluit, illa enim est civitas Hispaniæ Tarraconensis; nunc S. *Andrea Fa-*

Endovelicam, quam Helvis vicinæ regionis
 opidum fuisse & Numini nostro nomen im-
 pertiisse comminiscitur, ingratis Chorogra-
 phorum omnium, suam sibi (f. *ipsi*) remittimus
 lubentes meritò. Remotiores autem & in alio
 planè climate Norici Illyricique, etsi ὁμο-
 θνῆς, (nam & hos Teutonicæ originis fuisse
 vel nomen Teutonæ, quod erat mulierī
 Venetos seu Liburnos Illyriosisque circa a. u.
 c. DXXV. regenti, ut est apud *Florūm*, lib. III,
 c. v. prodit: expressè verò *Stephanus* Ἰάπο-
 δας πρὸς Ἰλλυρία colentes ἔθνος Κελτικὸν ad-
 pellat²:) nomen ejus Dei ἀπέκοψαν, pro
Abellione Belenum adpellantes & *Belinum*,
 Hujus adpellationis adeò tenaces, in eam-
 que tam ἐνεπίφοροι fuere Celticæ nationes, ut
 in diversis earum φερερίαις vestigia ejus re-
 perire liceat plurima; Est tale in nomine *Bel-*
louesi, quò duce, Tarquinio Priscò Romæ
 regnante, Ambigatò Celtarum rege, ob
 præ-

num, oppidum Biscajæ portu cum amplo in ora lito-
 rali Oceani Cantabrigi, teste Arnoldò Oihenartò. 7.
 leucis à Fano S. Julianæ distans in ortum, uti 4. à
 confinio Asturiæ Laredum versus 6. & Bilbaum 15.

1 Malè, est enim lib. II. c. v. 2. ubi tamen non-
 nulli Codd. *Tentana* habent.

2 Potuisset addere Strabonem, qui in VII. Α' δια-
 κρίνουσι μέχρι τῶν Ἰαπόδων, Κελτικοῦ τε ἄμα καὶ Ἰλλυ-
 ρικοῦ ἔθνους. *Stephanus* adducit Διονύσιον ἐκκαδικάτωρ,
 seu 15. Atqvia Dionysii liber iste periit, de situ inde ni-
 hil addiscere possumus.

prægravantem multitudinem exonerari suas Gallias jubente, Celticæ copię Italix se superfuderunt, & Insubriam, pulsus inde Thuscis, sibi adseruere: simile est in Gimbriorum inter Celtas antiquissimæ nominatissimæque gentis regis, cujus auspiciis Italiam circa a. u. c. DCXLIV. irrupere, siue is *Beleus* fuerit, siue *Beleris* siue *Bæloris*; variant enim codices *Plutarchi* & *Flori*,³ nomine. Britanno- rum cuidam corpori, *Cassii* nominatis, quos Dobunis ad Ortum conterminos fuisse ejus gentis historiarum conditores tradunt, præerat, ut est in 5. *ephemeride* *Cæsaris*, *Cassivellaunus*; & ab eo ipsi populo

Cat-

3. Vellem, locum adiecisset, in universo indice Freins- hem. in *Florum* nec *Beleus*, nec *Beleris* nec *Bæloris* memoratur. Totum evolvere *Plutarchum* non vacat. in *Mario*, p. m. 428. E. *Belai* cujusdam meminit, quem an velit *Reinesius*, ignoro. *Beluris* scriba *Timagoræ* Atheniensis memoratus eidem *Plutarcho* in *Artaxerxe*, p. m. 1022. D. Tom. 11. Oper. huc, ut puto, non faciet. Doleo tantum & tam utilem Scriptorem non melioribus præditum indicibus & distinctionibus in capita esse ac commata. Notas conscribere, varias Lectiones aliis Codicibus adscriptas repetere, novis suum nomen præfigere editionibus, licet in iis parum aut certe nihil præstiterint, celebres, ut video, reddit viros & claros, at indices adornare, quia labor est inglorius & gravis, etsi utilissimus, negligitur, recusantque sumtus Typographi in istos conferre. Libenter hunc laborem præprimis in *Plinium* susceperem & *Livium*, si faverent librarii, nec negavit mihi suam in *Ciceronem* operam vir doctus Dn. C. W.

X 4

Calvellanus, uti *Dio*, lib. LX. p. 678. B. nominat, nomen. Icenos, vicinam Trinobantibus gentem moderabatur imperante Cajô A. *Cinobellinus*, *Suet. Calig. c. XLIV.* hujus compositi vocem alteram lingvâ populari principem dominumque significare autores sunt non ignobiles, ut *Cinobellinus* dictus fuerit quasi Icenorum dominus: *Decebalus* quasi Dacorum princeps: eidemque *ta Vel-launus & Vellas*, quæ à diversis dialectis tantum sunt, commutatis literâ V & B æquipollere. Est verò evidentissimum, voculam *Bellus* è Chaldaea Syriaque omnium gentium vagina, reliquam esse & planè eandem cum *Baal* & *Bel*: quâ primum summum omnium rerum creatorem unum & verum Deum adpellârunt ibi, anteqvàm ad profana numina & regum suorum *ὀνομασθεσίας* eadem abuterentur, & a Japeto ejusque filiis ac nepotibus in hanc Europæ continentem adjacentesque insulas instinctu ductuque divinò diffusis simul asportatam: quâ præter Celticas gentes ipsi etiam Pœni Canaanis posteris & Assyrii Chusô orti usi fuêre, ut è nomenclaturis ductum Carthaginensium & regum Babyloniorum apud O. *Henr. antiqu. Phil. Barb. lib. II. c. IV.* liquet, plurimum: prætereaque adpellationes *Idubella* & *Endovellici* ad hanc ceu originem suam primitivam si-

ne ulla hzitatione referendas esse. Si enim demas syllabam capitalem IN, EN, quam articulum Germanicæ lingvæ, een vel ein esse exemplô nominis proprii *Indutiomarus*, quod regulo Trevirorum fuit apud *Cæs. lib. VI.* (Malè, est enim lib. V. c. III. IV. &c.) & fortè aliorum similium apud Celtas, probare possum: (Id autem aliud nomen non est à *Teniomarâ*, quô erat rex Sallyorum seu Sallubiorum in Liguribus censitorum, & Celtarum pronunciatione fuit een Deutschen Meyer †, i. e. gubernator, bailivus, Præfectus,

† *Major*, *Meyer* fuit genus quoddam nobilium apud Germanos, ortum à Majoribus villicis, qui ab initio erant è plebe; postmodum, cum à dominis suis prædia in beneficium, sive feudum, accepissent, nobilitatem sibi vindicare cœperunt. Temporum deinde fluxu, ii *Majores*, id est, villici vocati sunt, qui servi non essent, sed prædia colenda certâ mercede conduxissent, suô nomine Coloni dicti, Hodie apud Germanos ultiores omnes colonos, sive liberi sint, sive servi, eô nomine gaudere, non item Alamannos docet Goldastus. Apud Gallos *Major villa* est Magistratus, & in municipio aliquo jurisdictione fretus. Prætor aliis vel Consul, Sic dictus, quod suos inter Collegas emineat. *Major* pro magistratu dici apud Anglos demum cœpit, sub Richardo I. circa annum Chr. cxc. lxxxix. B. Rhenanus è Germanico *Meyer*, quod Præfectum notat, putavit deductum, ut Vincentius Lupanus observat, lib. I. de Magistrat. Francor. c. iv. Cui & Joh. Tilius de reb. Gallicis adstipulatur. Tu vide Henr. Spemannum in Glossar. Archæol. ubi & de *Majore domus* agit.

fectus, iudex, inspector, administrator Duitiorum sive populi, quem Latino-barbari modò *majerum*, modò *villicum*; hinc *villicus civitatis* apud *Joh. de Leidis in Chron. Holland.* pro eo, quem consulem, burgi, seu burgariorum magistrum nominamus, semi-Latini *majorem* adpellare solent) & D litteram lingvalem *ἐμφωνίας χάριν*, ob sequentem labialem B insertam itidem seponas, ipsissima Baalis sive Beli adpellatio nuda & integra se tibi offeret. Vox autem Celtica Diet sive Diede etiam adpellativi formam à Germanis accepit & *populum* significat, abiitque in τὰ *Liti*, pro servis; *Λεῦτοι*, quos *Ptol.* lib. II. c. XI. inter Germanicas gentes: *Leti*, quos *Notit. Imp. Occid.* additis Batavorum, Nerviorum, Svevorum, Francorum, Lingonensium, &c. adpellationibus nominat, & voce eâ numeros sive milites è Batavis, Nerviiis, Svevis, Francis, Lingonensibus lectos significat. Quod verò *Pancirolius comm. ad not. Imp. occid.* c. xc. de *Lætis*, Gallico populo, interpretatur, error est & metaplasmus nominis adpellativi in proprium: sed in quem à *Zosimo* homine Ægyptio & rerum adpellationumque Celticarum ignaro, qui lib. II. *Lætos* Gallicam nationem fuisse scribit, inductus est. Néque enim

5 Juvat Eumenius in Panegyri. scribens: *Latum* in

enim verosimile est ex unico gentis alicujus corpore, quale inter Gallicas juxta *Zosimum* erant Læti, tot legiones seu præfecturas præsidiorum, quot Notitia nominat, fuisse lectas: Et si Gallicus populus fuere Læti, cur nomini horum addita sunt cognomina gentium Germanicarum Belgicarumque? Sunt igitur *Læti* eò locò, adpellativâ formâ, id quod dixi.

Nullam autem *Endovellici* DEI apud scriptores alios quoscumque, etiam apud eorum, quos Hispania & recentes à facta provincia, & post florente Imperiò Rom. dedit quamplurimos & nobilissimos, neminem esse mentionem, ignorantiam remotissimarum à memoria hominum originum & antiquitatum Celticarum factum est: quas cum non aliunde quam è Græcis Latinisque ceterioribus pete-

agrum Nervicum jussu Maximiani Aug. postliminiò restitutum esse. *Latos*, cum alibi, tum maximè in Terris Læticiis, ad fluv. Lætiam sedes habuisse, Regionemque eorum inter Flandriam & Atrebatem sitam, vulgò la Loëue, sed olim per Hannoniam Flandriamque latius multò, quam nunc patuisse, ac à fluvio Lætia vel Letia, vulgò Legia, Gallis le Lis, nomen accepisse, statuit Hadr. Valesius in Notitia Galliar. Cl. Hofmann. Tom. II. Lexici, p. m. 733. b. extr. edit. opt. Lugdun. Batav. M. DCXCVIII. adducit pro *Latis* Pompon. Melam, lib. III. c. I. frustrâ, cum nec c. I. nec II. ibi quidquam repererim; nec index satis accuratus, meminerit vel Lætiaz, vel Letiaz.

petere licuerit ; Celtæ enim ipsi illiteratum genus omnes : Turdetanos solum, qui infra Celticos intra Anam & Bætım habitavere, *Sirabo*, lib. III. à sapientia literarumque studiis commendat, & habuisse propriæ usum lingvæ, quâ poemata legesque ante sex annorum millia conscriptæ apud eos conservarentur ; Augusti autem principatu Latinos propè factos, propriæ lingvæ memoriam habuisse ferè nullam : *Græci autem Latinique ferius res horum sive peregrinationibus sive relationibus, usque paucis ac mutilis, sæpè etiam parum fidei, addidicerint, illarum maximam partem nescivere*, & nos hodièque quæ domi nostræ fuere quondam, juxtà ignoramus. Etiam Romanorum, qui tamen ad tantam potentiam sensim creverant, nomen, serò Græcis fuit auditum. Unde nec *Herodotus*, nec *Thucydides*, nec alius eorum æqualis scriptor, horum meminere : *Chr. Rossiniacus comm. rer. ab orbe c. gest. p. 475.* Accedit, quòd parvæ alicujus & obscuræ nationis, extra unum alterumque Hispaniæ tractum pænè ignotæ, proprium fuerit illud Numen, cujus privata, religio & consuetudines, quæ innotescere potuerunt dissitioribus, ipsa tacente ? Non nescimus autem nunc, solo indicio lapidum literatorum, qui hanc Antiquitatis elegantissimam particulam, uni ad
nos

nos transmittunt. De *Camulo* Deo Camulorum, sive Camunorum, quos inter Eurganeas seu Alpinas gentes, *Plinius, lib. III. c. XX. & Dio, lib. LIV. p. 534.* D. nominant, Lepontiis Rhætis & Noricis interjacentes, quorum memoriam post tot secula in istis alpibus *Vallis Camonica* vel *Camunia* hodie dicta, quam fluvius Ollius emetitur, refri-
cat, nemo sciret quidquam, nisi in medio esset numus argenteus ab *Octavio Rossio* antiq. Brixian. descriptore cum *ἐπιγραφή* CAMULO INVICTO CAMULI: itémque altera, CAMULO. DEO. sub imagine Mar-
tis: Hujus nomen in Phariseorum sectæ Judaicæ Mathesi teste *Epiphaniô, Panar. her. XVI. Οκμωλ, Ocmol* est; quod an-è Romana adpellatione inversis prioribus elementis formaverint Ebræi: an Latini suam è peregrino, dijudicent docti: alterutrum sanè persuadet *παρήχησις* seu adsonantia. Idem de *Cososo Deo*, qui & ipse locale Numen, & ex unis Inscript notus est: Idem de *Besa* Deo. localiter sic adpellato à Besa partium Thebaidis in Ægypto urbe *Amm. Marc. lib. XVII.* idem de *Salambona* Venere Sevilianis feminis olim culta; (imperante Diocle-

1. Frustra totum librum istum perlegi, nec *Besam* ibi inveni. Si ullus, cerè hic auctor, accuratò indiget indice, dici enim non potest, quàm falsò hic *Am-
mianus* adducatur multis à Scriptoribus.

tianô, præside Hispalis Diogenianô, festum honori Salambonæ ab Hispalensibus celebratum fuisse est in vitis SS. martyrum ² Hispal. *Iuste & Ruffina* apud Petr. de Natal. lib. VI. c. CXVII. Vinc. Belnac. lib. XIII. Spec. hist. c. XXXIII. Laur. de Padilla, Cent. III. hist. Eccl. Hisp. c. XXI. Hospin. de Orig. fest. Christ. m. Julso) accepta à Babylonis, quibus juxta Hesych. Σαλαμβω ³ adpellabatur, sentien-

² Hic venit in mentem probè notandum, quod legi in Papirii Massoni Descriptione Fluminum Galliz, p. m. 183. edit. Paris. M. DCLXXVIII. in 12. *Vita Sanctorum* ferè hoc mali habent, quod vel ab imperitis scriptæ sunt, vel ab iis, qui multis seculis post eorum mortem vivere, ignavis rerum præteritarum, aut Geographia, quos proinde sæpè errassè facillimum fuit. Quod verò idem Massonus ibid. subjicit: Sulpicius Severus parum remotus Juliani temporibus lib. 1. de Vita Martini: Apud Parisios verò dum portam civitatis &c. vitiosum est, nec enim uno plures de Vita Martini, Severi existant libri, in cujus c. XIX. principio Massono adducta verba habentur.

³ Secundum Salmasium, in p. 808. a. not. in Tom. I. Historiz Aug. Scriptor. Hesychius habet: Σαλαμβω ἢ Ἀφροδίτη παρὰ Βαβυλωνίαις. At auctore Casaubonò ibid. p. m. 807. a. in notis Hesychius habet: Σαλαμβω ἢ Ἀφροδίτη παρὰ Ἀσσυρίαις. Non tamen hanc Syram adpellationem esse vel Babylonicam, sed à Syromacedonibus impositam contendit Ger. Joan. Vossius, lib. II. de Idololatr. c. XXI. extr. p. m. 208. b. 209. a. edit. opt. Amsterdam. M. DC. LXVII. in fol. Adde & Johau. Seldenum de Diis Syris, Syntagm. II. c. IV. p. m. 210. f. & Cl. Dn. Andr. Beyerum in Additament.

tiendum. Nam & hæc obscura adeò est, quia unâ solùm urbe Hispaniæ recepta eoque paucis innotuit; de rebus verò Babylo-
niorum Syrorumque, maximè Bybliorum
& Antiochenorum, parùm admodùm me-
moriarum ad Europæos pervenit. Unicus
vitæ Heliogabali scriptor, c. vii. Tom. i.
Histor. Augustæ, p. 807. tradit, hunc Sy-
rorum gentilium suorum superstitionibus
innutritum Romanorum sacra abolere mo-
lientem & introducere exotica, *Salambonem
etiam omni planctu & jactatione Syriaci cultus
exhibuisse*: cujus *phœwos* interpret melior ob-
tingere nobis haud poterat *Julio Firmicò*;
qui lib. de errore profan. relig. c. x. In plu-
rimis Orientis civitatibus, inquit, licet hoc
malum etiam ad nos (autore quippe Helio-
gabalo) transitum fecerit, *Adonis quasi ma-
ritus plangitur Veneris & percussor ejus circum-
stant*

ment. citat. ad Seldeni loc. p. m. 300. edit. opt. Am-
stelod. M. DC. LXXX. in 8t. Alius putat *Salambonem* di-
ctam esse quasi *שן דבר* paciferam. Quò etiam perti-
net illud Joh. Cocceji ad Joel. III. 4. p. m. 160. edit.
emendatiss. Lugdun. Bat. MDCLIII. in fol. Sol est hi-
eroglyphicum doctorum & doctrine: Luna (quæ luce suâ
temperat noctem) solatium pacis; quod à politis est, signi-
ficat. Lege & Cl. Joh. Frischmuthi Exercitium Phi-
lologic. de Melecher Cæli habitum & edit. Jenæ an-
nò M. DCLXIII. in 4to, §. II. adducens & nostr.
Reinesium, exponentem *Salambonam* Sevilianis olim
femineis cultam.

stantibus (aper à Marte rivali immiffus, *Apollod. lib. III. biblioth. Nat. Comes, lib. v. mythol. c. XVI.*) *vulnūſque monſtratur.* *Lycianus, dial. de Dea Syria* copioſè rem deſcribit; cujus verba non pigrabor repetere: Εἶδον, ἰπνῖτ, καὶ ἐν Βύβλῳ μέγα ἱρόν Αφροδίτης Βυβλῆς ἐν τῷ καὶ τὰ ὄργια, εἰς Ἀδωνιν ἐπιτελεῖουσιν. Εἰδάνην δὲ καὶ τὰ ἔργια. Αἰέγουσι γὰρ δὴ ὦν τὸ ἔργον τὸ εἰς Ἀδωνιν ὑπο τοῦ σουὸς ἐν τῇ χωρῇ τῇ σφετέρῃ μενέσθαι, καὶ μνήμην τοῦ πάθους, τύπτονται τε ἐκάστου ἔτεος, καὶ θρηνέουσι, καὶ τὰ ὄργια ἐπιτελεῖουσιν. καὶ σφίσι μεγάλα πένθεα ἀνά τὴν χώραν ἴσεται. Επεὰν δὲ ἀποτύψωνται τε καὶ ἀποκλαύσωσιν πρῶτα μὲν καταγίζουσι τῷ Ἀδωνίδι, ὅπως ἔοντι νέκυϊ. καὶ δὲ τῇ ἐτέρῃ ἡμέρῃ ζῶειν τέ μιν μυθολογέουσι καὶ εἰς τὸν ἡερὸν πέμπουσι καὶ ταῖς κεφαλαῖς ξυρέονται, ὅπως ἀιχμήτῃσι ἀποθανόντι. Ἀπὸς: *Vidi & in Byblio magnam fanum Veneris Byblie: in quo & sacra Adonidi peragunt; Eorum sacrorum spectator etiam fui. Ferunt autem Byblii cadem Adonidis ab apro in sua regione factam esse, & in memoriam casus quotannis se cadunt, lamentantur, ac sacrificant; magnūſque adeò luctus per totam regionem tum exoritur: Cum autem evapulârint eluxerintque, inferias Adonidi persolvunt tanquàm mortuo; post die alterâ vivere ipsum fingunt, mittunt in aërem, & detondent capita, ut solent Egyptii defun-* Εὐ

ſto Api. Orientis autem civitates, quibus *Adoniaſmòs* anniverſarium feſtum fuerit *Am-
mian Marcell. lib. xxii. c. ix. Antiochiam,*
Procop. in Eſ. c. xviii. Alexandriam Ægy-
pti & *Byblum* in Phœnicia nominant. Hinc
res omnis de *Salambone* ſeu *Salamba* claret;
eſſe ſcil. ipſum *Adonin*, cujus ἀδωνισμὸν &
caſum deplorabant mimò ſolenni planctus;
mox etiam ejus εὐγεσίῃ, inventi apud Pluto-
nem, tripudiis celebrabant, Venerem & hóc
& iſto orgiorum ritu repræſentantes: quod
Græcorum *Adoniaſis* fieri quoque ſolebat, in
quibus, quòd tam Veneris honori, quàm
Adonidiſmemoriæ inſtituta eſſent, utriuſque
ſimulacrum producebatur, quod à *Theocri-
ti* *Adoniaζούſais* docemur; Is ipſe Adonis
Ebræorum תַּמְזַר *Thamuz* eſt, de quo apud
Ezech. viii. 15. ² quòd ſolennis ſuper eo
planctus ſeu *Adoniaſmòs* à vicinis Syris &
Phœniſſis ad Judæos etiam manaverit. Con-
ſentiunt in hoc *D. Hieron. comm. 3. in Ezech.*
Autor Chron. Alexandrini, & è recentiori-
bus

1 *Gazeus, Sophiſta Chriſtianus.*

2 Inſpice *Henr. Kipping. 1. Antiqvit. Roman. 9.
vi. extr. 9. xvii. p. 172. f. Wilh. Stratemanni Ora-
torem Eccleſiaſtic. N. 6. p. m. 298. in Adpendice. B.
Jo. Henr. Uſſin. Volum. 1. Analect. ſacror. lib. vi.
c. xxxvii. p. m. 38. 41 f. B. Jo. Contr. Dieteric. in
Antiqvit. Bibl. p. m. 650. a. f.*

Y

bus CL. Seldenus, 11. *Synt. de DIS Syris*, c. x. Sine hæsitacione autem affirmo, etiam adpellationes ipsas *Salamba*, *Salambûs*, vel ob labialium b & m symbolismum *Salammûs* & *Thammus*, quam Arabica versio Ezech. *al Tammu* effert, esse easdem, & ex una detortam alteram. Resectâ enim initiali S ex illa, hæc sese prodit manifestissimè. Neque appositio literæ S insolens est, si cui fortè videatur audacius hoc; Ita quam *Æoles* solebant ἀφαιρέσθαι, (dicebant hi pro πίζα, πίζα, unde Latinum *Passer*; pro σφαῖρα, πᾶρα, unde *penula*, i. e. unio, & Germ. *Perle*) modò simpliciter in aspirationis vicem προστίθενται Latini; fecêre hinc ἐγρύτη, scruta⁴: item ex ὄλος *solus*: ex ἔρπω, *serpo*: ex ἑπομαι, *sequor*: ex ἐκᾶς *secare* & *secta*: ex ἔλη, *Sol*: ex ἀπλούς *simplicius*: ex ὑπέρ, *super*: ex ὑλίας, *solea*: ex ὑπός, *sullus*: quod ipsum Græcos & horum simios Latinos in voce barbara, cujus etymon ignorarent, fecisse & hinc ex *al Tam-*

mus

3 Vide Angeli Caninii Hellenismi Alphabetum, p. m. 107. nostræ edit. Lugdun. Batav. M. DCC. in 8. Reines. Epist. 11. ad Hofmann p. 10. Hinc ex ὕπνιος *supernus*, *sumptus*, *summus*, *somnus*; ex ὕπας, *sopor*; ex ὑραξ, *forex*; ex ὄλκος, *sulcus*; ex ὄρος, *sors*; ex ἄρπη, *sitra*; ex ἑρμῶς, *sermo*; formata sunt.

4 Quasi esset σγρύτη ἐ γορύδς fecêre *scroium*, quasi esset σγορύδς.

tanus exiisse Σαλέμβας, uti *aktor Etymolog. magni*, vel Σαλαμβώ, uti *Favonius & Hesychius* efferunt, nihil est quod impediatur credere admittereqve; & propterea de vocabulo Σαλαμβώ a Græco σάλα, quod curam, agitationem mentis & fluctuationem significat, unde σαλαΐζειν, i. e. *lugere & in luctu præstus tundere*, & σαλαΐσμός, i. e. *planctus*, luctus, derivando non tam laborandum CL. *Salmasie not. ad Lamprid.* p. m. 806. fuit. Videre poterat vir oculatissimus ad talia & ἀγχινοέσας, cuique debemus & deferimus plurimum, τὸν σαλαΐσμόν non convenire nisi uni sacrorum Adonidis parti, quâ super mortuo planctus exprimebatur, & propterea Adonim, quia lugeretur, sive Venerem, propterea quia lugeret, non potuisse adpellari *Salambonem*; non enim luxerat solum de mortuo seu amisso, sed & de vivo seu reperto exultaverat Venus; Et cur à priori seu planctu potius, quàm inchoabantur Adonia, quàm à posteriori seu gaudio, quò terminabatur, nomen

Adjicio verba illius, cum non sit in omnium manibus: Σαλέμβας τὰς θυρίδας τὰς αἰεὶ ἐν σάλῳ οὕσας. ἡ παρὰ τὸ δι' αὐτὰς βαίνειν τὸ φῶς, τὸ σέλας. καὶ Σαλαμβώ ἡ δαίμων παρὰ τὸ αἰεὶ περιφέρεισθαι καὶ ἐν σάλῳ εἶναι καὶ ὅτι περιέρχεται θρηνοῦσα τῇ Ἀδωνί. καὶ σαλαΐζειν Ἀνακρέων ἐπὶ τοῦ θρηνοῦ. σαλαΐνει γὰρ καὶ τραγῶται τῇ διάνοιαν ἢ λαιμῇ ὁδῷ τοῦ θρηνοῦ.

men Numini imposuissent Græci? Verosimilius igitur est, cum casus Adonidis in vicinia Bybli Phœnices contigerit, ut patet è narratione *Luciani*, cum ejus memoriam festo anniversariò celebrârint inter omnes primi Byblii & Syrialii, etiam anteqvàm ad Græcos fama ejus rei quæcumque pervenisset, nomen quoque, perinde ac Adonidis & Gingræ, *Salambûs* vel *Salammûs* ab his impositum Numini esse; Græcos autem Latinosque ab Orientalibus acceptum literâ capitali auxisse, quod pace CL. *Salmasii* dixero. Passivè nugari Græcos magistros vocum barbararum origines è sua lingua deducendo nôrunt docti, suppetuntque exempla maximè è theologia gentilium & Goropianis scriptis innumera. Convenit autem festo Adoniorum, per quod horti in testis, *Ἀδωνίδος κήποι* proverbio noti, vicatim solebant circumferri, quòd feminae Hispalenses in usum sacrorum *Salambona* à Rufina, post martyre, vasa fictilia, quibus cœmendis dividendisque vitam tolerabat paupercula, petiêrunt, uti adnotârunt οἱ μαρτυρολογιογράφοι. Sacra igitur Adonidi à Græcis, & τῷ Tammus à Judæis peragi consue- ta eadem planè sunt cum iis, quæ à Syris

Sa-

1 Vide omnino Angeli Caninii Præfation. in Hellenism. p. 86. nostræ edit. Lugdun. Batav. 1713. c. n 81.

Salamboni; & Numina igitur planè eadem: *ἑπερ ἰδεὶ δειξαί.*

Tandem Romanos homines fuisse, quos *Endovellico Deo* in lapidibus Villa-Vizofanis legimus fecisse, ipsa eorum nomina & dignitates produnt: sed quòd Numinis externi, nunquàm à Romanis recepti, cultum profitentur, indicio est, eos vel à majoribus Hispaniæ retrò incolis *αὐτόχθονσι* & à dispersione gentium primis sive Celtis ipsis sive Iberis fuisse oriundos, vel ab indigenis, ad quorum connubia cognationesque transierant, Numinis istius *ἑπιχθελίου* præsentiæ præstantiæque famam accepisse & prætulisse domi cognitiss. Perspicient hinc, puto, me non monente, eruditi quivis, non esse adcredendum hîc *Jacobo Menæzio*, qui *notis ad Resend. antiqu. Lusitan. à Vellendo* dictum putat *Endovellicum*; particulam verò *endo* significare valdè; quasi is sagittas, tela, ossa corporibus infixæ evellere existimatus ab antiquitate fuerit: cujus etymi putiditas vel tirunculo suboleat, etiam non emunctæ naris. Fortasse feliciùs paulò conjicient ii, qui *Endovellicum* Hispanicarum gentium, à Romanis in *Vulcanum* seu *Vulkanum* transformatum esse contenderint: Is cùm ignem & artes, quæ per ignem exercentur, primùm invenisse feratur, cùm per eum calor omnium na-

turæ operum ἀμυνωγὸς, cujus utilitas ac necessitas juxta summa est, significatus fuerit à gentilibus, quæ de causa etiam IGNTIS ἀποθέωσις, coepta in Oriente, apud omnes ferè nationes fuit frequentata, meritò *prestantissimum & presentissimum Numen* adpellabitur, eoque nugari Grammatici deprehenduntur, *Vulcanum* quasi *Volicanum*, quod per aërem *volet*, dictum esse ariolantes. Quod CL. *Hervartus* (α) de acu magnetica pyxidi nauticæ inclusa interpretatur *Endovellicum*, acutum magis est quàm solidum, & commendum in viri doctissimi eis διατριβῇ καὶ ψυχαραγίᾳ ludicro ponendum. Pyxis enim nautica seu vasculum, in quo super axiculo, cui incumbit, mobilis libratur, operculò vitreo tecta, chalybea acus seu regula ferrea, cujus caput unum, cui magnes adfrictus applicatusve, semper Septentrioni obverti, aliorum autem semper suam lineam meridiana-

nam

(α) Contra Joh. Frider. Hervartum, qui magnetem antiquissimis passim nationibus pro deo cultum, & artem, quæ magnetis ope navigationes per universum orbem instituuntur, à Veterum sacerdotibus Ægyptiis sub involucris deorum, deatrumque & aliarum fabularum cortice summò studiò occultatam esse, docet, è re erit videre Athanas. Kircherum, lib. 1. part. 1. c. v. de Magnete, item in Oedipo. Nicolaum Fullerum, lib. 15. Miscellan. c. XIX. putantem Magnetis vim ὑπερνοῦ καὶ πρὸς πρὶς non fuisse Tyriis incognitam refellit Lippinus locò mox citando, p. 413. f. 16. f.

nam spectare is facit, recentius inventum est civis cujusdam Amalfitani *Flavii* ² *Gioja* ante annos trecentos & qvi excurrunt, teste *Joh. Ant. Summ. Part. I. hist. Neapol. p. 468.* & part. II. p. 366. regnante Neapoli Carolô ex Andegavensibus II. Claudô dictô, cujus mors in annum Christi 1309. incidit, quàm ut Endovellicus eò referri possit, quem retrofioribus ³ multò, primis Hispaniæ subactæ temporibus, & florente re Romanâ sub Cæsari- bus, ut liqvet ex Inscr. productis, homines Romani per Hispaniam coluère : quod quia

² *Flavii Goja*] Ita & Petrus Bellonius Cenomanus, lib. 11. Observation. c. xvi. p. m. 213. edit. opt. Antverp. M. D. LXXXIX. in 8c. *Comperimus eum*, inquit, *qvi primus hujus lapidis usum invenit; Flavium fuisse nuncupatum.* Uti & Henr. Salmuth Ambergensium quondam Syndicus emeritus in p. m. 236. 2. edit. Francof. M. DC. LX. in 4to, not. ad Tit. XI. lib. 11. *Rer. memorabil. Gvidonis Pancirolli*; huic enim videtur *Pyxidis nautica ratio gaudere inventore Flavio quòdam, Melphi in Neapolitano regno, florentissimò illo tractu Campaniæ oriundò.* Ipsi Pancirollo verò p. m. 233. *ejus auctor ignoratur.* At hi inventoris & scriptoris nomina confundunt. Flavius enim non inventor, sed scriptor erat. Iste vocabatur Johannes Goa, ut è Jovio, lib. xxv. *Historiar* p. 47. Flavio Blondo, in *Italia Illustrata*, Regione XI. l. f. 420. Gilberto, lib. 1. de Magnete, c. 1. Joh. Bapt. Porta, lib. VII. *Magiæ Natural. de Mirabilib. Magnetis*, c. xxxi. p. 317. & aliis adfirmat Cl. Dn. Martinus Lipenius in *Navigatione Salomonis Ophirica*, c. v. Sect. 111. §. 1. p. m. 394. f. Athanas. Kircherus, l. c. alios adducit, qui cum *Giram* vocant. ³ (forte retro priorib.)

quia non succurrit viro sine controversia
 πολυμαθεσώτω & qui è scriptis, quibus rem
 literariam promovere & dignatus liberaliter,
 & conatus est laudabiliter, ceu leo ex ungve
 nobis innotuit, humanitati id rescribimus,
 non vellicamus incivilter, ἀπαγε, μηδ' eis
 νοῦν πρὶ ἑλθῇ ἡμέτερον. *Magnis ingeniis ut laus
 ubique tribuenda est in iis quæ peritè scribunt:
 sic venia danda, si quando licentiùs errant. Er-
 ror enim illorum eruditionem semper aliquam
 habet.* Quomodocumque verò sive Phœni-
 ces & ex his Tyrii, qui naupeδῆτες peritif-
 simi maritimis peregrinationibus ad loca lon-
 ginqva dediti & inter θαλατοκρατοῦντας fuê-
 re primi, sive Græci insulares, magnetem
 seu Herculeum lapidem navigationum sua-
 rum adiumentum & ὁδηγόν, viarum ducem
 indicemque adhibuerint, quem varium com-
 minisci possumus, certè ad instar sagittæ
 eum efformâsse & vitreo vasculo inclusum
 circumtulisse, figmentum est: vel rudem &
 solum plano cuipiam instratum, vel stylo
 adfixum usurpâsse, pro cursûs sui governa-
 tione, multò verosimilius.

Hæc de re obscurissima conjectura mea
 est, dum doceat dies certiora. Consideret
 autem lector, si scopum non attigi, rei dif-
 ficultatem & intritum hujus viæ; prætereâ-
 que non tam quid ego hîc fecerim; (frivo-
 lum

lum enim est, novi, & fortasse conatus tantum; at cotis Horatianæ instar;) quàm quid alii, à quibus ceu ab Ebræorum Elia talium nodorum solutiones expectabantur, hæcenus præstare non potuerint.

Altenb. 12. Febr. a. 1635.

DEI ENDOVELLICI indigitamentum
dante

LUDOVICO ALPHITANDRO

pastore in Nischwitz Diœces. Ronne-
burgensis, m. Januar. a. 1637.



Ve ego, lectis cum voluptate CL. REINESI nostri de DEO ENDOVELLICO φιλολογήμασιν exquisitissimis, per somnos veluti duc- Et sic jam perpendiculò videre ulterius mihi visus sum, charta huic adsignare non pigrabor, neque eâ vigilantiorum oculos delibare adeò pigebit;

sua quippe comitas inest & somniis!

Quum de DEO ENDOVELLICO siue ENDOBOLICO duo jam constent liquido feliciterque evicta; cujas, quòdque ipsi nomen fuerit, nimirum Celticus & Celtibericus, quique ferè Cupidini Latinorum responderit, ut ab his tanquam cynosurâ ducamur ad nomen-

Y 5

cla-

clatura ejus notitiam germaniūs adaperiendam,
A. hunc in modum arguari mihi liceat: Celtiberorum utique Belus & Jupiter, hoc est, conditor extra controversiam fuit **TUBAL**, quod adeo manifestum, ut & **THOBELOS** inde dictos fuisse Iberos nōrimus; horum itaque ore nihil tritius sanctiusque nomine patris sui **TUBALIS** celebratum exstitisse facile colligimus. Quapropter quum tam **TUBAL**, quàm **ENDOVELLICUS** primarium Celtiberorum Numen habeatur, hoc tamquàm obscurius ex illo manifestandum erit, & quantum linguarum flexione alterutrum degenerare visum, iterumque ambo conveniant, ex idiotismo Celtarum eruendum.

Celtarum porro linguam germanam fuisse Germanica, auctores habeo gravissimos: D. Hieron. præf. lib. 11. Epl. ad Galat. Æg. Schudum descr. Rhæt. c. xxxviii. Is. Pontan. Itin. Gall. Narb. & lib. v. Orig. c. ult. fol. 608. Cluver. lib. 1. c. v. Guil. Paradin. tr. d. antiq. Burgund. c. xv. Cambden. in Britan. à princ. Goldast. de Boh. Jur. c. 1. f. 5. Besold. de nat. Popp. c. xx. Barthium, Advers. lib. xv. c. xvii. Jun. in Batav. c. xxii.

B. Ergo vestigia prisce Germanica hoc in negotio sobrie indaganda sunt.

Celticā igitur linguā patrium illud Numen sōmisisse Döubel, quod Hebrais **טבל Tybal**, à Ro-

Romanis verò transcriptum evasis in ENDOVELLICUS : Ceterum Christiana religionis C. luce Celta illustrati, quò in professione fidei suscepta cò cordatiores viderentur, nomen deastrì sui hætenus famosissimi transtulère in Christiana salutis hostem insensissimum Satanam, quomodo & idem hodièque à primava Germanica lingua cultoribus saluatur Döubel, ex quo migravit nostràs illud Teuffel..

Neque avi superioris nationibus insolens E. fuit, sub auspiciis Christiana religionis inducta nomina sua idololatrica in cognitum jam idololatria autorem Cacodæmona abjicere; talia sunt: Kobald: Faland: Krodo, quod Dirarum imprecationi destinasse Saxones, testatur Cranzius, lib. II. c. XII. & hodièdum, cui pessimè cupiunt, audit Kröte, id est, bufonis instar detestandus. De Vandalis notatu dignum est, quòd hi, quum primitus geminos colerent deos Bohu & Zern: in agnitione verbi divini jam facti solidiores, ex hac divisione nomina retinuerint sibi, Christianismoque suo infarserint, (f. inferferint) ut DEO ter Opt. Max. nomen Bohu, Cacodæmoni verò alterum Zern remaneret. Sic de Fauno illo Zuttiber (zohticht Bär) de quo Ern. Brotuf. in Chron. defluxit nefandum istud Zohten. Adcò certârunt in universum apertâ jam luce Evangelii nomina Numinum fictitiorum devere rebus diabolicis. Di-

luci-

lucidè verò res sese prodit in nomine תביל Döubel; quid enim maximoperè praestiterit Tybat ille deaster pro divinitate admirandum, id signanter commonstrat verbum ex nomine Döubel quàm proximè deductum töuberē, quod lingua jam politior effert zäuberē; & quid deinde effectum in sui cultoribus reliquerit, docet alterum cognatum betöuben, quod nostrates dicunt betäuben. Certè praestigiari atque in obstupefactionem rapere Cacedamonis est artificium primum: vestigiūque solenne.

Quid contrà sit, quod pro proprietate DEI DOMINI nostri in universum hoc continuò non tam destillat quàm plenò veluti Oceani alveò diffunditur, unde undiquaque beamur scilicet, animamur & sustentamur, id bellè iterum prodit Germanica nominis Gott origo: Etenim gen est munificus, hinc vergendig, extremè liberalis, prodigus; geven, geben, dare: gand, gut, bonus; gädlick, delecta-

1. D. Henisch. notat betäuben esse quasi obtundere, hebetare: toll machen, schwetzen, überschwetzen, stumpf machen, entschärfen; item blenden, das gesicht blenden, obtundere oculorum aciem, quò sensu Cruciger derivat à תביל arca, tabula. Congruit etiam tundendi vel dolandi ratio; quā asser ad dolium componendum aptus redditur Legendus hoc de vocabulo B. Balthaf. Scheidius in vi. Auflage Philologiar. continentium enodationem quorundam vocabulor. Germanicor. in Vulgus minus notorum; quibus Lutherus in sua Versione usus est, n. 31. p. m. 89. f.

lectabilis ; & tandem Godt , Gott , DEUS ,
id quod scite continet Ps. xxxiv. 9. wie gant
vnd gädlick ist Godt? Et trita ἐκφώνησις : O
gendiger Godt ! Prodigus ipse sui. Godt kan
nich leven , (leben) er muss geven (geben.)
Adèò verum ipsius Veritatis veriverbium est :
οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἰς ὁ ΘΕΟΣ. Matth. xix.
17. Quamquam & Diabolus mancipatum sibi
nomen Töubel variè idèò in pronunciendo de-
torqueri studeat , ut tandem in sonum טובעיל
Tobel , quod est , bonus DEUS , transeat : per-
manet tamen ipse בלעל Belial , id est , καὶ
ἐξοχὴν Πονηρὸς , der Böse , Bösewicht ; Matth.
v. 37. c. vi. 13. Eph. vi. 16. & ὁ Κόσμος ὁ-
λος ἐν τῷ Πονηρῷ I. Joh. v. 19. positus , nam
hic illius Princeps , Joh. xii. 11. c. xiv. 30.
c. xvi. 11. Eph. 11. 2. ideòque & Κοσμοκρά-
τωρ Eph. vi. 12. & ὁ ἐν τῷ Κόσμῳ I. Joh. iv.
4. dicitur , nomènque תבול Tübal sumit à
תבל Tebel , quod est Mundus , in quo nil
nisi תבל tebel , confusionem molitur iste ὁ Θεὸς
ἀκατασασίας I. Cor. xiv. 33. & confusionis.
Immo ne vel sonus bonitatis טוב tob sentiatur
in adpellatione Diaboli , ἀφαίρεσιν admittere
prestat , ut audiat בלעל Belial & בל quod
בלע deglutiat , ut eleganter ἐτυμολογεῖν places
Propheta Ezech. xxxix. 16. & voracitatem
Diabolicam vel Beli confirmat historia Dan.
xiv. & hinc ipsius studium dicit Apostolus κα-
τα-

τα-

taxilem devorare 1. Petr. v. 8. *Tām nativā
præterea est sonus hic literalis Satana ut & con-
sonare debuerit dictante ita spiritu Sancto no-
menclaturā Germanicā ΔΙΑΒΟΛΟΣ. Probè et-
iam animadvertendum, quā pulchrè consonet
Hebraum & Germanicum par illud vocum:
טָבַל *tabal*, töupen, täuffen, & תָּבַל *Tä-
bal*, Töubel, Teuffel: Baptisma etenim di-
luvium est Satana in hominibus, ut locuti sunt
veteres: Täuffen sonderet von Teuffeln.*

II.

*Jam quomodò caput & cauda dictionis EN-
DOVELLICUS conveniat Tubali Töubel vel
Töüvel videre restat. Prefati autem sumus
superius ENDOVELLICUM redolere Numen
Cupidinis Latialis, quantum quidem ex divi-
no illo cultu, quem Celtiberorum & consinium
esse meminit Strabo, lib. III. atque deinde ex
Inscriptionibus Græterianis, quæ ex positis au-
torum nominibus ut sunt *feminarum maxime
& deinde PROCULI, BLANDI & simi-
lium*, non nisi vota Cupidinea arguunt, con-
jicere licet. Neque cuiquam mirum videbitur,
tale quid numinis adoptasse Celtas, quum cer-
tum sit, nullius Numinis cultum in universi-
tate gentium communiorē existisse, quā A-
moris. Factum reor, quòd nōrint Amorem
universi hujus esse vinculum, & ut vinciat,
vim exserere tantam, quæ non nisi divinitus de-*

demissa credatur; accedit, quòd Satanæ DEI conditoris simius perpetuus, naturaque non iam Minus quàm Momus, ut haberet, quò primam Summi Numinis in mundo sanctionem, quæ amoris fuit conjugialis, mimicò lusu inverteret, palmarium sibi duxerit, effectum daret, ut æstu sanctioni divina contrariò Regnum Mundi flagraret. Itaque & Celtis antiquissimis visum fuit, se de Tybale suo charissimo melius hanc posse mereri, quàm si eundem Amoris Numine venerarentur; atque pro hoc negotio ipsum verbum Baul, Buël, ex Tübal ꝑ. deduxisse eos persuasus sum: Sed & hic recolendum moneo, quòd in amoris negotio talem se præstet impurus ille Tübal, Döubel, qualem nomenclatura propago adumbrat töuberem & töuben; præstringat scilicet animos, effascinet, & occæcet. Hujus porro honoris gratiâ nomen istud formæ diminutionis usurpari ceptum videtur, ut quod nobis Tübaliscum vel Tybailillum efferre liceret, ipsi pro lingua sua indolò formârint Döubelicke, quod observantes Latini ad suæ lingvæ majestatem expoliêre in Endovellicum, & Endobolicum. Neque alienam quis æstimet hujusmodi adpellationem, quum & Maximus ille DEUS in sacrosancto codice nominibus diminutivis invehatur in deunculos gentilium, quod vocula אֵלִילִים exhibet. Eo

pro

1 At vocula Elilim non est diminutiva, sed pluralis
ab

pro comperto nos habemus atque explorato, Cadamona per obfessos etiam hodiédum verbis deminutivè flexis loqui amare.

Cumprimis verò Amoris Numini subservit deminutiva vocum forma, quòd eà vis blanditiarum, quæ amoris condimenta sunt, quàm
aper-

ab *ליל* *elil*, quæ significat nihilum, rem nihili, vanam vel vanitatem Jer. xiv. 14. Zach. xi. 17. & fortè Jobi xiii. 4. ubi vide B. Sebast. Schmidt, p. m. 541. extr. In Singulari nuspiam reperitur pro idolo, sed semper in numero multitudinis, Levit. xix. 4. xxvi. 1. 1. Paral. xvi. 26. Psalm. xcvi. 5. Jes. ii. 8. 18. 20. x. 10. 11. xix. 13. (quem in locum vide Jo. Contr. Dieterici in Antiquitatib. Biblic. p. m. 583. b. f.) xxxi. 7. Ezech. xxx. 13. Habac. ii. 18. Confer Joh. Buxtorf. Dissertation. v. §. 46. p. m. 274. edit. Basil. M. DC LXII. in 4to. Porro Hebræi non habent diminutiva, quæ primitivorum suorum diminutionem significant, sed descriptionibus uti solent; ut pro filiulus, *παιδίον*, *ἰουίον* dicunt *בן קטן* *filius parvus*. Secus verò Syri. Sic Hugo Grotius in Adnotat. ad Deuter. xxxi. 1. 15. & Jesa. xliv. 2. errat, scribens *ישרון* esse diminutivum, curtatum ex *ישרא* & significare *ἰσραηλίδιον*, quomodo infantes adloqui solemus. Fortè Grotio Merceri imposuit auctoritas, is enim hac de voce scripsit idem in Addition. ad Thesaurum Pagnini, col. m. 1105. edit. opt. Colon. M. DC XIV. in fol. Quod eò magis miror cum B. Henr. Ernstio in c. i. §. iii. p. m. 4. f. Commentationis de Studiis diebus festis convenientibus, editæ Soræ M. DCLVI. in 4to, quòd non ignoraverit (imò subjecerit Mercerus) unum vocabulum scribi per *ו* puncti dextri, alterum per *ו* sinistri puncti. Quæ discrimina tamen Grotius olim non observata fuisse probare conatur in Adnotat. ad ad Gen. xxvi. 20. sed argumentò admodum debili, quod solet in ejusmodi.

apertissime exseratur: Unde est, quod à poësis
 Pater perennis fingatur Cupido, idque ipsum
 intelligi voluerant Celta in suo Döubelicke,
 quemadmodum omnium nationum lingua pue-
 ritia verbis nanis atque deminutivis blandiun-
 tur. Huc congruit, quod pueruli adhuc te-
 nerrimi Germanis vocentur Beulike: en kleyn,
 en jung Beuliken. Constat iidem sagas in-
 cubos suos generali nomine vocitare Beulike,
 quò blanditum significans, amatorculum tenel-
 lum, *ερωταεστωρ*, vel *ερωτιδων*. Ex sic vox Beu-
 like, quod & antea de primori illa Baul,
 Buel, monebamus, per *αὐτοεισων* ex iam de-
 cantatiss. Döu Belike expullulat. Ea enim
 est vetustioris Germanica lingua proprietas, ut
 in decursandis Nominibus propriis sibi servan-

1 Marcus Widlerus, Tigurinus (quem Jo. Hottinge-
 ri Adpendic. de Bibliothec. Eccles. & schol. Tigurin.
 frustra quæsi) Pastor Kiltbergensis Episc. cxxxviii.
 earum, quas Dn. Thüsemarius ad Goldastum scriptas
 Francof. edidit annò M. DC. LXXXVIII. in 4to, sequentia
 prædictum ad Goldastum p. m. 169. scribit: *Vidi obi-*
ter Catalogum priscorum Germanicorum Nominum, de quo
te hoc admonere volo, D. Com. Gesnerum pia memorie col-
legisse Germanicorum nominum propriorum Virorum & mu-
lierum (quibus usa est Germania, antequam Saxonum no-
mina ex lingvis peregrinis recipere) aliquot millia, secundum
terminationes disposita. Schedas illas ab observanda affini
meo D. Casparo Wolphio, p. m. nactus, auxi & in ordinem
redegi & describere cæpi, nulla autem edendi occasio ba-
ilensis data, Patrono nimirum destitutus. Si editione digna
vide-

dam deligat partem vocis posteriorem, quamquam Misnici ament anteriorem. Exempla supposito: Sax. Misn.

Andreas- Dreas: Andre.

Nicolans- Claus; Nicol.

Joachims- Chim: Jachim.

Lucia- Zia; Lutze.

Urtia- Tia; Urte.

Pro Magdalena Tena, pro Margareta Greta, & sic in ceteris: Simili igitur modo Böulike pro succinctorio nomine & veluti abortivo nasci voluerunt ex Döubelike.

Immo quam labilis etiam aliâ in lingua exstiterit syllaba prima in voce Tubal exemplum adhuc adfinius evictum dat; siquidem quem Hebrei vocant תּוּבַל־טַיִן Tubal-cain, Latinis placuit pronunciare Vulcanum, extrinsecus initiali syllabâ, retentis ceteris.

Quam videbuntur transmutam, ut emendare & ex his ea locupletare poteris. B. Jac. Thomaeus, §. 449. p. m. 200. si de Plagio Litterario, edit. 1692. in 4to, Rudolphus, inquit, Goclenius Lexico Philosophico suo inseruit Etymologias Germanicorum nominum propriorum virilium, p. 174. s. edit. Francf. annô 1613. quæ nihil aliud sunt, quam libellus B. Lutheri de nominibus propriis Germanorum, plus unâ vice recensitus, et Usellus annô 1559. Witteberge, an. 1611. &c. transposuit alicubi ordine, passimque interpolatus, plurimis interim Lutheri erroribus repletus: (in quibus illud, p. 175. Ex aliis cogitandum relinquo, num & illud vocabulum Alemanni Alemannia sit corruptum pro Adelman, Adelmannia, sicut ego suspicor) ut a plagio excusari Goclenius non possit, cum de Lutero ne hiscat quidem.

Quum itaque & terminationis ratio in nomine ENDOVELLICUS pensanda erat, eam suô jam æquilibriô stare autumo, & taliter à Romanis cantum esse, ne quid in adpellatione Numinis alieni adulterarent, verentes, ut de suo idiotismo huic aliquid literalis soni vel adsuendo vel respuendo aliênô gravem sibi ultionem accerferent.

ENDOVELLICUS igitur idem est ac Doubelike, id quod auribus nostratium sonat immane illud Teuffelichen. Utrum verò magis genuinum fuerit Celtis, Doubel an Dövel, ut huc consonet Endovellicus & Endobolicus, non morosè moror, quum de minus comitis comitè dicere non liceat, neque literaturam apud ipsos simul natam atque adultam esse censeamus; itaque & scriptionem neutri tam Toubal quàm Döbel succenseamus.

III.

De prefixa denique particula EN in voce ENDOVELLICI quod adseritur, representare eam articulum Germanicum Een, ein, id mihi parùm arridet; jejunitas enim exemplorum, qua articulum istum cum nomine Proprio unam in vocem coalescentem exhibeant, hesitare me facit, ut & usitata omnino seculò Germanorum locutio, qui quamquam articulis suis nomina adpellativa fre-

quenter stipent, ab iis tamen in Nominum Propriorum mentione abhorrent: Dacis causa eorum, quæ pro Celticis laudârunt Cæsar, Svetonius, Livius, Ennius, Columella, Lucanus, Festus, Plinius, Tacitus, Polybius, Strabo, Quinctilianus, Martialis, Ammianus, Ausonius, Pausanias, Varro, Cicero, & similes, farraginem aliquam huc ponere libet:

Alanda (Gall. Lut;) Alpes (à Fauno Alp.) Ambactus, Arepennes, Bardi, Barritus, Bedcus, Benna, Bodincus, Braca, Bria, Broga, Bulga, Candetum, Casnar, Dunum, Eporedicus, Framea, Glastum, Leuca, Minare, Marca, Marga, Pades, Pectoritum, Planarati, Rheda, Soldurii, Vergobretus, Urus. Ut nomina propria hoc in theatrum producere supersedeam: Quod si in uno alterove particulam ein tamquam individue præviam faculam Nominum Germanicorum semel observârint Romani, quâ quæso religione inducti eam neglexerint in pluribus? At sane solæcon perpetrat, qui hodièqve dixerit: ein Athanaricus, ein Alaricus, ein Rodericus, ein Hermenricus, ein Theudericus! hæc enim regum nomina percrepuere olim in Celtiberia. Quin potius phosphorum hic agat necesse est articulus Nominibus propriis selectior Der: der Athanaricus, der Ario-

Ariovistus; & sic etiam der Tubal, & hōc modō non Endovellicus nobis dicendus, sed Dee-dovellicus: Atqui talem combinationem nunquā intenderunt Romani, quippe quā & ipsa ceu minus lepidē, si quā datur in Nominibus propriis, admissa feriat Germanorum aures. Alia igitur via insistendum, & cō usque intendendum erit, ut ex praefixa illa particula prodatur significatum, quod cum deminutivo tali se mascule connecti gaudeat.

Prodeat ergo hanc in scenam avita illa H. Saxonum vox Oet, quā mediū mihi ordinis esse videtur inter Nomen & Pronomen, cum neutro enim connubium admittit, solisque faminis, iisque virgunculis, adtribuitur: Et huic respondere in Genere Masculino voculam Oen, lingua illius gnari non abnuent. Ex Oen puto factum Soen, quod filium denotat. Deastro Oen Döubelike consonat alter Oen Dömnike, quem hodie pronunciant ferē Soen Dömnike; de quo fabula decantatissima: I. Oriona autem ita adpellitant. Correlatum huius est Aen, äene, avus; Aenen, ahnherrn, natales & majores, quomodo & aen praepositio propinquitatis significationem habet: Et Oen, quoniam minorennem designat, de se parit Encke, ex En-acke, quod est, arator minor: Enckel ex Enhöckel, nepos; ne enim Nesthöckel est postremò genitus, sic

Z 3

En-

En-höckel filiò genitus. Collidunt quoque Anfang & Ende, illud ex An hoc ex En conflatum, quòd temporis & successionis ratione principium quasi avitum quid sapiat, finis verò juvenari adhuc & florescere videatur. A parvitate simul dictum est En-ge : goe, γῆ, terra, kleiner raum : Engeren, Angrini, Angrivarii : geren circuitares, idcirco & in imaginibus caballigeros se statuerunt ii ipsi : En-gelen Angli ; gelen, agiles, quomodo & hos paucos, at nobiles & bellicosos esse, predicat Tacitus. ¹ Simplex autem illud etiam à nobilioribus Nominum Propriarum censui fuit adscriptum, & ab historicis aliquantò vestitiùs profertur ENNO hodie-dam Frisii solenne. Quemadmodum similiter historici alterum Oet, ut venustius inter Musas micaret, conformârunt in Ada ; & hinc Adilla & Editta ; & composita Metta, Methildis : ita ex Oet, sive Oed mavis, conflatum est Meyd quasi dicas, mie Oet, mein Oet ; quemadmodum meune mater, quasi mie äune, mea origo, unde aen natales. Et sic Meydburg erit Editha burgum ; quoniam Editha ager iste fuit dotalitius, urbisque ibi condenda ipsa auctrix exstitit ; & quemadmodum etiamnum Princeps patrie à suorum quolibet nuncupari adsolet Mein Herr ; ~~da~~ Bar-

¹ Quæsi locum in cassum

Bardianos illos die in der Börde (quod planitiem significat & Longobardis nomen dedit) dominam suam urbisque conditricem Meidit, Mein-Edith, Mie-Edith honorificè & plausibiliter adpellâsse verosimile fit. Ea enim fuit primæva Germanica lingua rotunditas, ut dictionibus constaret quamplurimum monosyllabicis, quarum primitiva trium litterarum numerum rarò excederent, eaque tam fecunda atque habiles, ut in compositionem illicò collivescerent. Unde est non nemo, qui Germanica talia congerere ausus ultra bis mille dinumeravit. Et quomodò hōc nomine Goropius, & quomodò alii admiranda Germanica exsculpere & evahere conati fuerint, Mercuriō res non indiget.

Esset itaque ex his, quæ dissertatio nostra habuit, ENDOVELLICUS: Oen-Döubelike: junger herr Döubelike; vel si mavis: Jungkherr Teuffelichen: NEO-Τυβαλίσκος.

Vera abstrusa fuis puteis antlare laboras?

Sit labor, haustus erit; spe cadis? Hæret aqua?

Perpetuata movent stomachum mera,
temperat unda:

Præsto est! ex undâ dat mera vera
DEUS.

2. Machab. xv. 40. Joh. 11. 9.

AUCTIONARIUM.

His, quæ posuimus, stantibus utcumque videtur denominatio Endovellici ex Belo Chaldaeo longè alienior: Belum enim Chaldaeorum etiam transfundere in Celtiberos, mihi idem est ac miscere Orientem cum Hesperia. Pro meritis quidem suis Belus à Chaldaeis, at & regnorum ceterorum conditores quisquæ à suis, benè audiit, honoresque ut plurimum divinos consecutus est: At neque vola neque vestigium apud historicos exstat, ad Orbis undique terminos adeo pertigisse Belum: Immo ipsum meditalium ignoravit, vel certè despexit: Quidni enim recepisset una inter suos Græcia Orienti vicinior, deorum alias fertilissima, à qua Beli nomen quidem cognitum & decantatum, non item Numen. An igitur sono huic equalia in qualibet etiam lingua matricem suam agnoverint in Belo Chaldaeo omnino singula? Quid in Balearibus, Balthico, Belâ, Belgio, Bellerophonte, Bellua; βήλω, βέλει, Bellare, Bellen, & similibus expectandum? Neque Pœnorum migratio aliquid huc adferre potest, quum ea longè posteriori seculò contigerit. Quare de Belo Chaldaeorum divinare in Endovellico, modò is Celticus est, (quod tamen luculenter & ut solet, solerter exiit CL. REINESIUS) non admittit & Na-

Numinum & Nominum Germanicorum ἀντίστοιχα.

Ceterum præter Berosum erunt forsitan & alii graviores, qui Tubalem Iberorum conditorem dicant; hos verò inde Tobelos vocari adserit Alsted. Thes. Chronolog. c. xx. Et nomine Tubal urbs in Bætica recensetur à Pomp. Mela¹. idémque nominis apud Proph. Ezechielem, c. xxvii. 13., terra Iberica tribui non obscurum erit.

Porro, quàm facile Iberi literam Telidant, videre est, ubi quod olim fuit Tarraconia, avò sequiori pronunciari cœptum est Arragonia: ita & elisâ similiter T Iberos ex Tybal denominatos esse congruit. Adducam præterea quæ ad litteraturam illam adludunt olim hodièque Hispanica: Belo, Abula, Aila, Tebuta, Tevila, Beliacò, Belsinum, Bilibilis, Villena, Balbastro, Corduba, Ebelanum, Bilbao, Hispalis, Sevilia, Eborà, Torbelli, Vellica, Velis, Setabis &c. Quidni & Belgium inde deducam & ex göe, γῆ, terra, ut Brisgöe, Nordgöe; & tritum illud

¹ Bis agit Mela de Bætica, nimirum lib. ii. c. vi. & lib. iix. c. i. sed urbem Tubal invenire non potui in meo exemplo Lugdun. Bat. 1685. in 8t. sicuti nec in Plantin. annò M. D. LXXXII. non contemnendis cum indicibus publicatis. In iii. i. extr. lego, Deva Tritium Tobolicum attingit; quod an velit auctor nescio. Prolemæus sanè vocat Tritium Tuboricum. Vide infra, p. 368.


lud Belgarum Well; Well, quantum ego hariolor, respondet nostro Potz, Gotts! me Christe! ut ita Belgium idem sonet ac Gottland. Et tales à Celtarum Numine Tybale denominationes.

ΔΙΑΚΡΙΣΙΣ SOMNII

CIRCA

DEUM ENDOVELLICUM

per notas breviculas instituta, & vera
ejus notatio cum omni essentia
eruta tandem.

 *Ucundissimum verò mihi somnium, & felicem hanc φαντασίαν ALPHITANDRUM nostrum, cui ad leviam ista studiorum & minora sacra à majoribus, quibus mancipatus est, diverti libuit! Etsi enim eumece, quam gemmam capiti suppositam vera somnia ostendere prodiderunt, Plin. lib. xxxvii. c. x. nunc quidem caruerit; credo, quòd Baëtra, unde quarendum erat, tam procul abessent; neque fortassis caput helleborò, quod facere jubentur, qui oracula in somnis exspectant, purgaverit, quod sub Bruma, quando difficiles sunt medicationes, somniaturus esset; error tamen iste, sive lusum potius adpellem, circa etymon DEI ENDOVELLICI è lingua Saxo-*
nica,

nica, quæ ipsi cum Celtica & prisca Germanica eadem est, accersendi, in quem a conjectura quondam mea inductus fuit, neque sic male cecidit. Quippe factum eò est, ut confusam ejus notitiam, quam veniâ suspicioni interim impetratâ tradideram, ulteriori inquisitione & curis iteratis excplerem ac obscurum, ἀγνῶστον, & ὄντως κρύφιον Θεὸν in clara luce, præsuscine dixerò, constituerem. Prestiti autem hoc succinctis ad ALPHITANDREANA adnotatiunculis, ne scilicet maxima de minimo nasceretur historia, & quòd collatio harum ad illa, indicibus alphabeti literis, rem omnem optimè tam in ἀνασπενάσει quàm in κατασπενάσει doctura esse videretur. Puto curiosissimo cuius me sic satisfacisse; non suspicor nunc ultra, sed certò, quis & quorum fuerit Endovellicus, scio.

Nomen IDUBELÆ, qui & IDUBEDA, in profana literatura, quem ego Hispaniæ populis Iberis, & post è Celtica advenis, cumque his in unam gentem coalescentibus Celtiberis adpellatis conditorem constitui, & inde utrisque commune Numen, idem planè est cum TUBALIS Mo-faici. Indigitavi autem è Pseudo-Beroso regem Celtiberorum, **qui** φύλαρχος, ἐξαγα-
γεις

γερῶς & dux profectionis ex Asiæ Boreabilibus in Europæ continentem Occidentalem isti Japetigenarum corpori contribulibus suis; cognominibus seu potius φερωνύμοις & ab eo denominatis fuerat. *Rudi enim & simplice seculò non reges sed familiarum capita in suo genere erant, Jörn. de regn. success.* Neque migrationis gentium primæ rationis & tempora patiuntur, TUBALEM ipsum, qui filiorum nepotumque suorum familiis capiendis alendisque satis ad aliquot ætates futuram regionem & vastissimas Scythiæ Sacarumque solitudines, à meridie Caucasò & Hyrcanò mari, à Septentrione Alanis & Rhymnicis montibus, ab Oriente Imaò, ab Occidente Sarmatarum Cerauniis Hippicisque jugis determinatas, siue avi Noachi, siue parentis Japeti institutò nactus fuerat siue elegerat habitandas, in Hispaniam remotam adeò incultam horridamque transitis aliis æquè talibus vicinioribus deduxisse colonias, regiò imperiò stabilitò & conditis civitatibus *Setubale & Tndellâ*; multò minus credi debet, Noam urbes in ea, *Noëgam* in Asturiis, *Noëlam* in Gallæcia nominibus nuruum è Chamo & Japeto suarum extruxisse; quod figmentum securè nimis ex Annianis lacunis in fontes Berosanos corrivatis hausere scriptores Hispanicarum ori-

originum plerique; maximè nugator *Fr. Tarapha Canon. Barcinonensis: unus ꝑ. Vassans* cautior se; *Berosum, Manethonem, Annium Viterb. Florianum Occampium, & Petrum Antonium Beuterum* in his seqvi profitetur, & horum igitur fide seriem regum eorum, qvi fabulosi tamen plerique (subest enim narrationibus istis etiam aliquid veri & sani) & οὐχ ἰσορίας, ἀλλὰ κουρεακῆς καὶ πανδήμων λαλιᾶς ἐμολγε δοκοῦσι τάξιν ἔχειν καὶ δύναμιν; tradit. Non est operæ pretium immorari confutandis Annianis istis nugis; qvòd fecere qvoad istos Hispaniæ domicellos accuratissimè ꝑ. *Goropius in Hispanicis: ꝑ. Mariana, lib. i. rer. Hisp. c. vii. Ludov. Nonius à Sanctarena, descr. Hisp. c. iii.* Ab adpellatione verò IDUBELÆ potiùs, qvàm à TUBALIS ENDOVELLICUM repetere volui, qvòd cum illo magis; qvoad scil. capitalem etiam syllabam, qvæ utrinque una est eadèmqve, ut docebo infra; qvàm cum hoc convenire videretur. Eum IDUBELAM non esse fictitium, uti voluit *Mariana, l. d. & Gorop. lib. ii. sed à γνησιῶ Beroso ipso ab intima Antiquitate acceptum traditumqve vel adpellatio montis Idubelæ, qvæ tam vetustissimis geographorum, Plinio¹ & jam Ptolemaíoqve, qvàm recentior*

ri⁴

¹ Flumen Idubeda memoratur Plinio, lib. 3. c. 111. sed

ribus omnibus commemoratur, totidem litteris iisdemque syllabis, docuerit. Mons iste de IDUBELA TUBALEve certissimus index est; & vicissim de monte cognomine ENDOVELLICUS DEUS testatur adeò liquidò, ut neuter à quoquam ultrà negari ullo modò possit. Fallitur ergo Goropius, qui quòd nullum in tota Hispania vel quondam exstiterit, quantum quidem memoria veterum scriptis traditum habemus, vel nunc exstare audiat Tubalis monumentum; adserit l. d. f. 4. itémque Johann. Margarinus Ep. Gerundensis, qui lib. 1. paralipom. rer. Hisp. de Tubale in Hispania & Cetubalibus ab eo sic dictis primis Hispaniæ cultoribus nulla authentica testimonia ad nos pervenisse scribit. Præter enim IDUBELAM dominum aliquarum ad Iberum maximè partium in Hispania, & montem ibidem cognominem, habemus nomen ipsius populi expressissimum & adpellationem conditoris sui exactè repræsentans TOBELIOS, TOBELOS, Θοβήλους, apud Josephum, lib. 1. Αρχαιολ. c. vii. Θοβεήλους, Thobeeelos apud Euseb. lib. ix. ἀποδείξ. εὐαγγελ. ubi Josephi locum citat, Ἐντουίλους, Entovilos, apud
 Stra-

sed montem Idubelam non recordor me in eo legisse. Strabo & Ptolemæus, Tab. 11. Idubedam montem agnoscunt.

Strabonem, lib. III. si prava, quæ hæc-
 nus tamen apud omnes doctos in quibusvis
 editionibus obtinuit lectio & vox *μη-
 λιν*, è qua nomen populi Hispaniæ *Tui-*
fi, qui similiter fictitii & nulli planè, geo-
 graphi sublegèrunt, emendetur; & DEUM
 ENDOVELLICUM, horum proprium,
 q. d. *Tobelicum*, *Tovelicum*, *Dovellicum*,
 ex solis Inscriptionibus Villa Vizosanis no-
 tum. Si igitur *Josephum* legisset *Goropius*,
 si *Strabonem* pravè descriptum correxisset,
 si Inscriptiones Lusitanas Villæ-Vizosæ ex-
 pendisset, jam satis de Tubale in Hispania
 testimoniorum comperisset, cùm *Josephum*
 de Gallorum à Gomere ortu ceu testem
 laudet, & *Annio* nugatori ritè opponat lib.
 III. *Gallicor. Goropius*, eum in eadem *ῥή-*
σει, id, quod de *Thobelorum* origine erat,
 prætervidisse. Idem reponimus *Ill. Scali-*
gero, qui Epist. ad M. Freherum, quæ
 ccxxvi. est lib. III. p. m. 487. scripsit,
Josephum Πηγῖνας nomen genti ab Aschena-
 ze conditæ à Græcis impositum commemo-
 rantem, c. VII. lib. I. hoc ut & alia, (scil.
 quod de *Θοβήλοις* paullo antè dixerat) quia ali-
 bi ea gentium nomina non extent, confinxisse.
 Parcius ista, ὡς αἰγὰν. Ignorantiam nostram
 mensuram veritatis rerum constituere, illicitum
 planè est, & intolerabile. Certè unde-
 cùn-

cūqve nomen Tobeliorum seu Tobelorum hauserint Judæi Ἰουδαῖοι, non est id commentitium, sed sive culpâ nostrâ, sive defectu scriptorum ac deliquiô vetustatis factum est, ut hætenus doctis ignorabiles ii fuerint objecti. Agnoscimus verò eos hodiè liquidò & bene-penitissimè inde, uti modò dixi. Eorundem Tobelorum vestigia *Scaligero Goropio*que monstrare prætereà possumus in Vardulorum, qui Hispaniæ populi itidem sunt Cantabris orientiores, & è Gallia Pyrenæum emensis primi occurrunt, urbe *Tritio*, quam *Mela*, lib. III. c. I. extr. *Tobolicum* cognominat; *Ptol.* lib. II. c. VI. Τρίτιον του Βορρακον; ubi ου pro more Ionum vel Ptolemæus, vel quos hic autores secutus est: τὸ εἰς verò pro λ incuriosi librarii posuerunt. Quin & eodem tractu Tritiô dictô vicina opida Τίβαλα & ταβαλακα, quæ ibidem nominat Ptolemæus, (Ita verò legi oportere, pro eo, quod amanuenses τ in adfinem ρ transformantes Τίβαλα & ταβαλακα scripsere, indubium planè est) Tobelos, ignotos hætenus, qui & quarum partium Iberiæ fuerint, manifestant. Et hinc, quòd isto inter Iberum & Pyrenen non adeò multorum milliarium spaciô tot loca eadem appellatone consona reperio, Tobelos seu του-
λους

λους (ubi τὸ υ¹ consonans est & consonanti labiali β, τῷ β, b vel f Latinorum æquipollet, ut in Ραυέννα, *Ravenna*, καλαυρία, *Calabria*, καυταυρικά, in *cod. mscr. Strabon. Cantabrica*: Πατάριον apud *Ptol.* lib. III. c. I. *Patavium*: κατυελλανολ, *Catvellani*, lib. II. c. II: Λουία, *Lovia* inter urbes Vaccæorum; lib. II. c. VI. Γεγυίσκαι, *Gravisca*, urbs ad mare Tyrrhenum, lib. II. c. I.) quos *Strabo*, lib. III. ad Iberi fontes, qui sunt in Cantabris paullò infra Vellicam metropolin, locat, ibi coluisse & consequenter DEUM Endovellicum ibidem celebratum cultumque primùm, pòst cum Celtiberis, qui ea loca cùm è Celtica cis-Pyrenaica provincia advenissent insedere, μετανάσαι in Lusitaniam progressis & ad Anæ ripas in Celtica dicta confidentibus eò, ubi hodie Inscr. istæ conspiciuntur, commigrasse colligo. Idem planè, quod in *Strabonis* τουίλοις, fortè etiam Dovellica² *Flori* lib. IV. c. XII. & *Ptolemai* τουέλλικα, lib. II. c. VI. (syllabam enim initialem Do in illius, in hujus verò codicibus, quotqvot hodie extant, literam T abjecere inadvertentes librarii, nisi Cantabricæ veteris lingvæ idio-

tismò

¹ Vide suprà, p. 81.

² Frustra evolvi Florum, omnes enim habent *Belgicam*, *Vellicam* solus *Stadius* legit, in inciso 49.

tismô apocope facta est) commisere descriptores in *Appiani Bellis*. Is, lib. *de bello Hispaniensi* (p. 471. s. edit. Amstelod. 1670. in 8t.) Celtiberorum quoddam σύστημα, quorum urbs Segeda à T. Semp. Graccho deditione captorum & susceptorum in foedus, *Tobellos* adpellaverat, sed qui in *Bellos*, ob veri nominis ἀδοξίαν transformati sunt. Coluerunt hi, secundum *Appianum*, juxta Titthios & Arevacas seu Arbaschos; hi autem, uti in tabulis geographi depinxerunt, inter Numantinos & Pelendones; quorum sedes cum Autrigonibus ad Iberum usque & ceteriora ejus tetendit: quod indicio est eisdem plane esse Bellos sive potius *Tobellos Appiani* cum Ἰντουίλοις *Strabonis*, Ἰοσέφης Θοβήλοις, *Eusebii* Θοβεήλοις, & loca ultra cisque Durium multò quam depingunt Geographi septentrionaliora habitasse. Illorum verò memoria, etsi oblitterata pænè undique, in *Dovellica* sive *Vellica*, quam paulò suprâ fontibus Iberi condiderant, proximis ante solutam per Romanos ἀυτονομίαν gentium Hispanicarum, maximè Cantabrorum, nobili urbe, ad quam primùm praeliatus esse D. Augustus à *Floro*; iv. xii. 49. commemoratur, restat omnino illustrissima & notabilissima. Insuper testantur de iisdem montes, Hispaniarum nominatissimi, *Ebalici*:

lei: Ita editum est in *paralipom. Hispan.* *Johann. Margarini Ep. Gerund.* lib. 1. f. 7. & 25. in *Flori* codd. IV. XII. 50. *Eduilius* & *Medullius*: in *Orosii* membraneo *Idilius*. Docti meo indicio, imò veritate jubente ipsa, legant *Tobulei* seu *Tobilei*. Hi, quia radicem habent à *Pyrenæo*, & à *Cantabris* magnam regni *Navarræ* partem secludunt (*Ptolemaus* enim circa *Eduili* situm falsus est, quòd inter *Bergistanos* & *Syvestitanos* *Vasconibus* contiguos, qui omnes *Cantabris* sunt *Orientaliores*, eum reponat, & alium ab *Idubela* faciat:) itémque, quia *Durnus* fluvius ex iis procedit, uti scribit *Margar.* l. d. f. 27. tam illud verò quam hoc de *Idubela* monte verissimum est & manifestissimum; cum *Idubelâ* planè iidem sunt, patétque clarissimè è descriptione prælii ad *Vellicam* & *Cantabrorum* αλώου apud *Florum*, etsi adpellatio, capite scil. truncata, paulum deflectat. Et quia à primis habitatoribus ita dictos esse tradit idem *Margarinus*, nomen horum fuisse *Tobiles* consequens est, simulque vero consentaneum, à *Tobele*, *Tubale*, *Idubela*, quæ ταυτώνυμα sunt, ortos & denominatos. Solenne autem in gentium migrationibus fuit perpetuum, ἐπὶ ἡλυδας in recens inventa patria ad fontes fluviorum & ripas in amœnis convallibus &

locis pascuis confidere aliquantisper, dum
 aucti juventute ad interiora & inaccessa ma-
 gis penetrarent. Istud tam Iberi ex Asia,
 cum vicinis Scythiæ & Paropanissæ incolis
 (hi enim de Tubalis familia, Tobelii veri,
 fuere) quam post Celtæ è Gallis in Hispa-
 niam delati procul dubio tenuerunt, eoque
 utrique ad Iberum, quem denominarunt il-
 li, quique Pyrenæo Hispaniam intrantibus
 proximus & nobilior, utpote propter quem
 universa provincia Iberia dicta est, Plin.
 lib. III. c. II. occurrit, moraturi sedes fi-
 xere. De re igitur tot testimoniis firmata
 scil. *Tobelis*, *Tobellis*, *Dovelis*, *Tobeliis*,
Doveliis, primis Hispaniæ incolis non du-
 bitabunt ultra, si qui Scaligerum de Jose-
 pho & Ἰασηνισαῖς Judæis sic quidem rectè
 censuisse sibi persvaserint; quod mihi lon-
 gè videtur secius. Fugit Lynceum istum
 appellatio gentis apud alios scriptores omnes
 corrupta, sed quam feliciter, puto, resti-
 tui, & è *Josepho*, *Strabonem*, *Florum*, *Ap-
 pianum* emendavi; illum verò ex his expli-
 cavi & contra importunam censuram defen-
 di:

- - - alterius sic
*Altera poscit opem res & conjurat ami-
 cè.*

(B) Nihil proderit antiquitatum lingvæ
 Cel-

Celticæ seu priscae Germanicæ in partes advocatio. *Tobeli* enim nomen hoc suum inde à Caucaſo ſive Tauro, ad cujus jugum, quod Paropamiſſum dixerent, in regione Paropamiſadarum *Prot. lib. vi. c. xviii. τοβολιτας*, qui interpretibus Latinis Bolitæ, locat: & Hyrcani maris litoribus è Scythia Iberiâqve Aſiatica in Europæam attulere, à Tubale ἀρχιπάτορι ſuo lingvâ Ebræâ ſic dicto, cujus patri tota Scythiâ ab Imao monte uſque ad Hyperboreos contigerat, acceptum. A *Tobelarum* ſeu *Doveliorum* (b enim & v alternant ſolemniter) allatô ex Oriente nomine gentili barbarô formavere typô ſuæ lingvæ Romani ſive poſſeſſivum, ſive gentile poſſeſſivi formam habens *Dovellicus*, *Dobolicus*, *Dobelicus*, ut *Dovellicus* Deus ſit, qui proprius *Doveliorum*, gentis Hiſpanæ. Hi igitur *Tobeli*, qui & *Dobeli*, Latinâ ſcripturâ, nomen dedere *Tobelia*, *Dobelialia*, *Tovelialia*, *Dovelialia*, *Tubalia* ſeu *Dubalia*, (corrupte *Setubalia* adpellant ſcriptores moderni Hiſpani) regioni, quam colebant, Hiſpaniæ: hinc τυπη τεχνικῇ Romanorum formatum *Dobelicus* & geminatione τῶ l, quam imitatione Græcorum Latini auſpice *Enniô*, teſtis *Festus in Solis auxilia*, frequentant, *Dobellicus*, & v conſonantis ſubſtitutione τῶ b, *Dovellicus*: quem ho-

mines Romani sive facti sive nati fide lapidum Villa Vizorianorum, Hispaniæ incolæ, ceu patrum DEUM coluere. Præterea non Celtarum solum hoc Numen fuit, sed Celtiberorum; & si maxime Celtarum acceptum tamen à Tobelis ex Asia inde in Europâ hospitibus, & ab his traditum illis in Hispaniam advenis. Quò sic constitutò in nudo somno habendum planè est, nomen Endovelliei formâ diminutivâ apud Celtas significasse, quem Latini Tubalium, Tubaliscum, minorem seu juniorem Tubalem vocarent: & de ejus vanitate non disquirendum ultra.

(C) Christianos Doctores, pietatem nefariam & antiquas superstitiones, quas hominum animis evellere penitus non possent, ad Christianum ritum accommodasse, & honores cacadæmonis ad DEUM & Sanctos transtulisse, voces etiam quæ divinis potestatibus innocentibus seculis & primum datæ fuerant, ad foedam autem idololatriam degenerarant, ad doctrinam & ritus suos reduxisse in confesso est apud omnes. Nescio ergo an verum sit, Nomina Deorum gentilitum, quæ fuerant idololatriæ usitata, à convertis ad verum Deum populis cacadæmoni fuisse populari usu loquendi imposita, hæc vero scio, ei probando exemplum à Van-

à Vandalorum more peti non debuiffe, neque enim quadrat, neque narratio satis fida est. Res autem ita habet: Vinidi, quos qui Vandalos adpellant improprie loquuntur, duplicem Deum, unum boni, alterum mali autorem coluere: illum dobreho Boha; hunc zleho Boha adpellantes, Persarum hæc superstitione ἀποφυσίδες & asseclæ, quos ejusmodi ἀντιπράττοντας δαίμονας coluisse è Laërtii proœmia¹ notum est. Christiani autem facti Vinidi Deum verum Boha; at Diabolum Czerneho Boha, i. e. nigrum Deum, quâ ratione eum D. Paulus 2. ad Cor. iv. 4. Θεὸν αἰῶνος τούτου, & Patres Latini adpellarunt Æthiopem, hodièque, ut & Czertha nominant: & absolutè zleho, i. e. πονηρὸν² nequam, malignum: imitationèque Patrum Ecclesiasticorum etiam majores nostri Ger-

¹ Diogenes Laërtius dicto in Proœmio c. viii. ita dicit: Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πρώτῳ περὶ φιλοσοφίας καὶ προβλέπουσι εἶναι τῶν Ἀιγυπτίων καὶ δύο καὶ αὐτοὺς εἶναι ἀεγχαῖς, ἀγαθὸν δαίμονα, καὶ κακὸν δαίμονα. i. e. Ægyptiis verò antiquiores esse magos, Aristoteles auctor est, in primo de Philosophia libro: duobusque ex illorum sententia esse principia: bonum demonem & malum. Tu vide B. Klotzium, Disp. vi. Pneumaticæ, §. 8. p. m. 318. 6. edit. Rostoch. m. dcxii. in 8t. hæc latius deducentem.

² Vide omnino If. Casaub. not. in Gregor. Nysseni Epist. ad Eustathiam, Ambrosiam & Basilissam, p. m. 25. edit. Lütet. m. dc. vi. in 8t.

Germani eundem Hellemohre, i. e. *Æthiopem infernalem* indigitârunt. Exstat hæc appellatio in vetustis rhythmis Germanicis, quibus Ecclesiæ sub Pontificibus Romanis statum ante hos 400. annos Imperatore Philippo deplorat *Waltherus von der Vogelweide*, ejus familiaris & consiliarius domesticus, laudante *Goldast. in Repl. pro Imp. c. xxviii.* Hinc adparet falsum in narratione de Zern Vandalorum: Est enim ea vox adjectiva & significat nigrum.

(D) Vulgus in quibusdam Franconiæ, Thuringiæ, Saxonæ Misniæque partibus Diabolum adpellat Luczifer, Lutziber: idemque fieri ab Italiæ provincialibus è colloquiis *Trajani Boccalini* adparet, sine dubio arrepto ab homiliaistis, qui Luciferum è malè intellecto comm. 12. c. xiv. Esaia, & imitatione Græcorum Latinorumque (nam & *Jobius monachus apud Photium, C. 212. f. 660.*

3 Mihi in præsentia succurrit hic Cassiani locus è lib. xii. c. iv. Institution. Et ut gravissima tyrannidis ejus potentiam cognoscamus, Angelum illum, qui præ nimietate splendoris atque decoris sui Lucifer nuncupatus est, nullo aliò, quàm hoc vitio (superbiæ) dejectum calitus invenimus, & ex illa beata sublimique Angelorum statione telò superbiæ vulneratum ad inferna fuisse conlapsum. Tu vide hoc de Jesaie loco B: nostrum D. Franzium, de Interpretat. Script. Orac. xciv. p. m. 606. f. edit Witeberg. M. DC. xxxiv. in 4to; B. D. Joh. Tarnov. in Exercitationib. Biblic. Class. ii. u. x. p. m. 204. f. edit. opt. Lipsienf. M. DC. XL. in 8to.

f. 660. & *Bernh. hom. xvii. in Cant.* & legis Muhammedanæ, *Alcorani dicti*, compilatores hâc significatione usi sunt.) indigitant, nomine. Hoc unius literæ immutatione in Zuttiber abiit, ut ridicula est plerumque plebs rudis ac simplex in exprimendis lingvarum aliarum, maximè Latinæ, vocabulis: sed ejus consuetudines tamen legem faciunt tandem.

(E) Nomenclaturam cacodæmonis in lingua Germanica à nomine Tubalis desumptam esse, vel ad hunc respexisse impositione nominis istâ nostrates, temere adseritur. Formaverunt enim è Græco διαβολος, in qua significatione voce eâ sacri scriptores Græci soli usi sunt, & post hos Latini: à quibus quia lux Euangelii ad Germanos traducta est & cum hoc doctrina de Angelis & Diabolis, etiam adpellationes tam Angelorum, quàm Dæmonum hi ab illis mutuati sunt, & suo idiomati transferipsere.

(F) Frigidum verò etiam hoc etymon voculæ Buel inter ἑρωτικός. Verosimilius est deduci ritè ab Ebr. בּוּעַל Baghal i. e. *Dominus*, quod inter amatoria fuisse olim, uti & est hodièque, vel unò Martialis venustò epigrammate constat.

(G) At hoc multis, postquàm Celtiberi exolevisent toti in Hispania, seculis, &

hi, quos nominat, Gothorum reges fuere non Celtiberorum, nihilque cum his commune illis.

(H) De hisce è suprà dictis judicari potest, inutilem scil. laborem omnem esse, voculam *Endovellicus*, quæ origine Ebræa est, terminatione autem Latina, ex antiqua Germanica lingua exponere. Summa negotii hujus omnis est: Iberos in Hispaniam venisse autoritate M. Varronis, *Plin.* lib. III. c. I. tradidit: & adparet ex adpellatione, quâ antiquissimi Græcorum historici, *Scylax Caryandensis*, Dario Persarum regi *οὐρχεονος*, *Herodotô* prior, ut qui eum citet lib. IV. *Ephorus* apud Strabonem, poëta jamborum periegetes, quem *Apollodorus* Nicomedi regi Bithyniæ notum fuisse probat *CL. Salm.* vel Iberos Occidentales denominârunt, vel inter Europæ populos censuerunt, *Iberas*, quos Romani etiam ante *Ennii* tempora, uti ex hujus fragmento apud *Charis.* lib. II. p. 179.

Hispanè non Romanè memoretis loqui me colligitur, Hispanos: contra *Dionys. periegetes* & commentator hujus *Eusthatius*, *Priscian.* lib. VI. *Socrat.* lib. I. *hist. Eccl.* c. XVI. *Niceph. Call.* lib. VIII. c. XXIV. Europæos Iberos i. e. Hispanos conditores Asiaticorum traduxerunt. Propter istos omnium primos

ex Asia possessores, qui Tubalis erant posterii, Tobelos, Tovelios, Tubalios, Tubalæos, Hispania dicta fuit, ut paullo antè tetigi, Tobelia, Tovelia, Dobelia, Dovelia, Tubalia, Tobolia. De literarum enim T & D, similiter b & v alternatione non curandum est, multo minus de vocalium e & i in præfixo, o & u in nominis syllabâ primâ, item a e & o in secunda syllaba permutatione. Ei nomini gentili Ebræo *To-velorum*, seu *Dobeliorum* si vel juxta Ebrææ lingvæ consuetudinem ה He sive adspirationem sive articulum, sive pronomen, vel articulum Het, quem *Goropius, Vertumnô*, p. 40. & alibi passim, lingvæ proprium esse & exprimere notationem vocis Latinorum Ipsi, docet, præfixum esse imageris, ex-cunt *het Tovelî, het Tovelii, het Tobelii*: item *hed Dovelii, hed Dobelii, hed Dovelîa, hed Dobelîa, het Torvalia, hed Doba-tia, hed Dubalia*: perinde ut è nomine primitivo proprio *Tubal, Tobel, Tovel, Du-bal, Dobel, Dovel*; fit *het Tubal, het To-bel, het Tovel, hed-Dubal, hed-Dobel, hed Dovel*, è *דובל*, uti LXX. efferunt & *Θό-βηλος*, uti Josephus, præfixo he, fit *het Tobel, hed Dobel hed Dovel*: quamvis hoc modò nomina propria irregularia fiant: ut *הארונה Aravna 2. Sam. XXIV. 16. דלמן*
ὁ Πλά-

ὁ Πλάτων, *Plato*. Geminatorem verò τοῦ *daleth* sive *thau* in voce barbara abhorrentes Romani, alterutri horum τὸ Ν substitutūre, eodem planè modò, quò ex Ebr. **יִתְּנָה** *Hoddu* à Græcis Latinisque vocula **ινδινη**, *India* formata est, puncto dages, quod geminandi vim habet substitutò τῷ Ν, euphoniæ gratiâ; sonat enim certè τὸ Ν ante D. plenius quàm dd geminata ipsa: Inde, uti claret, factum *hen Dovel*, *hen Tubal*, *hen Tobel*, *hen Tqbal*, vel litera prima substituta quintæ *han Dovel*, *han Tubal*, *han Tobel*, *han Tobol*, *han Dobal*: & abjectâ aspiratione, ut adfuevère Romani *en Tobel*, *en Tovel*, *en Tobol*, *endovol*, *endobal*, *endoval*, *en Dobel*, *en Dovel*, *en Dovellicus*, *en Dobolicus*, Græci utrumque, tam vocalium permutationem, quàm τοῦ Ν interpositionem in barbaris vocibus frequentare similiter solebant. Qui enim Ebræis *Tubal*, *Tubal*, *Tybal*, *Dubal*, & cum præfixo **הַתּוּבָל** *hat Tubal*, *hat Tybal*, *had Dubal*, Latinis *Indibilis*, *Indubela*, *Indobela*, *Indubela*, *Endobal*, *Endobel*, *Egdubela*, *Edu-bela*, (idem enim nomen toties reperimus variatum) ipsis **Ἀνδοβάλης** est: Hispani etiam sic adsolent **ἐπεντίθεσθαι** τὸ Ν: dicunt enim *Mandan*, quem Ebræi *Madian*, qui Abrahami è Ketura filius fuit, *Gen. xxv. 4.*

ad-

adpellârunt. Varios populorum circa vocum, quas ex aliis inde lingvis in suam quivisve transumsere, capita (de extremitatibus hîc non attingam, quas Æoles, Dores, Osci refecare soliti sunt, multo minus de literarum tam vocalium quam consonantium permutationibus quæ infinitæ sunt, & harum potestatibus,) lusus; præterea cuique pro suo idiotismo peculiarem propriumque fuisse & hinc natas adeo diversarum linguarum tot dialectos & harum simul innumerabiles corruptelas observo, quemadmodum è vario puncti fluxu lineæ infinities diversæ, & ex harum similiter vario situ figuræ literarum tot Alphabetorum maximè diversiformes prodire. Modò vocabulis sibilum præposuere: *E Pania* quæ à Pane sic adpellata est *Plin.* lib. III. c. II. fecere *Spania*: ¹ ex ἰβύλλα apud *Stephanum*, *Sevilla*, *Sevilia*, *Sivilia*: è Μαργαρίδα, quam *Ptol.* lib. VI. c. XII. & lib. VIII. tab. VII. in Bactriana, *Arrianus* lib. III. & *Curtius*, VII. VI. IO. in Sogdiana locant, *Samaracanda* hodiè Tartarorum

¹ Rectè; nam sæpè ρ σ nominibus adfigitur propriis in principio: Sic qui Herodoto, lib. III. c. XXX. & Aristoteli Σμείδης est Cyri filius & Cambyſis frater, cum nonnulli *Merdim* & *Merdiam* adpellant, ut testantur Scholia ad Persas Æschyli; apud quem Æschylum ipsum malè legitur Μάεδης, ut jam vidit Scholiastes.

rum Zagathajorum, Arabes & Geographi penè omnes: ex *Amastris*, quò nomine opidum Bithyniæ est ad Pontum Euxinum, *Samastro*; ex *Athens*, *Sathines*: Latini asperum flatum in Græcis vocibus in sibilum³ mutârunt; inde *sues*, ex *ῥες*; *falvus* ex *ὄλκος*, *sopor* ex *ὑπας*, *sal* ex *ἅλς*: *Salamantica* ex *Ελμάντινα* apud *Polybium*. Alii *ελεγμὸν* vitantes ceu *κακέμφοτον*, sibilum abjecere, ut *Æoles* & Græci recentiores, *πίζα*, *παῖρα*, *μάραγδος*, pro *σπίζα*, *σφαῖρα*, *σμάραγδος*: *Galenus*, v. m. m. c. xii. *Tarβίας* monticulum inter Surrentum & Neapolin ob aëris ficcitatem pulmonum vitiis ex humiditate & putredine salubrem stationem adpellat: quem Latini, *Ovidius*, xv. *Metam.* v. 711. *Columella*, lib. x. v. 133. *Seneca*, vi. nat. Qu. c. i. *Plin.* lib. iii. c. v. *Symmachus*, lib. vi. Ep. xvi i. *Stabias*: modo initia dictionum quæcumque detruncârunt; inde è Græcis *ὄδους*, *ἐπικίρνης*, *ἐπίουρος*, *ἐλύδης*, *Attico*, *ἐδέσχω*, *Æolico* fecere *dens*, *pincerna*, *pinrus*: *lutra*: *esca*. *Iturissa* *Melæ*, lib. iii. c. i. & *Ptolemæo*, *Turissa* *Antonino* in *Itin.* *Asturia*, *Strabo-*
ni

² Vide Gvil. Schickard. in *Tarich.*

³ Confer quæ diximus ad *Angeli Caninii Hellenismi*, p. 109. edit. nostræ Lugdun. Batav. m. dcc. in 8t.

ni *Sturia*: ⁴ *Secusteron*, opidum Provinciæ; Antonino, hodiè Gallis *Cisteron*, civitas Episcopalis, Ἀσπα urbs Parthiæ Ptol. lib. vi. c. v. Arabibus, Ebræis & Latinis Izpahan, Isfahan: scriptoribus Italis hodiè *Spahan*: *Interamnina*, vulgò Ital. *Terani*: *Ariminum*, *Rimino*. Vallis Prettigoe in Rhætiis incolæ Germani vocabulis Latinis Italicisque incipientibus ab f præponunt p; dicunt enim *Pfummet* pro *fundamentum*; *Pfenster* pro *fenestra*: *Pfävers* pro *Favaria*, seu *Fabarium* monasterium D. Benedicti intra Rhætiam in terra Rhucantiorum, & thermæ, aliis per Germaniam provincialibus *Pfefferbad*: contrà Saxones & horum dialecto adsveti è voculis Germanicis à Pf incipientibus τὸ p abjiciunt: dicunt enim *ferdt*, *farr*, *flug*: & ista τὰμ πρόσθεσις quàm κολόβωσις, quæ per leges non licuisset, vul-

4 Sic quàm initio *Assyriam* dixere, & quos, ut incolas, *Assyrios* & *Assyres* (ut habet apud Stephanum Byzantinum de Urbib. voc. Ἀσσυρία, & Eustathium in Commentariis ad Dionysium de Situ Orbis, p. 103. Eratosthenes) deinde *Syriam*, *Syrios* & *Syros* efferebant, haud aliter primam vocabuli syllabam decurrantes, quàm qui ex *Hispania* *Spaniam* aut *Abelione Bellnum* fecere; unde & postea venit, ut *Assyrius* vocabulum esse Barbarum, *Syrus* autem Græcum docerent. Firmat auctor verustissimus Herodotus in Polyhymnia, c. LXIII. extr. Οὗτοι δὲ (de Assyriis loquitur) ὑπὸ μὲν ἑλλήνων ἰκαλίοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσυριοὶ ἀκλήθησαν i. e. à Græcis isti Syri vocabantur, sed à Barbaris Assyrii sunt vocati.

vulgi pronunciantis consuetudine apud quamque gentem introducta est & paulatim invaluit. Est ubi aspirationes, articulos, prae-positiones cum ipsis vocibus fecere coalescere: Factum ita ex ἡ Σπανία, Hispania; ex ἡ Μοψοβησία, Hemöpsobestia apud Procopium πρεὶ κτισμ. ιουδ. è *Ruha*, quæ & *Rohai* i. e. Edeffa, urbs Syriæ; adsumptò articulò Arabicæ lingvæ al, *Alruha* & pronunciatione *Arruha*, *Erruha* *Erroha*, *Orrhoai*, *Osroi*, *Osdroi*; unde *Osroëna*, *Osdroëna*, *Osdruena* regio: è *Racca*, urbs est in termino Mesopotamiæ sita, *Alracca* & *Aracca*: è *sere*, *sare*, *sore* (sic Arabes vocant tumoris seu tuberculorum quoddam genus, Græcis Latinisque indictum; non insolens tamen nostris regionibus) *alsere*, *elsere*, *offere*: è *Phrath*, qui Arabibus *Elphrat*, Euphrates: è Σινῆς, *Sinis*, populo & regione Asiatica contigua Sericæ, *Alzina* & *Azzina*: è nomine vetere die Ur, vel de Ur, quò fluvium ortum in finibus diœceseos Curienfis, valle S. Johannis, & in ditione Tigurina in Rhenum decurrentem adpellarunt, facta est hodierna ejus nomenclatura *Dur*, *Duras*: unde nomen *Durgovia* regionculæ, *Ofuv. Molitor not. ad Henr. Glareani descr. Helv. Arime* insula in sinu Puteolano, *Virgilio* & Latinis aliis *Inarime* ex co-

alita

alita præpositione Ionica *αι* cum ipsa voce: *Comites à Metsch*, inter illustres Rhætiae familias, *Amasis: Florianus à Campo* Hispaniae historicus recentior, *Occampius*, præpositione nomini, quod regit, copulatâ: Ita *ater* Latini dixere colorem in summo suo fastigio nigrum, quasi à terra. Græculi recentiores vocabulis Latinæ, Italicæ, aliarumque linguarum provincialium à b vel p incipientibus *μ* præponunt; in ab s incipientibus, hoc resolvunt in Tz: inde *μπάιναλος*, *Τζηκούρη*, *Τζικαλος*, *Ντζιν*, *Bajulus*, *securis*, *Siculus*, *Sina*, qui *ἔ* China. Convertuntur etiam & transponuntur elementa ac syllabæ diversimodè: Ita *Alarante*, nomen opidi, ad ripam dextram Durantii in Provincia, *Tab. itin. Peking*. hodiè *Talart* est: hoc modò è Græco *καρκίνος* Latinorum vox *cancer*: Nam conjunctio Latinorum è Græca Dorica *μάν* formata est: modò consonans, quæ seqvedatur initialem vocabuli vocalem, huic præponitur; hinc *Urfa* fluvius è monte Furcâ in Helvetiis ortus & sub Brugis Herogœæ opidulo in Rhenum labens, hodiè *Räsa* adpellatur, *Molitor. l. d.* modò vocalis una, modò plures ejiciuntur retentis consonis; ita è Græco *νάεγρος* *fe-*

i Sic; *μπανίας* *Bassa*; *μπουμπάρδα* *bombarda*. Vide Bernegg. in Sveton. Cæs. c. LXVIII. p. 161.

facere Krebs, Germani. Quo quisque accurate expendit, de nomine Endovellicæ ex Ludhelm, & hujus è TUBALIS formatum facile mihi adcrediderit, & hoc omnino verissimum esse, quodque in rei ipsius cognitionem perfectissimam daret, cymon: viderique me primum omnino indicio apud scriptores rerum Hispani. Roder. Tolet. lib. II c. III: *Jehan. Ep. Gerund. in penult. fi. 15: Tarassam: P. Amant. Baucerum, Flor. à Campas. Annium. Vtriusq. Christoph. Rossias cum, commo. rer. à cand. orb. gest. p. 477.* qui primos Hispania incolæ *Cantabales*, ipsam verò provinciam *Cantabiam*, q. d. cœtum *Tubalis*, & *Setubalis* distemisse tradiderunt, & mendas, & eorum correctores. Utrobique enim G & S in locum aspiratio nis H præfixi, vel H inrepositi, quod ita, quia nova & inopinate plura agere oportuit.

(I) Hic verò in suamet patria hospitium videas, dum, quid Saxones Magdeburgici vulgari appellatione *Sein Dönnick* indicere soleant, docet: id verò perperam. Haec enim neque Germanice est, neque diminutiva forma, sed Latinam *Sancti Domini* c. nomen latinum exprimit. Ipse Prussus, qui idiomate suo à Saxonico non adeo absunt, dum nundinas anniversarias Dantisci die S. Dominico, Nonis Augusti, sacre celebrari consuetas nuncupant *dën Dönnicks Märkt*, docuerint.

(K) Er-

Thogarmæis seu Sarmatis : & hos omnes inter subditos imperio Gogi computat. At qui convenit inter tractatores sacræ scripturæ plerisque, ferèque est ut dicam, à *ἡ γογγύς*, per Gogum à Prophetis reges Asiaticos & Syriacos significari; (de typico seu tropico potius sensu, quia arbitrarius ferè est, nihil hìc attinet dicere: sunt enim qui de Antichristo Romano, Vide *Döling. lib. 11. de fin. Antichr. in totis capp. prioribus vi.* sunt qui de Turca; sunt qui *Apocal. xx. 18.* de quibusvis capitalibus Dei hostibus & persecutoribus Ecclesiæ generaliter exponunt; *Eusebius*, l. d. de imperio Romano, in Ez. hoc & Bileami vaticinio Num. xxiv. 7. ubi tamen in Ebræo est *למנוס* *me Agag.* i. e. *pra Agag.*) Moschos autem Isthmum inter mare Caspium & Pontum Euxinum ad Caucasum usque montem ubi Colchis, Alabania, Iberia, tenuisse & Armeniæ quasdam partes ad Euphratem: conterminos Georgis, Albanis, Armeno Chalybibus ad Iberum amnem, in Cyrum, qui Armeniæ est, defluentem, faciunt Geographi; Juxta eos, ultra Caucasum versis Boream confederant Thogarmæi, i. e. Scythiarum nationes plures: secundum *mar Hyrcanum* verò in Asiæ Euro aquilonaribus Scythæ multorum populorum nominantur
 qv.

que; hiqve ipsi à Propheta per Tubalem denotantur. Minimum autem verosimilitudinis habet, Iberos Europæos *Περσικόν*, ut loquitur *Dionys. Afer*, ab extremo Occidentis angulo inde Gogi regum in partibus Asiæ Borealibus h. e. Seleucidarum Antiochorum vasallos & auxiliares in oppugnatione & excidio Hierosolymorum fuisse: quod de Mesecho, Tubale & Thogarma, h. e. Ponticis gentibus, Iberis, Scythis & Sarmatis intimat Propheta: constatqve è *Iosepho* & *Iustino*, Syriæ regibus Antiochis cum Arsacidis seu Parthis gesta in istis partibus bella, & imperium aliquando in dictas per Asiæ Septentrionalia gentes fuisse. Igitur Tubal Ezechielis non significat Iberos Europæos seu Hispanos: Vide in hanc rem *Beeroald. lib. iv. Chron. c. vi. B. Ar. Mont. in adpar. Biblico: Cluver. lib. i. Ant. Germ. c. iv. f. 45. Merulam, Cosm. P. i. lib. iii. c. xiv.* Asiaticis quidem hoc prærogativæ fuit, quod à Tubale ipso conditi & eò ipso duce & capite familiarum profecti proximis à diluvio seculis in Asiæ aqvilonaria fuerint, Europæi verò aliquantò post (desinere enim tempus migrationis hujus in tanto veteris historiæ Japetinarum tribuum deliquio non licet.) ex Asia inde emensa totius Europæ latitudine in Occidentalissimam ejus plagam

& terminum, qui Oceanus Atlanticus est, vel Idubelâ quodam Tubalis primitivi cognomine & successore duce, vel à Tubale principe suæ gentis denominationem adepti, tandem sive terrestribus sive maritimis itineribus, quæ non adeò invia fuisse, è *Mela* lib. I. c. III. didicerimus, de venerunt: Videatur *Torniellus*, *Annal. sacr.* sub a. m. 1391. n. 22. Videas igitur hæc τὸ δυνεστὶ τῆς ἀπορίας in prolabantibus in contraria eruditis: Alii *D. Hieronymi* testimonio nixi TUBALEM ipsum primum mortalium in Hispaniam venisse eamque imperiis justis moderatiorque tenuisse; *Mariana*, lib. I. c. I. & magna præterea turba pedaneorum; alii TUBALEM aut de domo ejus quæcumque Hispaniam habitasse, negarunt, sed Aschenazen Gomeris filium patrem omnium in Europæ continente insulæque adjacentibus populorum promulgarunt; *Cluv.* I. d. Tobelosi que in Hispania nunquam quæcumque audivisse adferuerunt, *Gorop.* I. d. f. 5. Mediò tutissimi directissimique incedimus, qui è posteris TUBALIS collectam manum ex Asiæ Borealibus, sedibus suis motam, eò migrasse & gentem ibidem conditam ΘΟΒΗΛΟΤΣ, ΤΟΤΙΑΟΤΣ, TOBELOS, Dovelos nuncupatam inde fuisse tot testimoniis relatis supra

con-

confirmati adminiculatione adstruimus: ad quos successu temporis consanguinei sui Gomeræ & Afraniô in Celta ortus populus commigrarunt.

Sed hic J. Goropio, cuius viri summa eruditionem certatim prædicarunt docti, & nos admiramur merito, iterum, etsi ab illis nobis, contradicendum est, quia de *Josepho* illud nobis, contrarius D. Hieronymus, persuadere voluit. Scilicet ad defendendam thesin suam de *Tobelis soltem in asu*, tum sollicitè totâ Hispaniâ eos submovit; sed id sine causa. Fuisse enim & hic & illic demonstrabitur. Verba Judæi hystorici, lib. i. αρχαιολ. c. vii. ista sunt: κατονίξει δὲ καὶ Ὀβήλους Ὀβήλος, οἵτινες ἐν τοῖς νῦν ἰβηρῶν καλεῖνται. In his eos accipiendos esse opinatur, qui tum temporis Iberi à Romanis nominabantur: Caucaseis autem jugis inclusos, hinc Pontum Euxinum, illinc mare Caspium adcolentes, tum Iberos ab his nunc nominatos. At cum Græcè scripserit *Josephus*, appellationem ἰβήρων, eâ significatione, quâ Græci tum temporis uterentur, adhibuisse censendus est. Constat autem *Polybium* & *Strabonem*, priores *Josephô*, quandocumque Hispania vel Hispani nominandi erant, ἰβηρίων ἢ ἰβηρῶν adpellasse. Præterea cum ridiculum errorem *Epho-*

ri, qui cum Philippo Alexandri M. patre vixit, *Iberos unam civitatem esse* rati, redarguit *lib. i. contra Apion*. Iberos explicat per eos, qui partem terræ Occidentalis habitare nescuntur. Liqvet ergo, quid notatione Ἰβήρων significet *Josephus*. Imò ipsi Romani, quos hic secutum fuisse *Josephum* argutatur *Goropius*, συνανύμενος Ἰβηρίαν dixere καὶ Ἰσπανίαν teste *Strab. lib. iii.* & adpellatione utrâque eandem in Europa gentem denominaverunt. Hinc Ἰβήρες soloῦτοι ἢ τογάτοι nominabantur à Romanis Hispani, qui REIP. Romanorum formam per colonias receperant: eamque adpellationem Latinam & à Romanis esse nemo sanus negaverit: Iberes igitur etiam Romanorum sermone erant Hispani. Sive igitur Græcorum sive Romanorum suâ ætate loquendi modum attendisse *Josephum* dicamus, cum per Ἰβήρες non illos Asiaticos sed Europæos h. e. Hispanos ipsos designare voluisse, & *D. Hieronymum*, qui de Hispanis exponit, optimum ejus interpretem fuisse sequitur. Quæ verò idem *Goropius* de Tobelorum in Asia sedibus, & è Margianæ, in qua utpote cæli ac soli commodis inclytâ, *Solin c. li.* Noachum vitem primùm plantâsse εὐκρατολογεῖ, vicinia trajecto Caspio mari, è directo Oxi fluminis in Albaniam Scythiæque partes mi-
gra-

gratione, cujus testimonia sunt opidum inter Gerrhum & Casium amnes conditum *Tobilaca*, τοβιλάκα, *Ptolemao*, lib. v. c. XII. & aliud ibidem *Chabala*, Χαβάλα, docet, satis quidem sunt probabilia; (Ex eo enim altera mundi ætas, quæ à diluvio ad turris Babylonicæ tempora & Sheruchi, à quo idololatria coepit, computatur, *Scythismus* à primitivæ Ecclesiæ Doctoribus, quos secutus in hoc est *Epiphan.* lib. I. *Panar.* adpelata est, quod homines à Noacho inde & filiis ejus Japeto in Scythia habitarent, donec aucti familiis ulteriora maximè Europæ querere in eaque desidere occiperent:) sed ex eo querere poteramus, πῶ δὲ καίται. Si ne teste enim facti loqui historicus crubescat. De Bolitis seu τοβολίταις verò, qui Paropanisdarum regionis Septentrionalia tenuere, ab Occasu Ariis & Parthis, ab Austro Arachosis, & ab Oriente Ambautis & Indis cincti, scimus nos, testemque habemus locupletissimum, ἐνα μέρους, *Ptolemaum*, lib. VI. c. XVIII. & hi à Tubale proximi & primi fuere aborigines omnium ejus familiarum, successu temporis inde in Scythiam, & hinc in Iberiam propagati, tandemque ipsorum adeò in Hispania Tobeliorum progenitores. Neque dubito, quin eosdem nominaverit *Aethicus*, dum in Catalogo

gentium Oceani Septentrionalis cum Scythis, Massagetis, Sauromatis, Iberis, Albanis, Bosphoritis, Heniochis, Sogdianis, Pælicis, Paropanissis, aliisque commemorat Igdobilos. Quod enim in editis hodie legimus, *Ignabiles*, à descriptionibus est, insolentiam nominum barbarorum non adsequentibus, qui pari facinore, quæ addidit posteriora septem populorum vera nomina, in *Barbaros albos*, duorum appellationibus in unam conflatis, *Asiaticis*, *Europæis*, *Sogdianis*, *Rasiscis*, *Paropanissis*, monstra vocabulorum, ibidem deformarunt. Prodit se ~~et uoluptas~~ vocabuli *Ignabiles* eò loco cuius: quid enim vox Latina adjectiva pro nomine proprio gentis inter tot barbara? accedit autem proximè ad *Tobolitas Præmai*, & *Igdobelam*, de quo fusiùs, nec abscludit ab edito, quod ego substituo, *Igdobilas*. Non inuenias faciliè, in quibus pluræ & magis mihi peccarint exscriptores, quàm Geographorum opera: quot mundi hodie-

que
 1 Ita tamen constanter omnes, quos vidi, habent codices. Celeberr. Dn. Reinhesii in universa hac tractatione Lectionem variata cum summa traditione merito suspensio: conjecturæ verò ejus, quibus tota hæc nunc expulsiō, me non auferant, licet, pro more Reinhesiano, satis ingeniose sint. Ceterum verum est, quod de vitiiis Geograph. tradit, queriturque de iisdem Cl. Dn. Christoph. Cellarius in Præfat. Geographiæ 1697. Jenæ M. DC. XCII. in 12. editæ.

DE DEO ENOCHIVULICO. 335
 que post doctissimas curas ? *Simleri & H. Surita* scater *Itinerarium Antonino Imp. adscriptum* ? quot in *Plinio & Adela* circa nomina gentium & locorum variantes lectiones, & in his perpauca veræ ? quot in *Psalmi* Latina versione circa eadem discrepantes à Codice Græco, quantum rationem tamen nemo interpretum reddidit ? quæ labe in *Onomastica, Lexica & Nomenclatorica*, in ipsum tandem *Abr. Ortelii. Thesaurum Geographicum*, quò tamen non esse posse absolutius in eo genere opus plerique credunt, cum summo studiorum Juventutis detrimento, irrepsit, ut corruptæ plerumque nomenclaturæ gentium & locorum ei obtrudantur ; quò factò, jam primus ad veræ Antiquitatis abelitionem & oblivionem gradus structus est, & miseris trivialis eruditionis reliquiis pascimur. Accedit, quòd maxima monumentorum Geographicorum pars, è quibus depravata in *Geographia* emendari possent, temporis injuriâ interciderit ; *Damaste Sigeensis* enim Catalogum gentium & urbium : *Hellanicæ* ἱστορίᾳ ὀνομαστικῇ ; item *Strabonis* ἱστορίᾳ καὶ πῆλιν : *Dercylli* κτίσεως : *Demaratum* de Mutatis nominibus provinciarum & locorum : *Pytheæ Massiliensis*,
 Era-

... & ut perpauca ex iis, quæ ad Geographiam recentiorum pertinent, id complectitur.

*Eratosthenem Cyrenaeum, Eubemerum Mes-
seniense, Hippium Delium, Batonem, Dio-
gnetum, omnes ad unum antiquissimos orbis
descriptores, periegetas & mentores Stra-
bonis, Plinii, Plutarchi, Athenaei, Stephani
& posteriorum aliquot indiciò nominetenus
hodie tantùm scimus, Fatali hâc & deplo-
randâ jacturâ factum est, ut si quæ in aliis
eiusdem generis, quæ inde plerumque de-
sumpta sunt, conturbata, obscura, pravè de-
scripta occurrunt, ad ea restituenda verâ
amissi & adminiculis idoneis destituamur,
reliquâ unicâ σοχαστικῇ & plurimarum Anti-
qvitatis latissimæ reliquiarum sæpè ob unius
vocalæ ambiguum perlustratione. *Τσιφες*,
*Τουίρους Hispanicam gentem apud Cantabros
circa Iberi fontes fuisse* docent Lexica Geo-
graphica, & Dictionaria nominum proprio-
rum, testémque laudant *Strabonem*. Sed si
ῥῆσιν hujus, lib. III. consideres, immanem
hominum ἀπεριβλεψίαν & simplicitatem,
quibus nomen corruptum imposuit, depre-
hendes. Egerat *Strabo* de Cantabrorum ex-
trema ferocia beluinâque planè audacia &
Romanorum in iis subjugandis periculis &
laboribus: li verò ab Imperatore, Augu-
sto puta, mitefacti domitique sunt, inquit,
καὶ ἀντὶ τοῦ πορθεῖν τοὺς τῶν Ρωμαίων συμμά-
χους τραπέουσιν τὴν ὑπὲρ τῶν Ρωμαίων, ὅτι Κο-
ντα-*

τα-

ναοὶ καὶ οἱ πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἰ᾿ερος ὁικοῦν-
 τες, πλὴν Τούισι: quod ultimum interpres
 reddidit, *Tuissis exceptis*. Doctissimus Ca-
 sanbonus de sanitate hujus lectionis meritò
 dubitat: *Sibi que non fieri verisimile, hunc
 unicum Augusto inuictum totis Hispaniis popu-
 lum fuisse: nec vestigia hujus rei in historia
 se reperire: sed nec nomen Tούισιν ait.* Benè
 id quidem; at quod legendum esse vult,
 πόλιν Τούισι, ut hoc urbis nomen sit non gen-
 eis, pari ambiguitate laborat. Urbs enim
 ad Iberi fontes Τούισι tam ignota est & ἀνέ-
 στος, quàm gens ipsa Τούισιν. Quid cùm
 videret vir perspicacissimò ingenio, & se
 ferrum frigidum sic tundere; addit ἐπανο-
 λωτικῶς, præstare hîc ἐπέχων; *vulgatam ve-
 rò lectionem ne ἀναίξω quidem.* Quid igitur
 faciamus loco destituto? Tentemus ex
 ingenio, deficientibus modis aliis omnibus,
 adferre medelam. Cantabrorum aliquot fuê-
 re populi, sed *quorum nomina nostrò ore con-
 cipi nequeant*, ait *Mela*, lib. III. c. I. extr.
Plinius, lib. III. c. III. circa. fin. Ideò i-
 gnobiles & barbara adpellationis vocat, inque
 Cantabricis septem populis solos Juliobri-
 genes commemorat. Etiam Strabo Astu-
 rum, Callaicorum, Cantabrorum, Vasco-
 rum & vicinarum inter Pyrenæum & Ibe-
 rum sitarum gentium nomina se non omnia
 re-

recensere ait διὰ τὸ ἀνδρὲς τῆς γράφης; nisi quis citra fastidium audire possit, Πλευταύρους, Βαρδύλκας, qvī & Βαρδύαλοι, Ἀλλότριφας, H. E. Antrigonas, καὶ ἄλλα χέλω καὶ αἰσχυρότερα τούτων ὀνόματα. Nominat tamen andrī Καντάβρους Κονίκους, finitimos Beronibus itēmqve Κονιάκους; (pro quibus alii malunt Κονικανούς, quod Horatius lib. ih. od. iv. v. 34. "Concanum equinō lantum sanguine, & sic etiam Silius, lib. iir. v. 361. muncu-

pet.
lib. Eatin. Torrentius in p. an. 1592. et Comment. in Horat. edit. op. Antwerp. exortatur, in quo notat Lambinum, quod ad Hispaniam Concanos, Scythias more viventes refert: Libri duo, inquit, Conchanum, Et Concani quidam apud Ptolomaum, lib. ii. orbis mediterranei Cantabrie est: sed eo ipso, quod notum factum haud verisimile est, tanta fertate, vixisse, aut si ad fecerint, tot auctores, qui de Cantabrorum bellis scripsere, illi silentio transieros fuisse. Augusti praesertim aetate, suo quo gens illa perditissima fuit. Contra Lambinum igitur non de Cantabria Potamum nostrum, sed de Scythorum gentem aliquam loqui arbitror. Virgilius sane Bisalio hoc Galonhge tribuit iii. Georg. Martialis Sarmatis, ut & Plinius, lib. xviii. c. i. Addam Claudiant versum, lib. i. in Russum, v. 373.

Et qui cornipodes in pocula vulnera audas

Massageres.

Quid mirandum igitur, si in tot Scythia gentium vastitate Concanos forte invenit Hibratius praesertim cum ut diserte scribit Plinius, lib. vi. c. xvi. in nullis illis orbis partibus major sit auctorum inconstancia, propter immensam vagantem gentes. Haec Torrentius. Sed praesidium Lambinus in Sili locō citato habet.

pot. Videtur autem verum gentis nomen
fuisse Κοινός, *Concans*, & Ροινός, *Concu*
ni unde mediterranea quā aliis septem &
Atolema. lib. III. G. VI. inter Cantabrigas no-
minatur.) & barbaro ac male effabili ore
Graecorum nomine, Ἰνδοβόροι, *Endobor*,
diphthongōbu resoluta & u habitu pro conso-
nante b vel v: de qua ejus potestate supra, p.
369. Hactenus enim edite locutionis satis adpa-
reret dictis: hanc autem, quam dāmus, ad edi-
tam accedere proxime & esse hoc nomen
antiquum gentis, quā ad Iberum confede-
rat, quod docui supra, liquet similiter. Sen-
sus igitur verborum Σινδοβόροι de Cantabriga
populi fuerit isto: *Quo anas solum inesse*
ra. Ροινός. & Ἰνδοβόροι, nunc pro via
ligna, maxime Concans & quā ad fontes
re habitant, Endobor; h. e. Romanorum
lingua: typā, *Endobor*, *Endobor*, *Endo*
valla. Hujus populi primi ex Asia Hspa-
nia incolae id factum fuit, ut ubique terrā
prout Graecorum Latinorumque, *Ἰνδοβόροι*
& *Endobor* exoptis, nomen ejus, quippe
barbarum, mutaretur & deformaretur; sed
neque relictum & e superioribus consti-
re potest, & patebit satis superque vel in-
de, quod, ut docui, Tobilei montes cum
Idubora appellato sint iidem: hi autem
primis habitatoribus, quos *Ἰνδοβόροι* seu *Ἰνδο*

viles adpellatos fuisse necesse est, hanc denominationem acceperint : Insuper quòd Idubela consensu Geographorum omnium Iberum de se fundat, ad hujus verò fontes, ubi hodie opidum *Fontibila*, al. *Fuentibre*, agri Juliobricensis, *Strabo* gentem, cujus nomen in ejus sermone corruptum erat, *Entovilos* locet.

(O) *Arragonenses* adpellari elisà T. qui olim *Tarraconenses* *Ed. Anton. Nebrissenfes*, primi per Hispaniam bonarum literarum sub exordius proximi seculi restauratoris sententia est : quam auctoritate viri perivasi etiam alii meritis in Remp. literariam non inferiores amplectuntur. Sed cùm axioma *Comitum Arragonia* demùm post An. Ch. 800. à Garzia Innici L. rege Suprarbiensi cuidam *Azenario* è Cantabriz Ducum genere orto, virtutis in bello Pompelonensi contra Mauros præmium collatum, & tunc nomen *Arragonia* primùm natum esse constet ; Ipsa verò regio, quæ vix ultra sedecim millia passuum patebat, à fluvio *Aragone*, cujus duobus alveis includeretur & circumlueretur, nominata sit, ut ex authenticis Hispaniarum provinciarum tabulariis H. *Blancas comm. rer. Arragon.* sub An. 730. & 802. tradidit ; contra *Tarraco*, utpote Tyrrhenorum, qui eam denominârunt etiam, colonia longè

gè

gè sit antiquissima & sub initiis Romanorum in Hispaniâ nobilissima, noménqve hoc suum quibuscvis seculis, etiam post institutos Arragoniæ Comites, retinuerit integrum, & *Tarraconensis* cum aliis provinciis multis *Arragoniam* ipsam complectatur, Tarracóque ad Arragoniam non censeatur, hujus adpellationem ex illius formatam esse, ut ALPHITANDRO nostro visum per somnos dicere, nequaquam licet. Multo verò minus ista vocabuli truncatio Iberis autoribus adscribenda est, quòd hi, cum Arragoniæ nomenclatura nasceretur, cum omni suo idiotismo Asiatico in Hispania dudum esse desissent. Confit hinc præterea, Iberorum nomen, undecunque nomen sit, à Tybalis derivari non posse.

Nunc igitur post tot indagines tenemus rem omnem: ATUBALE conditos in Paropanifadarum regione TOBOLITAS, IGDOBILOS, Scythasque multis nominibus; & ab iis profatos cum vicinis Albanis & Colchis IBEROS: tum hos in Hispania *Τούτων, Ἡντούτων, TOBELIORUM, ENDOVELIORUM* genitores: quorum quia proprium Numen fuit, de quo adeò laboravimus, DEUS ENDOVELLICUS sermone Latinò nuncupatum est; Eum

Cc

- - - pro-

profugi à gente vetustâ

Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis, ilque de Gomeris & Aschemazæ clientela & posteris in Hispania repertum, nomen antiquissimæ & primæ omnium Hispaniæ possesstricis gentis repræsentantem, habitumque præsentissimæ opis in diversis Hispaniæ provinciis coluere, & ab his similiter acceptum homines, quos loquuntur Inscriptiones, ROMANI in Lusitania. Nomen autem, cujus cultum à TUBALE conditore & doctore suo sub infantia orbis post-diluviani acceperant imbiberuntque in terra natali Scythia TOBELI vel DOVELI, à DEO OPT. MAX. Unico, vero, suprema omnium rerum causa, ~~non~~ ⁱⁿ fuit aliud; Eam traditione proavi sui NOACHI acceptam parâ, integrâ, incorruptâ & mente & voce, memineris ejus, quem scelera majorum immisit undarum cataractis severissimè plexisse recens memoria erat, venerati sunt, donec communi mortalium, consanguineorum suorum proximorum vicinorumque errore abrepti & ipsi rebus creatis divinitatem adtribuere, & præter verò Numine epωρεῖσθαι καὶ ἡμαῶν τῇ δόξῃ τοῦ ΑΘΕΑΡΤΟΥ ΘΕΟΥ ἢ ὁρίσθαι εἰκότος φθαλέου ΑΝΘΡΩΠΟΥ καὶ περὶ τῶν καὶ τερασφόων καὶ ἐπετειῶν, ut loquuntur D Paulus Ep. ad Rom. c. I. 22. (cujus nefaria res, id-

idololatria, incerta referunt ad Serapchi tem-
 ples, quibus propterea Hellenismi exordia
 recte desinuntur ab Epiphano, l. d.) ho-
 norem debitum DEO creatori suo in TUBA-
 LAM seu IDUBELAM desolentes: tan-
 to [AM] affectu & veneratione, ut ab eo de-
 nominari etiam amarent. Ea IDUBELIO-
 RUM religio cum colonis in Hispaniam con-
 meum, & hinc ad duces & ad aliena gentes
 & novos homines, Celticos puta & Romanos,
 esse se & mutavit. Hi cum nomen DEI pro-
 prium vel nescirent, neque veritas fin ob-
 datum totum, & propterea diuina est Sera-
 buri, lib. III. his ipse Celiberorum DEUS,
 vel suo ore barbarum, quippe Asiaticum,
 afferre non possent, à populo, cuius nomen
 Latina formatione modico adpratum profer-
 re tandem didicerunt, & qui cum inde ma-
 ximos potentissimisque habuerat, adpellaba-
 nt ENDOVELLICUM i. e. qui fuisset
 ENDOVELIORUM seu hoc DOBE-
 LIORUM, in regione ab ipso primò
 reperto habitata & denominata hoc DOBE-
 LIA, quæ post Hispania, cultum & simili pla-
 ne ratione, quæ Belus Sidonius, Belus Phe-
 gorius, Belus Babylonius: Apollo Belus,
 Apollo Delphicus, Apollo Delphinus, A-
 pollo Semnuntius; Juppiter Tarpejus, Jup-
 piter Capitolinus, Juppiter Latiaris, Jup-
 piter

piter Cretenfis, Juppiter Olympius, diſſi-
 ſunt, qui cum re pane eſſent iidem, gentili-
 bus & localibus adpellationibus ita discrepa-
 bant; & ſi è ſacris profana exponere veli-
 mus, ad modum loquendi eum, quò Kēras
 & unus DEUS, DEUS Abraham, DEUS
 Isaac, DEUS Jacob adpellatur Exod. iiii.
 6. Matth. xxii. 32. quia nimirum Abra-
 hamo, Isaaco & Jacobo ſingulariter manife-
 ſtatus & peculiariter cultus fuiſſet; & id
 nomen è ſacro codice quomodocumque excer-
 ptum acceperimus tanquàm divina poteſtatis
 diὰ τὸ τερατικὸν καὶ ἀνέμουν jam olim in car-
 mina magicā tranſſumpſere, teſte Origene,
 lib. iv. adv. Celſum, gentiles, tam quis il-
 le Abrahami Isaaci & Jacobi DEUS igno-
 rantes, quàm Celte & Romani, quis fuerit
 ENDOVELLICUS, quem tamen ſic nomi-
 nare noverant. Eſt hac vera de DEO EN-
 DOVELLICO ἀρχαιολογία: Si quis acutior
 melius divinet, (neque enim hinc exclu-
 mus quemquam, qui cenſore de literis me-
 lioribus fuerit quitus) τὸν πυραμοῦντα λήψε-
 ται τὰ νοτιὰ βῆλα καὶ τῶν παροῦσων ἢν θέλη φιλέ-
 σαι. Si quid bic corrigendum ſibi ſuſceperit
 peritior quis,

non ero ſtultè repugnans aut amans prae-
 vē mea:

quin

DE DEO ENDOVELLICO. 405
qvin statim culpanda delens præbeam re-
ctis locum.

Altenburgi 12. Mart. 1637.
THOM. REINESTUS D. Phys.
ordinar. p. 1.

F I N I S.



Cc 3

IN

X.

INSCRIPTIO VETUS
AUGUSTÆ
VINDELICORUM
HAUT PRIDEM ERUTA

CUM

COMMENTARIOLO

SUMMI VIRI

D. THOMÆ REINESII
ARCHIATRI ET CONSULIS
ALTENBURGICI.

Accessit ad eandem Inscriptionem An-
notatio Viri docti antehac edita.

ACADEMICORUM GELLIANORUM CORPORI INCLITO

JO. ANDREAS BOSIUS

S. P. D.



Ffero Vobis, VIRI EXCEL-
LENTISSIMI, CLARISSI-
MI, EXIMII, PATRONI
ET FAUTORES HONO-
RANDI, libellum alienum quidem, sed
vel ideo, spero gratiorem, quia alienus est.
Neque enim fieri potest, ut tam acceptum
Vobis sit unquam, quod è tenui suppellectili
nostra proficiscitur, quàm quod è divite pe-
nu summi Viri, cujus singularem in omni
literarum genere eruditionem jamdiu me-
cum veneramini, THOMAM REINE-
SIUM dico, virum nescio doctrinæ omni-
geret, an promptissimæ erga optimos quos-
que & literarum amantes voluntatis famâ
magis celebrandam. Me certe, quoties ad
~~relinquendum~~ Ejus confugio, nunquam sine
solida & proluxa informatione, etiam cum
maximè occupatus est, solet dimittere. At-
que nuper quoque roganti sententiam Ejus
super inscriptione ista ab erudito juvene

Ce 4

ami-

amico meo mihi communicata, in qua nonnulla paullo fecius & contra morem veterem exposita à primo Editore, ceteroqum satis docto, videbantur, statim Vir optimus, quid ipse censeret, commentariolò isthòc ad me transmissò exposuit. In quo vestigiàne animi in hoc literarum genere planè subacti, an ingeniosissimas emendationes magis admirer, non facilè dixerim. Certè hòc unicò argumentò affirmare ausim, non vivere hodie, qui hoc genus monumenta vetera explicare & facilius & accuratius queat. Edendum autem putavi, cùm, ut eruditorum judicia super Inscriptione hac ejusque explicatione provocarentur, quod ipse celeberrimus auctor sub finem expetere videbatur: tùm ut gustum præberet Viris doctis insignis supplementi operis Gruteriani, ab eodem elaborati: in quo & plurimæ Inscriptiones Grutero ignotæ, ac ex eo tempore hinc inde erutæ exhibentur, & tum eadem tùm quæcumque in Gruteriano Theatro obscura aut corrupta sunt, illustrantur & genuino nitori suo restituantur. Quod opus, quàm sit humanioribus studiis futurum utile ac pæne necessarium, optimè judicabunt illi, qui Inscriptionum veterum usum dignè aestimare sciunt. Equidem non temere usurpaverim illud in fronte magni voluminis

nis olim à Grüttero positum, *qui ipsas non veneraretur, indoctum; non curaret, indoctiorem; non novisset, indoctissimum semper fuisse habitum*; Id tamen non vereor adfirmare, sine earum notitia & intellectu ad solidam Antiquitatis cognitionem perventurum neminem. Vobis autem opusculum hoc inscriptum volui, non solum quia optimè de hujusmodi scriptis judicare Vos posse existimo: sed etiam ut observantiæ erga Vos meæ monumentum aliquod publicè exstaret. Bene valete, Musarum deliciæ, & pergite bonas literas à contemptu, quique contemptum sequitur, interitu strenuè vindicare. Scribeb. Lipsiæ XIV. Kal. Mart. AN. cld lcc lv.

INSCRIPTIO AUGUSTANA.



ANNOTATIO VIRI DOCTI Augustæ antehac edita.

Post annos Mille sexcentos Octavo quadragesimo Christiana salutis, cum Augusta Vindelicorum novo munitionis opere circumvallaretur, inter portas Piscatoriam & Vindonicam ex apertis fossis eruderatus est hic lapis sepulcralis, & juxta porticum ad D. Udalrici collocatus: cujus inscriptionem, quid mirum si vetustate mutilatam, aut vitio statuarii minus perfectam? sic habeto.

CAL

**CAI JULI SILANI LIRINUS, LIBERTI-
NUS, NATIONE BITURIX, ANNORUM
XIX. HEIC SITUS EST.**

*Tria sunt, quæ Lector majori capienda
luci advertat. Primum, Liberos, qui ma-
nu à dominis missi, & Libertinos, qui à ma-
numissis procreati sunt, ita olim distare soli-
tos, ut patrem à filio, quorum hic uno gra-
du vicinior erat ingenuus natus, quàm ille,
qui recens vocatus est ad pileam. Verum,
auctore Suetoniò Tranquillò in Cesare, cap.
XXIV. Liberti ac Libertini vocabula perin-
do usurpari aliquando cepta sunt. Quam-
obrem Cai Julii Silani Libertus fuit hic Li-
rinus, aut illius certe, qui manumissus à
Silano fuerat, filius, ac vocatus severò vocis
usu Libertinus.*

*Alterum, qui libertate donati sunt, postea
Patrum locò coluisse patronos suos: id ut testi-
ficarentur, sua liberti nomina cum genitivis
patronorum jungere gaudebant, ut Tiro Tul-
lii, Phædrus Augusti, Epicadius Sullæ,
Pompeji Lenæus, & in Gruteriano inscri-
ptionum Theatro Sabedi Successus, Antigo-
ni Hermes, Abascanti Lydus, Athenionis
Lucio, & alia id genus plura. Neque illud
prætereundum, quod Festus Grammaticorum
vetustissimus animadvertit, nomen Patroni
ab amore Patrum adversus filios invaluisse,
quod*

quod scilicet eum amorem clientibus suis exhiberent patroni. Quàm notum modò est de Gracis, tam non insolens est Latinis amulis Gracorum, ut illi nomina sua cum parentum jungerent, gignendi casu, ita Liberti post manumissionem unà cum filiorum erga patronos suos amore, etiam hunc morem inducebant scriptitandi. Ceterum Lirinii nomen non ignotum veteribus Romanis, proditur antiquarum Inscriptionum Theatrò, quod Jano Grætero potissimum debemus.

Postremum ne te fugiat hujus Silani dignitas, atque atas, Consul fuit is temporibus Maximini Imper. Annò Urbis condito DCCCCXCI. ab enixâ Deum Virgine CCXLII. Consul, inquam, non ex ordinariis, quorum nomina in Fastos relata signant annos, sed ex secundariis ac suffectis, qui nempe primis ac præcipuis anni Consulibus post aliquantum temporis spatium eodem in munere subrogabantur, ita tamen ut illorum in annis recensendis haberetur ratio, non istorum, qui sufficiebantur. Talis fuit ex Consulibus suffectis C. Julius Sillanus (alterum L. ex lapide nostro præsci moris scriptura dispunxit) cui Capitolinus in vita Maximini jungit Crispinum, quos quia præteritos à Cassiodoro videmus, principes, nullus dubita, Consules non fuerunt. Jam ut compendiò rem tradamus; LIRI-
NIUS

NIUS C. JULI SILLANI, Consulis
 secundarii, Libertinus, sua Libertus, na-
 tione Biturix, octodecim natus annos, fato
 concessit. *Augusta Vindelicorum*, Anno ab
 Urbe condita CMXCL. à Christo in terras
 edito CCXLII. Vale Lector, & si Cl. Viri
 Marci Velseri Patric. & IIviri Aug. Res Au-
 gustanas cum antiquis, qua ibidem extant,
 Monumentis in bibliotheca Tua repositas ha-
 bes, hoc quoque illis adjunge, nec non, si quid
 circa illud ulterius monendum occurrit, edis-
 sere,

AD EAMDEM
INSCRIPTIONEM
COMMENTARIOLUS

SUMMI VIRI

D. THOMÆ REINESII.



Ir doctus, qui hoc patriæ suæ monumentum eruderari vidit, & primus vulgavit cum interpretatione sua, de portu egrediens infeliciter navim impexit. Constitutâ enim falsâ verborum lapidis concisorum lectione, quæ è minus intellecta marmorariorum vocabula mutilandi consuetudine publicè receptâ (ultima enim cuiusque ferè recidere solitos, & pauca in lapidibus reperiri *ὀλογράμματα*, notissimum est) ipsi nata fuit, *ἡμάρτηκε τῆς ὁδοῦ τὸ παράπαν*: eoque omnia, quæ de Consule Silano, de Lirinio ejus Libertino, de tempore obitus hujus, tanquam è tripode & præcisè determinat velut certissima, nihili fortasse fuerint, & seponenda prorsus; & his igitur destruendis non immorabor diutulè: disparebunt tenebræ, cum dies facem obscuris incertisque alluxerit. Caput autem rei est, lapidem accipiendum de uno homine singulari, cujus sepulchro instructus fuit, C. Dulio, **DUILIO** sive Duil-

Duillio (hoc enim fuisse in lapide & mutatum nomen ignotius rariùsqve à descriptore in notius C. Iull, ostendam paulò post) de plebe, quippe Libertino, hoc est, nato è libertis, qui cum aliquando serviissent, manè ex illa missi fuerant. Nihil igitur attinet hic patronum, cujus *Lirinius* quidam, pariter, ut probabo, commenticius, fuerit Libertus, fingere, Repugnat autem isti adfersioni ratio, quã liberos nominari in monumentis publicis mos erat: nimirum Patronorum suorum prænominibus nominibùsqve appellabantur liberti; ab iis plerumqve distinguebantur per cognomina. Sic in Romanâ 7. p. DCCCXXXI. apud Gruterum: **Q. GEMINII PAMPHILI** liberti **quatuor**, **DORYPHORUS. MYRTILUS, CYPARE. VICTORINA.** enumerantur; quorum plena nomina fuissent *Q. Geminus Doryphorus, Q. Geminus Myrtilus, Geminia Cypare, Gemitia Victorina.* Deinde ubicunqve nominantur cum patronis suis liberti, horum prænomina nominaqve vel præponuntur patronorum prænominibus; cum adduntur cognomina, ut in Narbonensi 1. p. DCCCCLX. **M. AMBILLIUS. M. LIB. GALERII SILVANUS;** & sic frequentissimè: vel prænomina & nomina præponuntur prænominibus, nominibus, & cogno-

cognominibus Patronorum, ut in Hispan. 6. p. MLXXIII. SEX. QUINTIUS. SEX. Q. SUCCESSINI LIB. FORTUNATUS: vel etiam prænomena & nomina libertorum, interpositis cognomentis patronorum jacent, ut in Veronensi 6. p. CCCLIX. L. APPIUS. SABINI. LIB. CINNAMUS. in August. Taurin. 3. p. DCCCCLIX. C. FADIVS. SATURIONIS. L. ERANUS. & in Romana inter meas, CLAUDIAE. ACTES. AUG. Libertæ (fuit autem Neronis, *Suetonius*, c. L.) AUCTAE. Cui mori planissimè adversatur, quod secundum opinionem Viri docti editoris in saxo isto Augustano nomini Patroni postponatur nomen Liberti. Et cum servi Libertique familiam non habeant, sed dominorum patronorumque familiis tam Romanorum quam plerarumque aliarum gentium consuetudine adserantur, uti apud Ebræos Gerim, גֵרִים seu profelyti, quorum postquam è gentilibus Judæismum suscepissent, nulla prorsus erat cognatio, & pristina sanguinis inter suos relatio, & omnis propinquitas carnis exspirabat, erantque ad invicem velut alieni; quomodo LIRINIUS fuisset libertus JULII sive DUILII? Absurdum hoc est, & Romanis moribus circa titulandos libertos incongruum. Quod Silanum Consulem

cum

INSCRIPTION. AUGUSTAN. 417

cum Cn. Messio Gallicano ex KL. MaIs
annô U. 991. qvô contra Maximinum ho-
stem judicatum à Senatu Imperator accla-
matus ab exercitu Gordianus, teste *Capi-
tolinô*, suffectum inter Julios retulit, eum-
que se in isto lapide reperisse concepit, pa-
riter fallitur. Certè non reperit. Neque
enim expressa est dignitatis nota COS. quæ
nunquam solet omitti in talibus; Est enim
Consul iste, quem putat, fide editionum
Basiliensis, Lugdunensis, Casauboni, Sal-
masii, & fortasse plurium aliarum è Codici-
cibus MSCtis vetustis propagatarum, JU-
NIUS sive Silanus sive Syllanus, gentilis,
imò fortassis filius ejus neposve, qui annô
U. 942. Consul cum Servilio Silano lauda-
tur in Fastis. *Panvinus & Goltzius*, qui
Julium vocant non audiri merentur: Silani
enim cognomen, quod alibi doceo, nun-
quam fuit nisi Æliorum, Duilliorum, Ju-
niorum, Sertoriorum, Serviliorum, &
cujusdam è Junia gente adoptati à Cæcilio,
Consulis, Annô Urbis 760. Eoque non im-
meritò suspectum habetur, quod expressum
est à descriptore istius saxi tò C. JVI.
optimaque ratione videor constituere posse,
ut legatur C. DULI; ut in Dacica 6. p.
CCCCLXXVI. M. DUILLIO pro M.
TULLIO, è quo Lazius in 8. p. CCCC-
Dd XXVI.

XXVI. fecerat M. JVLIVM, neglectâ L geminatâ, quæ omnino adtendenda fuit. Facillimè enim fieri potuit, ut in D oblitteratâ ansâ o solum I se obferret lectoribus: I verò cum L ut consuevère Marmorarii ligatum sic Ì, syllabam IL exhibet: exítque sine morâ, nullâ literâ additâ, nullâ demtâ, nullâ transpositâ, C. DULI: i. e. C. DUILIUS qui & Dulus in libris, vel DULLIUS gentis Consularis vel inter antiquissimas. DVVIAM in Rom. viii. p. DCCLXXIX. de eadem interpretor: quippe distorsit marmorarius literam L in V, perinde ac solent V in L: Sic in 10. Antipolitana p. DCLXVI. COEVIANO pro COELIANO: in 12. Ratisbon. p. DCLXXI. IVVIANVS pro IVLIANVS: in 5. Rom. p. DCVII. VENVVLE pro VENVLLE seu Venulejæ. Et hanc lectionem Lapidis Augustani fortasse confirmabit iterum iterumque, extans hodièque in porticu ad D. Udalrici, inspectus lapis: quod ut faciant, amantes Antiquitatis literatæ & studiorum amœniorum curiosos rogatos volo. Constante autem eò, quod dixi, de ætate istius Libertini nulla restat quæstio amplius: attinuit enim ad cognominem parentis sui patronum C. DULLIUM SILANUM, Consulem A. U. 941. cum ALLIO FUSCIA-

SCIANO, interemtum fociis cædis Consularibus Viris aliis à Commodo. Neque verò moveat quemquam, ut adsentiri huic conjecturæ cunctetur, quòd sic Patronus & Libertinus eodem planè nomine & cognomine fuerint; Est enim hoc Romanæ consuetudinis, licèt non perpetuæ; Insuper distingvitur hic ab illo per additum cognomen ILIRI, id est, ILLYRICUS. Geminare autem consonantes notarii & marmorarii indifferens habuère, etiàm in ista vocula. Sic enim & *Nota Tironis: Hilyrus; Hilyria; Hilyricus*: extátque hoc cognomen in Romana 2. p. DCCCCLXXXI. quæ ILLYRICUM & POLYDROMUM fratres memorat: & fortassis in 2. p. MCXIII. TI. CLAUDIUS, AUG. L. LIRIS. ubi vel I minore formâ sculptum fuit, ut in Sassinæ 1. p. CCCCLXXIV. INCOMPARABILI, eoque oblitteratum vel prætervisum; vel syllaba IL in fine versus excidit, & in secundo prior S pro C irrepsit; LIRIS pro ILLIRIC. quamquam si rò LIRIS nomen fluvii Italiæ liberti isti pro cognomine fuisse, uti aliis fuère aliorum, nimirum RHENI, RHODANI, ERIDANI, EUPHRATIS, DANUBII, TANAIS, PACTOLI, dicamus, nihil mutare necesse sit. Sic qui

in Britannicâ 9. p. clōVI. est TIB. CL. TIB. F. ILING. M. JVSTINUS, rectè videtur exponi TIBerius CLaudius TIBerii Filius ILIRICus doMo a TESTINUS. In monumentis militum nominibus eorum ferè semper adduntur patriæ. ILLYRICUS, ut IONICUS, LIBYCUS, BITHYNICUS, ITALICUS, ISAURICUS, ASIATICUS, ARARICUS, KARICUS, BUNDALICUS, & similia alia à locis, regionibus, opidis, populis formata cognomina hominum Romanorum, quæ è profunda antiquitate nota sunt: etsi ratio cur imposita fuerint, non semper reddi possit ob deliquium historiæ, præsertim in plebejis capitibus & nullâ notâ insignibus. In illustrium enim cognominibus causâ impositionis plerumque manifesta est. Neque insolens est (nam & hoc quis objicere posset) duo uni homini liberti servôve cognomina fuisse; en in Romanâ 1. p. DCCLXXVI. T. CAESIUS PRISCILLAE L. HERMES POSTHUMIANUS: in 2. p. MXXXIII. TIB. CL. EURESINO AUG. L. PARAMYTHIO FESTIANO: & in aliâ penes me, TI. CLAUDIO AUG. L. HERMETI CÆNIDIANO: itémque alibi. Vera igitur & primæva scriptura lapidis fuerit ista: C. DU-

DULI. SILAN. ILIRI. hoc est, C. DUILIUS SILANUS ILYRICUS : quem quòd licèt paucarum vocum tribus locis emendaverim, ignoscent benevoli lectores, qui cogitabunt, quòd primus editor eum *vetustate mutilatum aut vitio statuarii minus perfectum* esse fateatur : & non inutiliter operam in eo, quippe pravè descripto & malè intellecto, suæ integritati post tot viri docti frustrationes notabiles restituendo positam fuisse intelligent. Sanè in extremis quoque comparent vestigia detritarum aliquot literarum, quæ sic integranda sunt : H. S. E. S. T. T. L. uti jacent in 6. p. CCCXXI : 10. p. DCLXXV. 1. p. DCLXXVI : 8. p. DCXIII. Id est, *Heic Situs est, Sit Tibi Terra Lovis* : quam formulam expressam legimus à *Martiale, lib. V. epigramm. xxxvi. extr.* à *Seneca, Carm. ad Corsicam*, in qua exulabat : à *Johan. Secundo Hagienso* ² in libro *Funerum* :

Hospes qui ista legis, dic, molliter ossa quiescant,

Nullaque fentiscant onerosa pondera terra.
In Romanâ 8. p. DCCXVII. stilò barbarò, qualis seculò Theodosianò coepit, ita conceptum est : HOC. TANTUM. TESTOR. TE. LAPIS. OSSA. REQUIESCAS. NEC. TE. VELIS. ESSE. GRA-
1 al. xxxiv. 9. 10. 2 Rectius Hagienso VEM.

VEM. Sed nec hoc præterire oportet, Lirinius, quos interpretes lapidis Romanarum familiarum aliquam fuisse statuit, nullos fuisse. Saxum Romanum §. p. DCXVIII. in quo invenisse sibi persuadet, eò loco corruptum est, & LIRINIUS pro L. BRI-
NIUS excusum. In lapidibus enim, qui plures personas exprimunt, si uni detur prænomen, etiam alteri adponi toties observamus. Sic in Romanâ 8. p. DLVIII. §. p. DLIX. 6. p. DCLVII. 9. p. DCLXVIII. 7. p. DCCCXII. 7. p. DCCCVIII. in Albanâ 7. p. DCLX. in Patavina 7. p. CCCCLXXIV. in Tarracopensi 1. p. DCCVIII. In quibus uni non datur prænomen, nec datur alteri. ut in Ocricul. 9. p. MCX. in Auxim. 13. p. DCLXXXVI. in Mogunt. 9. p. DLXVIII. in Rom. 12. p. DCCCXLVIII. Interdum præmissâ unius appellatione integrâ alterius cognomen tantum expressum est, repetendæque sunt tum prænomen noménque è priori. Sic in Cordubensi 4. p. DCCCLXXIII. Q. HERENNIO RUFO supponitur MONTANVS RVFI F. & intelligendus est eodem nomine, fortassis etiam prænomine (in Romanâ enim 14. p. DCCCXVII. est M. HERENNIUS Q. F. MONTANUS) fuisse cum patre. Sic in Romana 7. p. DCLVII. M. ANTONIO HERCVLANO
sub-

subjicitur FORTUNATUS : nomen autem & cognomen è præcedente legendum. Sic in Genev. 4. p. DCCCLIX. Non ignoro produci posse saxa, in quibus contra prænomen uni datur, alteri non dari videtur; Rom. 6. p. DLVIII: 5. p. DLIX: 6. p. DCCVIII: 5. p. DCCCXVIII: Salernitana 5. p. DCCXII: & fortassis alia quoque. Verùm de iis facile respondere poterit, & salvare observationem propositam, quisquis in talibus fuerit versatus. In nostro præcedit C. OCTAVIUS; sequitur ergo L. BRINIUS, non LIRINIUS. Sæpissimè peccarunt descriptorès hoc, ut literam prænominis notam cum nomine fecerint coalescere. Sic in 1. p. LXXX. PISTORIUS pro P. OSTORIUS: in 8. p. DCCCLXXVIII. MALEIUS pro M. ALFIUS. in Veronenfi 10. p. DCCCLXXXV. MURIATIUS pro M. VIRIATIUS: in Romanâ 1. p. DCCCLVII. L. ARCIAE. HEDIE. & L. ARCIUS LEONTAS, pro LARCIAE & LARCIUS: in Tarraconensi 6. p. DLXXII. LEGIONIS VII. OPIAE, pro Geminæ PIAE. in Assiatis 5. p. CCCL. C. ALBURIUS, à Grotio notis ad Martianum Capellam effertur CALAURIUS perperam: & in Plinii Indice lib. X. Desulone pro D. Eculeone. BRINNIOS autem,

Dd 4

BRI,

BRINIOS, PRINIOS plebejam inter Romanas gentem fuisse discimus è Romanâ 7. p. CVI. quæ pertinet ad A. U. 752. & è Lyctina Græca 12. p. MCXXXVI. ubi ΠΡΙΝΙΟC. Ejus quòd rara in lapidibus & libris exstet memoria, imò nunquàm in recensu familiarum Romanarum, quem doctissimi Viri è Fastis, Nummis, lapidibus & libris congegesserunt, legatur, factum esse inde existimo, quòd in PRIMOS, quod nomen familiæ Romanæ recensent auctores Indicis Inscriptionum cap. xxiii. lit. P. diversum à PRIMIS, corruerint, Syllabam MI, ni, in literam M, m, contrahentes notarii & lapidicæ imperitiores. quod fecerunt etiam in Narbonensi 9. fol. DCCC-CLXXXVIII. ubi est ANDRONIA. CHA. pro ANDROMACHA. De Silanis hoc quoque; *Schortum*, id cognominis etiam Licinius adhæsisse adnotare; verum errore; cujus occasio ipsi *Dionis lib. LV.* locus depravatus. Aulus enim Licinius Nerva Consul A. U. 818. cum Attico, pro quo male in Fastis à quibusdam P. Silius Nerva reponitur, *Siliani* cognomen tulit, uti & genitor ejus, teste *Vellejo, lib. II. Cos. A. U. 760.* natus è P. Silio, ab A. Licinio adoptatus. Et hinc emendanda *Phlegentis* *πλεῖστα δαυμασίον*, c. xxiii. qvi A. Δαίσιον

νιον Νέρωναν Σιλανιανόν unâ syllabâ αν produ-
ctius id cognomen effert: Etsi Consules
istius anni rectè componat contrà quàm vi-
sum *Meursio* est. Hoc de marmore isto
Augustano sentio: expectans tamen, si quis
verosimiliora adferre potuerit. Συμφέρετε
πτερά οἰωνοί, ἀνθῆτε μέλισσαι. Palma est in
medio. Scripsi Terminalibus Christianis
An. cIoIoCLIV.

F I N I S.



Dd. s

IN.

INDEX.

A.

- A**donidi sacra quomodo facta. 336.
Enigmatum obscuritas in quo sit. 185
Æthicus emendatur. 393. f.
Aggenus emendatur & explicatur. 97. 99.
Aglaurus explicatur. 117.
Aïtas quid? 222.
Alastor quis? 118.
Alpes Penninae unde dicta? 320.
Alphabetum Græcorum recens cur Ionicum vocetur? 53. f.
Ammianus Marcellinus bono destituitur indic. 333.
Anthologiae aliquod epigramma emendatur & inlustratur. 22. f.
Αρχαῖος quid? 197
Αποθιωσιος origo 314. f.
Apollodorus emendatur & inlustratur. 120.
Apollonii interpres explicatur. 181.
Ararum Ionicarum forma. 188.
Archinon Athenienses ad Ionicas litteras re-

- ciendas primus induxit.* 61.
Arragonia Comitum origo. 400.
Articuli & aspirationes ipsis cum vocibus saepe coalescunt. 384, 423
Athenæus corrigitur & explicatur. 74.
Attica litteræ veteribus opponuntur. 68. nihil
Cadmi litteris differunt. 90
Augusti qui ita dicti. 181
Aurum unde dictum. 197. f.
Ausonius explicatur. 74.

B.

- B**sape adspirationis loco præponitur. 80.
 82
Βίγος quid? 82
Βάκχος quid? 141
Βασιλῆς Græcis homines excellentes 169
Becanus (Goropius) laudatur & refellitur. 391
Βίλα quid? 82
Bipennis quid significet. 298. f.
Βούφθαμον quid? 193
Bra-

Bradua Consules duo fuerunt. 20. 88
Brolium quid? 104
Bruttates, *Bruttii*. 318

C.

C confundebatur olim cum E. 87.
 cum H. ibid. f.
calceis Senatorum Romanorum assutum quid notarit. 153. f.
Cadmus an litteras invenerit? 46. ejus littera nihil aut parum ab Atticis differunt. 90
Cæsares qui sic dicti? 181
Calcei Senatorum Romanorum littera C notati. 153
Callimæchus emendatur & illustratur. 27. 30. f. 32. 40. 238
Callistratus diversis auctoribus & temporibus repertas litteras conlegit. 54
Κάλην, *Caltha* quid? 192
Camulus deus. 333
Cancer unde? 385
Celtiberi. 311
Κῆρυξ quid? 163. f.
χθόνιος quid? 115
χεῖρας quid? 216. f.
Cinguli qui? 188. f.

Κῶλον pes. 257
Confinium destinabatur olim locis sacris. 99
Κόρη, *Κόρος* quid? 141
Cous, *Covus*, quid? 272

D.

D edicationes variae. 17. 18
Diaboli varia nomina apud veteres. 375. f.
Dictys Cretensis refellitur. 218. f.
Digamma unde & quid 79. f. 83. f. ejus figura. 86.
Dii σύνναοι, σύμπομοι, συνίκιοι. *Synnaui*, qui? 21 23. f. χθόνιοι, inferi qui? 24. f. 144. iis cognomina indita è locis, in quibus colebantur. 94. f.
Diminutiva Hebraei non habent. 352. (confer B. Finck. Cont. 11. Can. LXXII. p. 71.)
Diogenes Laërtius emendatur & explic. 105
Dioscorides emendatur & expl. 193
Duras fluvius & *Durgo-via* regio, unde? 384

E. pra

E.

- E** pro u. 68. 71. f.
 iavtoī pro iuavtoī &
 iavtoūs pro iaa, ponunt
 Græci 23
 Ei sæpe ponitur pro u &
 u. 25. pro i. p. 31. f.
 Empusa quid? 220
 Epigramma aliquod e-
 mendatur. 22
 Epitheta sæpe sunt nomi-
 na propria. 108
 Erae quid? 113
 Etymologicum magnum
 emendatur. 141. 204
 Euclidis nomine duo fue-
 runt Athenis archon-
 tes. 63. 65
 Euripidis Scholiastes in-
 lustratur & emenda-
 tur. 62
 Eusebius emendatur &
 explicatur. 63

F.

- F**ælicum responder
 Attico u. 80. 86.
 ejus potestas, quidquid
 valeat. 86. Figura
 86. cum u indifferen-
 ter usurpabatur olim
 87. cum C. ibid.
 Farnesiana Columna in-

scriptio inlustratur. 42.

f. 69. f.

Fasti Alexandrini emen-
dantur. 133. f.Femina è parentum co-
gnominibus adpellatio-
nes aliquando sume-
bant. 136Festus Pompej. emenda-
tur. 139. 157. f.Florus emendatur & in-
lustratur. 167Fortunatianus (Atilius)
corrigitur. 262

G.

G qualis littera. 53
Γ pro γ sapiens scri-
ptum reperitur. 237Gamma sæpe ponitur pro
digamma 83. f.Gazensis (Johannes) no-
tatur. 153Gellius emendatur. 138.
257Geographi & illorum ope-
ra pessime depravati
& corrupti sunt à li-
brariis, 394. veteres
fere omnes perierunt.
395. f.Germanica Lingua va-
ria dialecti 323Glossæ corriguntur & ex-
plicantur. 24. 32. 87.

105

Ge-

I N D E X.

Goclenius (Rudolph.) plagiarius. 354

Goja (Flavius & Joan.) an inventores magnetis? 343. f.

Gott unde? 348

Gottfriedt, Gotthardt, Gottlieb, Gottlob, Gottwal, unde? 317

Græcarum litterarum forma, numerus. 42. 43. f.

Griphorum obscuritas. 185

Grotius (Hugo) errat. 352, 423

H.

H qualis littera 52.
78. eandem figuram ac vim apud veteres Græcos obtinuit quam apud Latinos.
76. cum n indifferenter olim usurpabatur.
87. cum C. ibid.

Harpocratio explicatur 44

Hephæstion emendatur 308

Herodes quoniam hujus Inscriptionis autor? 13. f.

Atheniensis edidit multa.
19. ejus filii in doles. 171 f.

Herodotus explicatur 55
58. 90

Hervartus (Joh. Frider.) refellitur. 342.

Hesychius emendatur & exponitur. 26. 31. 32.

66 f. 73 82. 83. 114.

118. 139. f. 145. 169.

180. 189. 192. 193.

194. 197. 200. 237.

239. 272. 300. 307.

334
Homerus explicatur & emendatur. 145. 151.

I.

I pro u saepe ponitur. 105

I'axos quid? 141

Iberi quid? 392

Idubeda vel Idubela. 318

Illiberis. 318

Indices optimis in auctoribus desiderantur.

327. 333

Indigetes 318

Ionicum cur adpelleretur

Alphabetum recens

Græcum? 53. f.

alphabetum quando Græci receperint. 61

Isidorus refellitur 161

iswe quid? 114

Juvenalis Scholiastes explicatur 97

L. Libe-

I N D E X.

L.

Liberi pro filiis dicuntur. 140
 patris nomen unde? ibid.
 Libersi & Libertini quomodo differant. 411.
 eorum nomina 415.
 Λιβερῶν, Λιβυῶν, Λιβυῶν. 192
 Lingua Celtarum fuit Germanica. 346
 Littera, prænominis nota, cum nomine sæpe coalescit. 423
 Litterarum Ionicarum forma. 42.
 Græcarum numerus. 43
 Atticarum oppositio in respectu veterum. 68
 Litterati apud Samios qui? 65. f.
 Locus pro monumento dicitur 97 f 109
 Luna cur Patriciorum Romanorum calceis adsumpta? 153. f.
 Lucretius explicatur 140

M.

MGræci Poetæ multis vocibus eximunt 135

Magdeburgum unde dictum? 358
 Major quis olim dictus? 329
 Manilius emendatur. 239
 Marcelli aliquot recensentur. 133. f.
 Martialis explicatur. 147. f. 156.
 Massonus (Papius) notatur. 334
 Meleagri epigrammata illustratur 48
 Mensæ ἱεροὶ 319
 Mercerus (Joan.) notatur. 352
 Metaplasini exempla. 168. f.
 Meursius notatur. 425
 Meyer German. vox unde? 323. f. 329
 Minerva cur Τετρωγία dicta? 204
 Monocoli qui? 257
 Monumenta collocabuntur olim in trifinio. 97

N.

Nsæpe interponitur. 318. f.
 Nam unde? 385
 Nebrissenfis (Æl. Anton.) laudatur. 400
 Nomina propria loci episthetorum usurpantur 107
 pri

I N D E X.

*prisca Germanica qui
conlegerint.* 353. f.
Numantini ubi? 311

O.

O pro o. 68. 71. f. 74.
v. 250. f.
Oceanus quid? 144
Opis quid? 27
*Ortelii (Abr) Thesaurus
Geographicus laudatur* 395
Ovidius emendatur 148
Ovum unde dicatur? 85
Ov pro o. 68. 73. f. 84

P.

P multis Vocibus nunc
additur nunc demi-
tur in principio. 383. f.
*Palamedes an & quas
litteras invenerit* 47.
53. 55.
Palladius illustratur. 23
Pancirollus refellitur. 330. f.
Passer unde? 338
*Penninae Alpes unde di-
ctæ?* 320
Perle unde? 338
Philicum carmen &
Philicus Poëta 261. f.
Philostratus illustratur.

17

emendatur. 20. 88.
146. f. 149
*Plinius illustratur. &
emendatur.* 43, 46 f.
53, 90, 93, 423
*Pollux (Ful.) emendatur
& explicatur.* 114
*Præpositiones ipsis cum
vocibus sæpe coale-
scunt.* 384
*Priscianus explicatur &
corrigitur.* 76, 77,
79, 81, 85
*Prænominis nota, littera
quædam, cum nomine
coalescit sæpe.* 123
Ptolemæus emendatur.

299

Purpureum quid? 203
*Pyxidis nauticæ inventio
& descriptio.* 342

Q.

Q non est prisca litte-
ra. 51

R.

Ρόνδος quid? 118 f.
Rugia Insula unde dicta? 320

S. Sali-

I N D E X.

S.

S aliquando vocibus
præponitur, ali-
quando demitur. 338,
381. f.

Saëtta urbs. 299.

Salambo quid? 334. f.

Salmasius refellitur. 339.
f.

Saturnus superis diis ad-
numerandus, an infe-
ris? 144

Scaliger refellitur. 30,
42, 367

opuscula ejus & episto-
la conferenda 184. f.

Scaurus emendatur & ex-
plicatur. 77. f.

Schottus (Andr.) errat
424

Segeda, civitas. 311

Sepulchra quomodo olim
violata. 106

Servius corrigitur & in-
lustratur. 27. f. 29

Sillanus (C. Ful.) quò
tempore, qualisque Con-
sul fuerit? 412, 416,
417. f. 424

Simmius Poeta quando vi-
xerit. 233

Simonides an litteras
quasdam Græcas inve-
nerit? 45. f. 53.
unde? 46. f.

Solinus emendatur & ex-
plicatur 257. f.

Sophocles emendatur &
inlustratur. 23. f. 180,
216. f.

ejus ad Philoſte-
tem argumenti
auctor emen-
datur 205

Sorbeo unde? 179. f.

Statua alicui ponenda,
numini ea etiam alicui
dedicabatur. 142

Stephanus emendatur.
37. f. 40. f. 217, 218

Strabo explicatur. 396. f.

Svetonius emendatur. 138

Suidas emendatur. 47,
65. f. 72. f. 204

Σπυρίωνας & σπυρίωνας qui?
188 f.

Syllaba prior aliquando,
non raro etiam poste-
rior, decurrantur nomi-
nibus in propriis. 354

Συμφορας & συνουσι &
συνίσις: DEI qui? 21.
f. 23

T.

T littera eliditur sa-
cile. 361

Tacitus emendatur & ex-
plicatur. 56, 142

Templa conlocabantur
olim

I N D E X.

olim in trisinio & qua-
 drisinio 98. 99.
 Tertullianus emendatur
 & explicatur 23. 32.
 Tethys quibus diis adnu-
 meretur. 144.
 Tenffel undq. 347.
 Theocritus & ejus scholia-
 stes emendatur & il-
 lustratur. 41. 102.
 Theut quàm variè effe-
 ratur. 323.
 Thusci unde dicti? 139.
 Thymbris quid? 134. f.
 Tobeli, Tobelii, Tobelli.
 370. f. 379.
 Transpositionis littera-
 rum exempla. 179. f.
 Trisinium, templis, &
 monumentis olim dedi-
 cabatur. 97. 99. f.
 Triopas quis? 34.
 varii enumerantur.
 36. 119.
 Triopium quid? 33. 37. f.
 unde. 35. 96. f. 100.
 Triopius Apollo, Neptu-
 nus &c. unde ita dicti.
 95.
 Triops quis? 39. 96. f.
 Τριώπιος, Τριώπιος
 quid? 205.
 Τριώπιδος cur dicatur
 Minerva? 204. f.
 Tzetzes refellitur. 45.
 laudatur. 54. 56.

U.

Vandalorum dii. 375.
 Velica. 325.
 Veneo, unde? 82.
 Verro, unde? 82.
 Vesta, unde? 83.
 Vetus, unde? 82.
 Victorinus (Marinus) e-
 mendatur & explica-
 tur. 69. f. 86. 89.
 Viginti etymon 82.
 Vinum unde? 82.
 Virgilius explicatur. 161.
 Vis, unde? 83.
 Viscus unde? 82.
 Vita Sanctorum cujus fi-
 dei? 334.
 Vitus unde? 82.
 Ulpianus explicatur. 98.
 Uncinati calcei? 156.
 Uncinus quid? 158.
 Vomo, unde? 82.
 Upis quid? 27.
 Vulcanus unde? 341. f.
X interdum consonatis, in-
 terdum vocalis sedem
 occupat. 81.
 pro V Græci nunquam
 scripserunt. 92.
 consonanti labiali γ,
 β, b, vel f. Lati-
 norum æquipollet. 369.
 Z.

Zauberen unde? 348.
 Ω corripitur sequen-
 te vocali. 240.
 E c EMEN.

EMENDANDA & ADDENDA.

In p. 149. v. 19. pro *pregnas*, lege *pregnans*. In p. 167. extr. post verb. in notis, *temperarunt*. Notum est, non infrequens esse, in *דאדאדאד* periodi proximum quod erat ultimumque priore reddi locò. Sic idem Florus, I. IX. 2. *Quippe ex perpetuo annum placuit, ex singulari duplex: ne potestas solitudine, vel morà corrumpereetur. Quum ordine servatò deberet: ne potestas morà vel solitudine corrumpereetur*: Similiter Tacitus, I. Annal. LXXI. 2. *Ad supplenda exercitus damna certavere Gallia, Hispania, Italia: quod cuique promptum, arma, equos, autum obferentes*. Nam quod hic medium est (*equi* scil.) refertur ad primum, Gallias videl. ut patet è II. Annal. Tacit. V. 4. & primum (*h. e. arma*) ad medium, i. e. Hispanias, sicuti constat è II. Hist. Tacit. XXXII. 2. In Indice in *Prænomina* pro 123. lege 423. In Præfat. p. 19. v. 30. pro *Pueri & puerei*, lege *Magni & Magnei; Amice & Amicei*; v. 31. post *oportere* adde. Vide Gellium, lib. XIII. c. XXV. Obiter hic notamus in p. 3. Præfationis nostræ in Caninii Hellenismum, v. 10. delendam esse vitiosam vocem *מלחמה*, & v. 13. ac 16. pro *מלחמה* legendum *מלחמה*. p. 40. v. 23. pro *Mutia*, *Mutio*. p. 41. v. 15. post 34. adde; Auctore Jac. Philippò Bergomate, lib. XVI. Chronic. obiit hic Clavastius Observantium, qui & Ordo Franciscanus, Vicarius Generalis, annò 1499. qui omnium divinarum dogmatum eruditione conspicuus, & divini sermonis declamator ardentissimus; atque famosus, sed & quâdam humilitate & sanctimoniam clarissimus effulsit. Ac, licet Ordinem suum, Observantium citra montes, per plures annos verbò & exemplò dignè & laudabiliter maximo cum labore direxerit, nihilominus, cum divini præpè ingenii existeret vir, ut meritò re & nomine dici posset ANGELUS, opus certe dignissimum edidit, quod à se Summam Anglicam nuncupavit.

F I N I S.



